

SIDAD
CCIÓN

UNIVERSIDAD DE NUEVA
LIMA
CENTRO DE BIBLIOTECA

HEINECCI
ELEMENT
JURIS


KZ2314
.A3
E4
1776
C.1

E
340.1
G



1080041771





UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





JOAN. GOTTLIEB HEINECCII
ELEMENTA JURIS NATURÆ
ET
GENTIUM

CASTIGATIONIBUS EX CATHOLICORUM DOCTRINA,
et juris Historia aucta.

AB JOACHIMO MARIN ET MENDOZA
J. N. et G. in Regio Matrit. Lyceo Prof.

UANI



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

MATRITI: EX OFFICINA EMMAN. MARTINI.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Superiorum permissu.
ANNO MDCCLXXVI.




ADQUISICIÓN COMPLETA
22818
BIBLIOTECA PÚBLICA

K22314

ALBERTA JURIS

E4

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



VIRO
 CLARISSIMO ET SAPIENTISSIMO
amœniarum litterarum
 MUSAGETÆ
 GERMANI JURIS
 VERÆQUE JUSTITIÆ
 PRÆSTANTISSIMO CULTORI
 BONO PUBLICO
 NON STUDIO TANTUM SINGULARI
 sed consilio et opera assidua
 INTER PAUCOS
 PROMPTISSIMO
 ILLUSTRISSIMO DOMINO DOMINO
 PETRO RODRIGUEZ
CAMPOMANES


Supremi Senatus Regiæque Camerae Fiscali, Conspicui
 ante alios Ordinis Caroli III. Equiti, regiæ circa rem his-
 toricam Academiae perpetuo omnium, et annuo
 suffragio Directori, &c. &c.


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
JOACHIMUS MARIN.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE CAMPECHE

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ILLUSTRISSE
JUXTAQUE
PRUDENTISSE
DOMINE.

HEinccii Elementa Juris
Naturæ, et Gentium
cum nostris aliquantum
essent moribus dissen-
tanea, ne illius lectione juventu-
tem



tem fidei meæ commissam erroribus
inescarem, emaculare nonnulla,
aut paullo liberiora compescere pro
meo instituto curavi. Has ego cas-
tigations, etsi tenue hoc est, et
exile munusculum, non potui non
TIBI Vir Amplissime sacrare: non
solum propterea quod ut ratio-
num pondere sententiam fulcirem
meam, haud semel ex doctissimis
elucubrationibus tuis, tamquam è
purissimo fonte, aquam eduxi; sed
quia cum hic qualis qualis labor
pro usu gymnasii regii nuper ins-
taurati insumptus sit, immo ex ip-
sius sinu expressus, jure Tibi er-
ga nos, et scriptis, et factis egre-
gie merito mancipari oportebat.
Ne

Nemo siquidem est, sive causam
et initium hujus sapientissimi
consilii retrospicio, sive de optima
studiorum ratione decernenda, si-
ve de constituendo publico inter
nos ordine agatur, à quo plus opis
quam à Te, et auctoritatis accepe-
rit. Quamquam ego jam pridem
persuasus sum nullatenus singula-
res de promendas esse rationes, cum
plurimæ, et gravissimæ omnibus
constent, ut tuo maxime nomini
nos perpetuo profiteamur devinc-
tos. Ea nempe sunt in publicam,
tantaque in litterariam rem præ-
clara tua gesta, ut memoria nos-
tra, dum nostri memores simus,
numquam effluere patiamur. Nam
ex

ex quo summo reipublicæ bono, si-
quisquam alius, in Senatum ad-
scriptus es, consentiente bonorum
omnium suffragatione testatum i-
vit, amplissimum quem singulari
sollicitudine geris honorem, vir-
tute tua, et eximia doctrina du-
dum ante meritum esse. Attulisse
enimvero Te vidimus pulcherri-
marum rerum, et utilium incredi-
bilem cognitionem, quibus largiter
diu mentem paveras, ut in eam a-
nimi culturam Te expolisses, quæ
patriæ, et civibus quondam præsi-
dio futura erat, et ornamento. Ita
jam tum maximæ Tibi, et antiquis-
simæ curæ fuit optima quæque,
temporum vel vitio, vel pravitate
dis-

dispulsa, non modo in pristinum re-
dintegrare, sed erigere, aut altius
evehere. Castra juris squalore, et
rubigine atrata, veteri situ deter-
sonitent, Te totius justis, et honesti
strenuo assertore. Mansuetiores
etiam Musæ cum tandem aliquan-
do nos sinu suo foveant, alium
profecto quam Te nullum suspi-
ciunt tutorem, et litterarum simul,
atque bonarum artium nutritium.
Quanta vero Tibi Hispanus Popu-
lus, quanta Academiæ Publicæ,
Florentissima olim scientiarum
domicilia, Tibi referant accepta,
norunt qui saluberrima, quæ Op-
timus Rex Noster, ejusque Re-
gius Senatus, Te modo auctore, et
pro-

promotore, uno decennio vere civi-
lia sciverit, oculis lustrare non de-
tractant. Sed horum omnium, abs-
que Te esset, nobis omni dubio pro-
cul haud ita facilis usura conti-
gisset. Atque id propterea etsi
nulla alia mihi, quæ certe est, sa-
ne quam justissima causa, una
hac accenderer, ut summo pietatis
cultu publice devenerarer, uti la-
borum, quos pro omnium commodo
opera indefensa exhauris, uberrim-
os atque cumulatissimos in dies
fructus Tu tuique posteri perci-
piant. Vale Illme. Vir diu et felici-
ter in doctrinæ, in studiorum, in
totius reipublicæ tutelam, et decus.
Matriti Kal. Jul. MDCCLXXVI.

AD-

ADMONITIO AD LECTOREM.

SÆCULO toto decimo septimo, et decurren-
tis, quantum est, spatio, adeo juris Naturalis,
et Gentium disciplina exulta fuit, ut jam
cum ceteris aliis decertare de dignitate pos-
sit, sive magnitudinem, sive rerum gravita-
tem, et pondus spectes. Cujus laudis maxi-
ma pars inde illi accessit, quod doctissimi
undiquaque viri ita se ad hoc studium contu-
lerunt, perinde ac si generi humano inter
alia omnia, quam maxime interesset. Tum
Catholici, tum à sensu Ecclesiæ alieni juris
consulti nervos omnes intenderant, illi ne
receptis opinionibus vis aliqua fieret, hi ad
congerenda, et expolienda quæcumque hanc
pulchriorem redderent disciplinam. Etsi e-
nim recentiores nonnulli sæpe licentius, in-
terdum etiam intemperantius evagati sunt,
cetera tamen industrii viri, et aliunde multa
eruditione, et ingenii acumine præditi, diu
multumque cum hanc materiam attriverint,
id quodam modo suo jure sibi sumunt; nec nos-
tri iccirco eorum conatus, et methodum mi-
ni-



JOAN. GOTTLIEB HEINECCII
ELEMENTA JURIS NATURÆ
ET
GENTIUM

CASTIGATIONIBUS EX CATHOLICORUM DOCTRINA,
et juris Historia aucta.

AB JOACHIMO MARIN ET MENDOZA
J. N. et G. in Regio Matrit. Lyceo Prof.



*Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

MATRITI: EX OFFICINA EMMAN. MARTINI.

Superiorum permissu.

ANNO MDCCLXXVI.



ADQUISICIÓN BIBLIOTECA PÚBLICA
22218

KZ 2314

E. A3

E4

1795



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN




FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

VIRO
CLARISSIMO ET SAPIENTISSIMO
amoeniarum litterarum
MUSAGETÆ
GERMANI JURIS
VERÆQUE JUSTITIÆ
PRÆSTANTISSIMO CULTORI
BONO PUBLICO
NON STUDIO TANTUM SINGULARI
sed consilio et opera assidua
INTER PAUCOS
PROMPTISSIMO
ILLUSTRISSIMO DOMINO DOMINO
PETRO RODRIGUEZ
CAMPOMANES

Supremi Senatus Regiæque Camerae Fiscali, Conspicui
ante alios Ordinis Caroli III. Equiti, regiæ circa rem his-
toricam Academiae perpetuo omnium, et annuo
suffragio Directori, &c. &c.

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

JOACHIMUS MARIN.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE CAMPECHE

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ILLUSTRISSE
JUXTAQUE
PRUDENTISSE
DOMINE.

HEinuccii Elementa Juris
Naturæ, et Gentium
cum nostris aliquantum
essent moribus dissen-
tanea, ne illius lectione juventu-
tem



tem fidei meæ commissam erroribus
inescarem, emaculare nonnulla,
aut paullo liberiora compescere pro
meo instituto curavi. Has ego cas-
tigations, etsi tenue hoc est, et
exile munusculum, non potui non
TIBI Vir Amplissime sacrare: non
solum propterea quod ut ratio-
num pondere sententiam fulcirem
meam, haud semel ex doctissimis
elucubrationibus tuis, tamquam è
purissimo fonte, aquam eduxi; sed
quia cum hic qualis qualis labor
pro usu gymnasii regii nuper ins-
taurati insumptus sit, immo ex ip-
sius sinu expressus, jure Tibi er-
ga nos, et scriptis, et factis egre-
gie merito mancipari oportebat.
Ne

Nemo siquidem est, sive causam
et initium hujus sapientissimi
consilii retrospicio, sive de optima
studiorum ratione decernenda, si-
ve de constituendo publico inter
nos ordine agatur, à quo plus opis
quam à Te, et auctoritatis accepe-
rit. Quamquam ego jam pridem
persuasus sum nullatenus singula-
res depromendas esse rationes, cum
plurimæ, et gravissimæ omnibus
constent, ut tuo maxime nomini
nos perpetuo profiteamur devinc-
tos. Ea nempe sunt in publicam,
tantaque in litterariam rem præ-
clara tua gesta, ut memoria nos-
tra, dum nostri memores simus,
numquam effluere patiamur. Nam

ex quo summo reipublicæ bono, si-
quisquam alius, in Senatum ad-
scriptus es, consentiente bonorum
omnium suffragatione testatum i-
vit, amplissimum quem singulari
solicitudine geris honorem, vir-
tute tua, et eximia doctrina du-
dum ante meritum esse. Attulisse
enimvero Te vidimus pulcherri-
marum rerum, et utilium incredi-
bilem cognitionem, quibus largiter
diu mentem paveras, ut in eam a-
nimi culturam Te expolisses, quæ
patriæ, et civibus quondam præsi-
dio futura erat, et ornamento. Ita
jam tum maximæ Tibi, et antiquis-
simæ curæ fuit optima quæque,
temporum vel vitio, vel pravitate
dis-

dispulsa, non modo in pristinum re-
dintegrare, sed erigere, aut altius
evehere. Castra juris squalore, et
rubigine atrata, veteri situ deter-
sonitent, Te totius justis, et honestis
strenuo assertore. Mansuetiores
etiam Musæ cum tandem aliquan-
do nos sinu suo foveant, alium
profecto quam Te nullum suspi-
ciunt tutorem, et litterarum simul,
atque bonarum artium nutritium.
Quanta vero Tibi Hispanus Popu-
lus, quanta Academiæ Publicæ,
Florentissima olim scientiarum
domicilia, Tibi referant accepta,
norunt qui saluberrima, quæ Op-
timus Rex Noster, ejusque Re-
gius Senatus, Te modo auctore, et
pro-

promotore, uno decennio vere civi-
lia sciverit, oculis lustrare non de-
tractant. Sed horum omnium, abs-
que Te esset, nobis omni dubio pro-
cul haud ita facilis usura conti-
gisset. Atque id propterea etsi
nulla alia mihi, quæ certe est, sa-
ne quam justissima causa, una
hac accenderer, ut summo pietatis
cultu publice devenerar, uti la-
borum, quos pro omnium commodo
opera indefensa exhauris, uberrim-
os atque cumulatissimos in dies
fructus Tu tuique posteris perci-
pant. Vale Illme. Vir diu et felici-
ter in doctrinæ, in studiorum, in
totius reipublicæ tutelam, et decus.
Matriti Kal. Jul. MDCCLXXVI.

AD-

ADMONITIO AD LECTOREM.

SÆCULO toto decimo septimo, et decurren-
tis, quantum est, spatio, adeo juris Naturalis,
et Gentium disciplina exulta fuit, ut jam
cum ceteris aliis decertare de dignitate pos-
sit, sive magnitudinem, sive rerum gravita-
tem, et pondus spectes. Cujus laudis maxi-
ma pars inde illi accessit, quod doctissimi
undiquaque viri ita se ad hoc studium contu-
lerunt, perinde ac si generi humano inter
alia omnia, quam maxime interesset. Tum
Catholici, tum à sensu Ecclesiæ alieni juris
consulti nervos omnes intenderant, illi ne
receptis opinionibus vis aliqua fieret, hi ad
congerenda, et expolienda quæcumque hanc
pulchriorem redderent disciplinam. Etsi e-
nim recentiores nonnulli sæpe licentius, in-
terdum etiam intemperantius evagati sunt,
cetera tamen industrii viri, et aliunde multa
eruditione, et ingenii acumine præditi, diu
multumque cum hanc materiam attriverint,
id quodam modo suo jure sibi sumunt; nec nos-
tri iccirco eorum conatus, et methodum mi-
ni-

nime sua laude fraudandos putant. Ex his unus Heineccius ceteris modestior, et pacatior, quem ideo Auditoribus tradendum suscepi, et quia latini sermonis quodam nitore, perspicuitate, methodo sane quam eximia fulget. Ipse enim amoeniorum musarum diu contubernio altus, vergente jam ætate opusculum hoc, ex aliorum floribus decerptum, in lectissimum juris epitomem reconcinnavit. Cum autem regio decreto, quo primum hæc Cathedra instituta, cautum sit, ut quæ in re morum, politices, sive in religionis negotio edoceantur, cum Catholicorum doctrina omnia sint composita: ideo has castigationes subjungere oportuit, quibus Auditores jam pridem præmunire curaveram. Heineccii equidem quædam sunt, quæ sanioribus principiis aperte pugnant, et his recissis, tutiora, ut fas erat, substitui: alia sunt præterea, quæ etsi in æquiores sententiam trahi utcumque valeant, quia tamen proniora sunt, ut quid sinistri suspicari possit, emollire aliquatenus, et simul aliorum errores pro data occasione detegere, operæ præmium duxi; quæ omnia ad

ad calcem cujusque paginæ post auctoris notas reperiens. Sic deinceps qui harum litterarum studio tenentur, tuto hoc stadium percurrent: unum enim ex hoc grege qui noverit, jam omnes ceteros novisse, probe intelliget. Textus vero, aut orationis siqua occurrunt vitia, aut distorsio verborum, ac nonnulla alia, quæ in locis auctorum laudandis adhæsere, cum facili negotio in hac nostra editione emaculari potuissent, in crastinum non rejeci. Censuram vero ego quidem tantum institui sententiæ, et opinionis illius, quæ parum nostris moribus erat consona: et ipsam pro modulo nostro aut judicio factam existimes nolim; operam siquidem dedi, ut nihil fere sine probatisimo teste dicerem. Quibus omnibus, si quid ad hanc saxosam terendam viam adjumenti afferre contingerit, votis me, et muneri meo, cumulate persolutum esse putabo.

ELEN-

ELENCHUS CAPITUM.

LIB. I.

JUS NATURÆ.

- CAP. I. De natura et constitutione juris naturæ et gentium. p. 1
- CAP. II. De actionum humanarum natura atque indole. 23
- CAP. III. De norma actionum humanarum, veroque juris naturalis principio. 46
- CAP. IV. De applicatione hujus normæ ad actiones, et emergente inde harum differentia. 68
- CAP. V. De officiis hominis erga Deum. 86
- CAP. VI. De officiis hominis erga seipsum. 99
- CAP. VII. De officiis erga alios absolutis et perfectis, speciatim de nemine lædendo. 120
- CAP. VIII. De officiis erga alios imperfectis. 152
- CAP.

- CAP. IX. De officiis erga alios hypotheticis, et primo quidem, circa dominii acquisitionem originariam. 171
- CAP. X. De derivativis dominii acquisitionibus, quæ vivo priore domino fiunt. 188
- CAP. XI. De derivativis acquisitionibus per successionem, ex dispositione defuncti et ab intestato. 201
- CAP. XII. De juribus et officiis, quæ ex dominio oriuntur. 223
- CAP. XIII. De rerum, in dominio constitutarum, commercio. 229
- CAP. XIV. De pactis. 275
- CAP. XV. Quibus modis obligationes ex contractibus solvuntur. 289
- CAP. VII. De summi potestate, eandem adquirendi modis. 327
- CAP. VIII. De summi potestatis immunitate. 348
- CAP. IX. De juribus et officiis transmissivis. 427
- CAP. X. De officiis civilium. 488
- LI.

GENTIUM. JUS

- CAP. I. De statu hominis naturali et socialibus. 298
- CAP. II. De officiis, in societate conjugalibus observandis. 315
- CAP. III. De officiis, in societate parentum et liberorum observandis. 338
- CAP. IV. De officiis, in societate herili observandis. 357
- CAP. V. De societate composita, quam familiam vocamus, officiisque in illa observandis. 367
- CAP. VI. De societatis civilis origine, forma et adfectionibus. 374
- CAP. VII. De summa potestate, eamque acquirendi modis. 397
- CAP. VIII. De juribus majestatis immanentibus, quidque circa ea justum sit. 408
- CAP. IX. De juribus majestatis transeuntibus. 455
- CAP. X. De officiis civium. 488

CAS-

CANDIDO LECTORI

S. P. D.

JO. GOTTL. HEINECCIUS

QUI adhuc in jurisprudentia civili, cum Romana, tum patria, illustranda non perfunctoriam operam collocasse mihi videor: jam persuaderi mihi passus sum, CANDIDE LECTOR, ut etiam JUS NATURÆ ET GENTIUM brevi libello complecterer, et enchiridion illud in usum eorum, qui institutione me autuntur, typis exscriptum, publicarem. Et rem sui fortassis periculi fecerunt amici, qui me consilio, atque auctoritate sua ad concinnandum hunc libellum impulerunt. Quod enim ad me attinet, ita jam pridem occulsi, ut non magnopere reformidem aliorum de me judicia, sed, sinceræ bene de communibus studiis merendi voluntatis mihi satis conscius, hac ipsa conscientia me facile consoler. Sive enim opuscula mea in virorum bonorum, et rerum hujusmodi intelligentium, manus incidant: non est profecto, quod verear, ne hoc consilium meum damnent: sive obtrectatores ea oculis lustrare non dubitent: eorum judicia ego non majoris facio, quam hominum, à lacu et furno redeuntium, quibus non possunt non omnia, quæ suis ipsi impuris manibus contrectant, sordere. Quare, missis his, ad id venio, quod magis ad rem pertinere arbitror, id est, ad consilium meum, institutique rationem, quibus perspectis, quid ego præstiterim, quemque fructum tu ex hoc libello capere possis, satis intelliges. Nulla est philosophiæ practica disciplina, quæ vel rerum argumentorumque pondere, vel utilitatis ubertate, cum hac jurisprudentia naturali ulla ex parte sit comparanda; quippe cujus tanta est dignitas, tantusque in vita humana usus, ut iis, qui illa neglecta, solis rerum abstractarum, ac naturalium speculationibus ingenii aciem

in-

GENTIUM. JUS

- CAP. I. De statu hominis naturali et sociali. 298
- CAP. II. De officiis, in societate conjugalibus observandis. 315
- CAP. III. De officiis, in societate parentum et liberorum observandis. 338
- CAP. IV. De officiis, in societate herili observandis. 357
- CAP. V. De societate composita, quam familiam vocamus, officiisque in illa observandis. 367
- CAP. VI. De societatis civilis origine, forma et adfectionibus. 374
- CAP. VII. De summa potestate, eamque acquirendi modis. 397
- CAP. VIII. De juribus majestatis immanentibus, quidque circa ea justum sit. 408
- CAP. IX. De juribus majestatis transeuntibus. 455
- CAP. X. De officiis civium. 488

CAS-

CANDIDO LECTORI

S. P. D.

JO. GOTTL. HEINECCIUS

QUI adhuc in jurisprudentia civili, cum Romana, tum patria, illustranda non perfunctoriam operam collocasse mihi videor: jam persuaderi mihi passus sum, CANDIDE LECTOR, ut etiam JUS NATURÆ ET GENTIUM brevi libello complecterer, et enchiridion illud in usum eorum, qui institutione me autuntur, typis exscriptum, publicarem. Et rem sui fortassis periculi fecerunt amici, qui me consilio, atque auctoritate sua ad concinnandum hunc libellum impulerunt. Quod enim ad me attinet, ita jam pridem occulsi, ut non magnopere reformidem aliorum de me judicia, sed, sinceræ bene de communibus studiis merendi voluntatis mihi satis conscius, hac ipsa conscientia me facile consoler. Sive enim opuscula mea in virorum bonorum, et rerum hujusmodi intelligentium, manus incidant: non est profecto, quod verear, ne hoc consilium meum damnent: sive obtrectatores ea oculis lustrare non dubitent: eorum judicia ego non majoris facio, quam hominum, à lacu et furno redeuntium, quibus non possunt non omnia, quæ suis ipsi impuris manibus contrectant, sordere. Quare, missis his, ad id venio, quod magis ad rem pertinere arbitror, id est, ad consilium meum, institutique rationem, quibus perspectis, quid ego præstiterim, quemque fructum tu ex hoc libello capere possis, satis intelliges. Nulla est philosophiæ practica disciplina, quæ vel rerum argumentorumque pondere, vel utilitatis ubertate, cum hac jurisprudentia naturali ulla ex parte sit comparanda; quippe cujus tanta est dignitas, tantusque in vita humana usus, ut iis, qui illa neglecta, solis rerum abstractarum, ac naturalium speculationibus ingenii aciem

in-

intendunt, jure merito occlames illa Helenæ apud Euripidem in *Hel.* v. 928.

*Αἰσχρὸν τὰ πῶς ἕσται πάντ' ἰδόντων
τὰτ' ἔργα, καὶ μὴ τὰ δὲ δῖναα μὴ εἰδῶτα.*

*Nam turpe id esset, quum scias hominum
ac Deum*

Quod est, eritque, justa te haud cognoscere.

Sane si, qui ad jurisprudentiæ civilis intelligentiam cogitationes suas, ac studia conferunt, ii magnopere falluntur, si se operæ pretium, sine hac præstantissima scientia, sperant facturos. Nam si is demum ad veram ac solidam doctrinam, rerumque scientiam pervenisse dicendus est, qui, quas perspectas habet, veritates, ex fonte, non ex impuriore lacunis, hausit: jurisprudentiæ profecto nostræ non alius fons, aliaque scaturigo est, quam jus illud primævum, quod non didicimus, accepimus, legimus, verum è natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus, ad quod non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut si quis maximam jurisprudentiæ Romanæ partem jus naturale, factis hominum applicatum, dixerit, is me non admodum habiturus sit dissentientem. Vidit id incomparabilis philosophus, Epictetus, qui apud Arrianum *Diss. Epict.* IV. 3. eos, qui sapientiæ student, ad sempiternam illam legem divinam, tamquam ad limpidissimum fontem, non ad solos legum civilium rivulos, vocans: *Ὅντοι, inquit, εἰσὶν οἱ ἐπιθυνοῦντες ἀρετῆς ἀμύνην εἶναι, τὰ πάντα διατάγματα τῶν νόμων ἔχουσαν δὲ ἡθελοῦν, τῶν τοῦ ἀποστόμου νόμων, ἢ τοῦ Μασσαρίου, ἢ Κασσίου. Hæ sunt inde, (à Deo,) ad nos missæ leges, hæc præcepta: horum interpretem fieri oportet, his obedientem: non Massurii, aut Cassi legibus. Et Tullius noster de legibus II. 4. ubi ex instituto de legum, justitiæque origine disserit: Hanc, inquit, video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenii excogitatam, nec scitam esse aliquod populorum, sed æternam quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei: ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, recte est laudata, est enim ratio, mensque sapientis, ad jubendum et ad deterrendum idonea.*

Ad-

Addit, sibi à parvis ediscendum fuisse illud, *SIN JUS VOCAT*, id est, corpus illud XII. Tabularum: et hæc, aliaque jussa ac vetita populorum, vim aliquam habere ad recte facta vocandi, et à pravus avocandi: quævis non modo senior sit, quam ætas populorum et civitatum, sed et æqualis illius cœlum atque terras tuentis, et regentis Dei. Quod ubi præclaris exemplis demonstravit, inde porro colligit, esse aliquam rationem, profectam à rerum natura, et ad recte faciendum impellentem, et à delicto avocantem: quæ non tunc denique incipiat lex esse, quum scripta sit; sed tunc, quum orta sit: ortam autem esse simul cum mente divina. Eam demum esse justorum, injustorumque distinctionem: ad illam antiquissimam, et principem naturam leges hominum dirigendas esse, quæ supplicio improbos adficiant, defendant ac tueantur bonos. Hæc illo loco Cicero, qui et alibi de officiis III. 17. hunc locum tractat, et, ubi discrimen juris gentium, et civilis ostendit, prioris principia pæne ex hominum memoria evanuisse, ac proinde jurisprudentiam Romanorum fere totam oblanguisse, graviter conqueritur. Ita enim intelligenda sunt verba viri prudentissimi sequentia: *Quod civile, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam, expressamque effigiem nullam tenemus: umbra & imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur, feruntur enim ex optimis naturæ et veritatis exemplis.* Quid vero aliud hic docet Cicero, quam quod nos non satis umquam doceri posse, idemidem monemus, præclaram esse Romanorum jurisprudentiam, et ex optimis naturæ ipsiusque interioris philosophiæ præceptis expressam; sed inanem eam tamen umbram, ac vita veluti destitutam imaginem futuram, nisi accedant veri juris, germanæque justitiæ principia: quæ, quia sola ab ipso Deo immortaliter divinaque ratione proficiscuntur, nullius hominis imperio suffragioque populi tolli atque abrogari possunt? Hæc vero si conjungantur cum civili illa, quam jurisconsulti perpoliunt, sapientia: tunc demum illud nescio quid præclarum et singulare solet existere. Accedit, quod, si vel maxime ita comparata esset jurisprudentia Romana, nullo ut alio præsidio indigeret, totaque

a ii

que

IV PRÆFATIO

que ex decemvironum tabulis, aliisque legibus civilibus, tamquam ex uberrimo fonte, promanaret: ea tamen nihil auctoritatis habitura sit in definiendis, integrarum gentium litibus et controversiis, quippe quæ inter se non alio jure, quam quod ipsa natura inter omnes homines peræque constituit, reguntur, jure, inquam illo universali, quod in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, exterorum regum, in universa denique belli jure et pacis versatur, quodque Cn. Pompejum et quum requiesceret, dicitur, et, quum rem gereret, rem ipsam docuisse, gloriatur Cicero pro L. Cornelio Balbo Cap. VI. Quare in quantum integræ gentes, et respubiicæ præ privatis quibusdam hominibus eminent: tanto jus naturæ et gentium est jure civili, quod inter privatos tantum cives viget, excellentius, ut de eo vere dici possit, quod, comparatis inter se Græcorum Romanorumque linguis, dixit Tullius pro Archia poeta Cap. X. *jus illud naturale ac gentium apud omnes gentes vigere, civile suis finibus, exiguis sane, contineri.* Qui jam vulgo glossatorum nomine veniunt, homines, diligentes illi quidem, nec juris civilis imperiti, at sæculi vitio barbari, non aliunde decidi oportere, existimabant, illas regum gentiumque controversias, quam ex diffusa illa juris Justiniani collectione, qua comprehensas leges si quis recte imbibisset, eum, tamquam ex tripode, de belli pacisque juribus oracula illico fundere posse, jactabant. Et sane id tam facile faciebant, quam pirum vulpes comest. Quoties enim quæstio incidebat de jure Imperatoris augustissimi in universum orbem, per quem olim Romani arma victricia circumtulerant: sedes hujus doctrinæ erat in LEG. IX. DIG. DE LEGE RHOD. DE JACTU, in qua, tamquam gemma quædam, fulgent verba illa Antonini Imperatoris: *Εγω μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ἡ δὲ νόμος τῆς βασιλείας.* *Egō quidem mundi dominus: lex autem maris.* Si de jure belli disceptandum esset, feciales suos ablegabant ad titulos Digestorum de captivis, et postliminio, et redemptis ab hostibus, de re militari, de castrensi peculio, de veteranis, de testamento militis, de bonorum possessione ex testamento militis, et in primis ad titulos insignes Codicis Justiniani, qui militare possunt, vel non possunt, et de

PRÆFATIO. V

servis, ad militiam vel dignitatem adspirantibus, et ut nemo duplici militia, vel dignitate et militia simul utatur, negotiatores ne militent, de re militari, de castrensi peculio militum et præfectianorum, de erogatione militaris annonæ, de excoctione et translatione militarium annonarum, de militari veste, de metatis et epidemeticis, de salgamo, similesque alios quamplurimos; in quibus omnibus tantos jurium belli et pacis thesauros reconditos esse, adseverabant, ut copia ipsa inopes redditura sit omnes, qui illis occupandis animum velint adpellere. Quid si de fœderibus, pactionibus ac sponsionibus liberarum gentium esset respondendum? Quid vero? Quasi non in pandectis æque, ac codice fulgerent verbosissimi tituli de pactis, de transactionibus, de verborum obligationibus, de duobus reis, de contrahendis stipulationibus, et similes: quos quisquis, multis vigiliis excussos, in succum et sanguinem converterit, eum nihil existimabant ignorare, nimisque stupidum esse querebantur illum, qui in ista rerum præstantissimarum farragine vel decisionem, vel argumentum legis, quod vocant, non illico repetiret. Sic et de legatorum juribus disceptantes, nihil desiderare posse contendebant, si in consilium adhiberent titulos de legationibus. De jure vero leges ferendi, magistratus constituendi, pœnas infligendi, exigendi tributa, et vectigalia, et similibus, omnia jam in titulis de legibus, senatus consultis, longa consuetudine, constitutionibus principum, de officio præfectorum prætorio, præfectorum urbi, et sequentibus, de pœnis, bonis damnatorum, interdictis et relegatis, denique de publicanis, vectigalibus, et commissis, et similibus exhausta, et ad liquidum perducta esse, credere auditores sua fide jubebant. Quin si vel maxime ibi aliquid non satis explicatum alicui videatur: eum tamen sitim non melius expleturum, putabant, quam si in subsidium adhibeat scripturam sacram, jus canonicum, pontificum decretales, et maxime diffusa illa philosophorum scholasticorum opera, in quibus omnibus et ille juris gentium vindex, Hugo Grotius, *prolegom. §. XLVIII. et sequ.* invenisse sibi visus est quam plurima, quæ ad jus illud naturæ et gentium illustrandum non parum ad-

VI PRÆFATIO

ferant utilitatis. *At, si dicendum quod res est, boni illi*

CASTIGATIONES

AD PRÆFAT. EDIT. ANNI M D CC XXXVII.

At, si dicendum quod res est, boni illi viri vix secum expendisse videntur: Heineccius in hac præfatione, et aliis hujus opusculi pluribus locis aperte sententiam Hobbesii, Puffendorffii, Thomasii, et ceterorum Protestantium profitetur, qui solo lumine naturæ quæcumque illius juris sint, perdiscenda volunt, qualibet auctoritate sublata sive Scripturarum, sive Patrum, sive quorumque. Nam et jurisconsultos et Catholicos Scriptores parum prodesse ad jus hoc Naturæ, et Gentium dilucidandum non solum asserit, quin et eos plautino Tranionis servi sale perfricuit. Sed auctoritatis necessitas ab ipsa natura adstruitur, quippe nisi illa accederet, vix quidquam aut potius nihil discerent, adeoque nec scirent homines, uti infantes à consortio hominum remoti, vel quicumque auditus organo destituti sint. Duplici via igitur insistendum, auctoritate, et ratione: homo enim cum sit natura sua rationalis, ingenta illi vis ratiocinandi est, eaque in omni scientia et disputatione uti debet, non ita tamen rectæ rationis argumentis eo usque se addicet, ut omnem auctoritatem, vel ipsius sacræ scripturæ, maxime in hac juris scientia, prorsus negligat. Juris quippe decreta alia sunt perspicua, et omnibus pervia, uti illa de quibus loquitur Paulus Epist. ad Rom. cc. 1. 2. difficilia quædam, alia difficiliora, et obstrussissima nonnulla, quæ reserare mentis nostræ acies haud potens est. Infirma natura humana, et densissimis tenebris circumquaque obducta, quas sine labore, dolore, et timore nequit discutere. Ad hæc mores corrupti, humanarum rerum illecebræ, mordaces curæ, et perturbationes veri et recti consequutionem præpediunt. Quapropter sapientes omnes tum Ethnici, tum Christiani superno lumine fovendam putarunt imbecillitatem nostram ne caligaret sæpiusque cæ-

PRÆFATIO. VII

li viri vix secum expendisse videntur, quam parum ponderentur ut probat Clarkius de verit. relig. Christ. t. 2 cc. 10. 11. Ut turpiter errent, qui regnum rationis uti Joannes Pheronius, sive Clericus et alii, à quo omnis exultat auctoritas in veri perspicentia vigere arbitrantur; et ii simul qui sola recta ratione innixi intimos naturæ recessus adire præsumunt, ut Jurisconsulti Protestantes, immo et primi Pelagianismum, alteri Naturalismum fovent. Nec erat cur jurisconsultos et Scriptores Catholicos hac præfatione traduceret, quia cum ipsis vim ratiocinandi, et rectæ rationis exercitium haud negari possit, tum singulari profecto titulo id sibi vindicabunt in jure naturæ interpretando. Romanæ enim vero jurisprudentiæ auctores quantum in hac re profecerint, ipse supra testatus est Heineccius, quandoquidem maximam jurisprudentiæ Romanæ partem jus naturale factis hominum applicatum dixit, et pleraque eorum, quæ in hoc opusculo versat, eadem ipsa ab jurisconsultis et interpretibus civilis inculcantur. Quod Theologos autem, et Catholicos Scriptores attinet, plura hujus argumenti ita perspicue, et dilucide ex ipsius naturæ principiis tractarunt, ut Protestantium industriæ nihil nisi specilegii curam reliquerint. Fatetur id ipsum Hugo Grotius, vir gravis et doctus, in prologomenis, qua præcipue forte causa à recentioribus plerumque in discrimen adducitur. Sed si ipsi quæ ex illorum scrineis expilarunt persolvere pergant, implumes omnino, et obæratu paria facere nequibunt. Quibus palam fit quam injuste, ac temere notam adscribant Sanctæ Ecclesiæ, Patribus, et Scriptoribus Catholicis, quasi à recta tradendæ scientiæ juris naturæ methodo recedant, propterea quod in subsidium Scripturas Sanctas, et sapientium testimonia advocent. E contrario præfata hæc omnia ad hanc illustrandam scientiam magnopere utilia, et valde opportuna proculdubio sunt, quod autem re ipsa valde utile, quod commodum, illud cum M. Tullio, et ceteris sapientibus in morali acceptione dicitur necessarium. Quamquam si quis naturales leges sola ratione deducere vellet, et hoc facile ferri possit,

de

deris apud gentes, juris Romani ignaras, et à Christiana pietate alienas, habitura sint argumenta ex jure Justiniano, sacris pandectis, jure pontificio, Thomæ, Alberti Magni, S. Bonaventuræ, et aliorum operibus deprompta. Apud Plautum *Mostell.* III. 1. v. 29. consultus à domino, Theuropide, Tranio servus, quid nunc faciendum censeat, quando ea omnia facta neget vicinus, quæ ipse retulisset? lepide ac percallide respondet:

Egon: quid censeam?

Cape, obsecro hercle te, cum eo una judicem.

Sed eum, videto, ut capias, qui credat mihi:

Tam facile vinces: quam vulpes pium comest.

Idem, vereor, ne postulent ii, qui se jura belli, pacis, fœderum, omnesque, quæ inter gentes intercedere possunt, controversias, vel ex legibus Romanis, vel ex jure pontificio, vel ex sacris veteris, novique fœderis libris, vel denique ex vastis philosophorum scholasticorum commentariis, se definire velle pollicentur. Judices enim postulant eos, qui his libris sibi eorum auctoritate fretis, credant, pollicenturque victoriam tam facilem, quam si vulpes pium comedit.

Quid

de eisdem tamen nihil statuere debet, quin disquisierit prius, an cum lumine revelato consentiant nec ne. A Christiana namque pietate alienum videtur, quæcumque ad mores pertinent insuper habita revelatione, et Theologorum censura definire. Quam methodum cordatiores etiam Protestantes quadantenus servarunt, et servat, si dicendum quod res est, ipse Heineccius, cum in hac præfatione incidisse se in harmoniam illam incomparabilem revelationis et rationis credit, et in calce ipsius scholia paragraphis subjunxisse admoneat, ut consensum veterum ac recentiorum ipsarumque sacram litterarum ostendat. v. Dan. Concina t. 6. Theol. Christ. Diss. prolegom. de jure nat. et gent. cap. 8. et seqq. Anselmus Desing. Larva detr. lib. 1. cc. 5. 9. lib. 2. cc. 3. 8. Joann. Franc. Finetti de princ. jur. nat. lib. 1. c. 4. et infra not. ad §. 16.

Quid vero si gens quædam cum Turcis, vel Sinensibus,
b vel

Quid vero si gens quædam cum Turcis, vel Sinensibus, vel Japonibus de violatis fœderum legibus expostulet? Cum argumentis in præcedenti nota pro auctoritate, et Sacra Scriptura adductis pressius urgeantur Heineccius ceterique Protestantes, hoc de Sinensibus, et Japonibus excipiunt, sed futile, et intempestivæ responsionis. Quoniam nunc quæstio haud est, sint ne Ethnicis Scriptores Scripturas divinas amplexuri, quas scimus ab illis ignorari, et nihili fieri. In hoc vertitur difficultatis cardo: sit ne universo generi humano, originali labe sauciato, tenebrisque obsepto, necessaria doctrina revelata ad difficilima juris naturæ decreta cognoscenda, et ad ordinem istius societatis humanæ moderandum? Homo utpote à nobis imbuendus est non commentitius sed verus, et ita imbuendus jure naturali, ut in virum probum et honestum, civem etiam sincerum, fortem, fidelem evadat, qualem exprimit teste ipso Heineccio §. 106. lib. 2. Divus Paul. ad Timoth. epist. 1. c. 2. *ut quietam (scilicet) et tranquillam vitam agamus in omni pietate, et castitate.* Quo posito, artes, et scientiæ formandæ sunt prout earum exigit indoles, sive multos, sive paucos habituræ sint lectores; ac proinde cum hæc juris disciplina tradenda sit, immerito utique silentio prememus potissimum ejusdem instrumentum, vel principium, quia quibusdam nationibus minime probetur; cum sat sit eo subsidio hanc scientiam egere, ut certe indiget doctrina revelata ad mentis humanæ aciem acuendam. Ex quibus perspicere licet utramque recentiorum sectam errare, alii siquidem juris artem à doctrina revelata omnino sejungunt, alii conjungendam putant utramque doctrinam dum Christianis, secus dum Ethnicis juris naturalis decreta explicantur. Nam veritas non uni nationi, non uni populo, sed universo generi humano patescere omnino debet. Nec admodum difficile erit ex ipsis tela, quibus jugulentur, de promere, quia neque Heineccius, neque Pufendorfius est à Sinensibus receptus, et tamen illi dicunt jus à se descriptum esse jus naturæ, et ex eorum libris, et scholis hoc disci posse. Fallacis etenim utun-

tur

vel Japonibus de violatis fœderum legibus expostulet? His scilicet facile persuadebitur, justa esse omnia, quæ non dicam jurecōsulti, aut Pontificis Romani, vel Thomas Aquinas, sed ipsi Prophetæ, ac Apostoli scripserunt. At ego id eos, credo, non facilius consequuturos, ac Turcas, si Mahumedem; aut Sinenses, si Confucium suum nobiscum judicem capere vellent. Ex eo vero profecto consequitur, ut aut omnes gentium rerumque publicarum controversiæ inter τὰ ἄποικια referendæ sint, aut in promptu esse oporteat præcepta vel leges, quas ipsa recta ratio vel Deus potius, rationis auctor, inter omnes gentes, quantumvis linguis, ac regionibus dissitas, constituerit; quibusque se populi omnes, qui non plane obbrutuerint, obligari fateantur. Quum vero hæc ipsa non alia sint, quam quæ juris naturæ ac gentium vocabulo designamus: quid quæso, utilius, quidque magis in omni vita frugiferum esse potest, quam præclara ista vereque divina præcepta ita percepta habere, ut iis non ad ostentationem, sed ad dijudicanda integrarum gentium civitatumque negotia, utaris? Quis præclare de studiosa juventute mereri neget eos, qui se illi duces ad tam incomparabilem scientiam profitentur? Denique quis non eos ipsam rectam

ra-
tur cum Sinenses, et Aethiopes inducant Sacrarum litterarum ignaros, quia sophisma hoc accidentis est ut vocant logici, nam per accidens est quod Scriptura, et Auctores Catholici ignorentur à Sinensibus, atque ita non recte concluditur inutilia ea esse per se ad jura naturalia agnoscenda. Quemadmodum nec cite pariter instituitur argumentatio cum dicunt Scripturam esse ignotam, aut non receptam Japonibus, ut eliciant neque aptam esse ad veritatem demonstrandam. Sicut Heinicci libellus non est notus, aut receptus Aethiopibus: ergo non est idoneus ad docendum reliquos juvenes: vel Euclides non est cognitus à Groentandis, ergo ex eo nemo docere poterit Sinenses. Fraus igitur inest, quia et negatione actus ad negationem potentiæ fit transitus: liber ignotus mihi actu me non docet, aptitudinem tamen habet ad docendum. Concin. Diss. proleg. jur. nat. c. 12, Desing. Larva lib. 1. cc. 5. 10.

rationem in exilium agere velle dicat, qui operam omnem, in jure naturæ ac gentium collocatam, non modo infructuosam, sed et noxiam, et cum maximo juvenum detrimento conjunctam esse, clamant? Sed hæc quidem fortassis ad pudorem purgandum mihi sufficerent, si vel solus, vel inter primos, in hac perpelienda disciplina operam aliquam atque industriam collocassem. Jam vero quum jam pridem non modo æterna illa Grotii et Pufendorffii opera in omnium manibus versentur, sed et hodie nemo fere sit umbraticus doctor, quin aliquod meditationum suarum, ad hanc universalem jurisprudentiam pertinentium, specimen, tamquam evulsum splendissimo palatio lapidem, circumferat: actum egisse videbor plerisque, et otium, quod melius transigi poterat, in adornando hoc libello male contrivisse. Enim vero hos meminisse velim, suum cuique esse judicium, et quod uni supervacuum videtur, id aliis non modo utile, sed et necessarium, videri. Et sane qui in academiis erudiendæ juventuti operam navant, ii re ipsa quotidie experiuntur, quanto cum tædio conjuncta sit servitus, cui obnoxii sunt omnes, qui aliorum libellos enarrare coguntur; ac proinde nihil illis accidit molestius, quam si alios duces sequi, et confidere jubeantur alieno ingenio. Sæpe enim talia sunt auctoris cujusdam, quem interpretandum suscipiunt, principia, qualia ipsi probare non possunt. Sæpe ille pleraque sine ordine etiam confuse pertractat, ut nihil sit in libello, quod veluti certam sedem ac fixum domicilium habeat, nihil, quod non æque facile alienissimo, ac suo loco, pertractatum reperiat. Aliquando contingit, ut auctor, quem quis ducem elegit, in rebus vel nugatoriis, vel *anecdoticis*, admodum sit verborum, magnoque conatu maximas agat nugas; in aliis, perquam scitu necessariis, tam brevis, ut eas saltu magis transilire, quam attingere videatur. Atque inde duo consequi necesse est, primum ut docentes multa, quæ auctor scripsit, refellere, rebus nihili cum tædio immorari, plura ab eo ommissa magno cum temporis dispendio supplere teneantur: alterum, ut discentes veluti per labyrinthum eo perducti, quo via recta multo facilius pervenire potuissent, res, tam variis interruptas disputationibus, suoapte in-

genio connectere nequeant; atque ita præcipuo fructu, quem ex illis acroasibus capere debuissent, priventur. Id vero vel solum satis idoneam rationem sufficit doctori, ut in docendo suis, quam aliorum, libellis uti malit: adeoque et mihi prodesse debet, elementa hæc juris et gentium scribere auso; ne temere eum laborem suscepisse, aut post tot Homeras Iliada exorsus esse videar. Sed habere mihi visus sum et alias causas, quæ me ad scribendum non modo invitarent, sed et quodammodo impellerent. Quicumque adhuc in pulcherrima illa disciplina versati sunt, illi doctrinas suas vel nulli certo ac indubio principio superstruxerunt, veritates varias, easque utilissimas, veluti uno fasce, collegisse contenti: vel principia parum idonea admitterunt: vel ea denique tan longe ex subtilissimis, quas metaphysica suppeditat, notionibus petierunt, ut data veluti opera tenebris omnia involvere voluisse videantur. At ego, expensis omnibus, quæ huc facere videntur, hanc feci summam cogitationum mearum, nullius disciplinæ philosophicæ evidentiora oportere esse principia, quam juris naturæ, et gentium: quippe quod Deus immortalis non solis eruditis, iisque, qui acutius reliquis vident; sed omnibus omnino hominibus non modo perspectum, verum etiam eorum mentibus inscriptum esse voluit. Nullum vero reperiri principium evidentius, existimo, quam quod vir illustrissimus, SAMUEL L. B. DE COCEJI, aulæ Regiæ Prussicæ Papinianus, tum adhuc admodum juvenis, pereruditus dissertationibus demonstravit, puta VOLUNTATEM DEI. Quamvis enim plerique hodie veterem illam scholasticorum doctrinam de naturali actionum bonitate et justitia, à Pufendorffio tanto molimine profligatam, in lucem revocare malint: ego tamen perspexisse mihi videor, esse quidem actiones in se et sua natura bonas: at justas illas dici non posse sine jure, nec jus intelligi sine lege, nec legem sine legislatoris voluntate concipi posse: adeoque bonitatem actionum naturalem posse illam quidem hominem, qui rectæ rationi, quam cupiditatibus suis obtemperare malit, obligatione quadam interna ad bene agendum impellere; verum non tamquam legem, sed tamquam consilium aliquod, quod qui non sequitur, imprudenter quidem, at non injuste, egisse

videri potest. Sed non minus porro perspicue intelligere mihi visus sum, Deum voluisse, ut vero bono frueremur. Quod quum aliter consequi, quam per AMOREM, nemo possit: ex eo solo, tamquam limpidissimo fonte, totum jus naturæ et gentium pronò alveo fluere, censeo, atque ita incido in harmoniam illam incomparabilem revelationis et rationis, quippe ab eodem benignissimo Numine profectarum. Nam et illa, amorem totius legis divinæ, quæ decalogo comprehenditur, summam, ἀναίσθητον, νόμον, τέλος esse diserte docet, *Matth. XXII. 37. Luc. X. 27. Rom. XIII. 9. I. Tim. I. 5.* Non equidem ignoro, quid obverti soleat huic sententiæ, puta, amorem esse virtutem, ad quam nemo cogi vel externa obligatione, obstringi possit: ac proinde ex eo fonte officia quidem humanitatis, quæ et imperfecta vocant, non autem perfecta, promanare. Sed præterquam, quod decalogi leges, quæ procul dubio perfecta non minus, quam imperfecta, officia inculcant, ad AMOREM, tamquam ad principium suum, ab ipso Servatore revocantur: luculenter videmur ostendisse, verum amorem non modo cum propensione alteri beneficiendi, sed et cum proposito, eum, quem amamus, non lædendi, eique omnia, quæ jure etiam perfecto debemus, tribuendi, conjunctum esse: et priorem AMOREM BENEFICENTIÆ, posteriorem JUSTITIÆ, commode posse adpellari; utrumque vero esse intelligendum, quoties ex amore universum jus naturæ et gentium derivatur. Ceterum ex AMORE fluere officia omnia erga Deum, nos ipsos, aliosque homines; eaque tum absoluta, tum hypothetica, re ipsa nos ostendisse, arbitramur. Nec aliam juris gentium originem esse, patet. Sive enim in statu naturali, sive in societate, vivant homines, ad tuendam vitam, sanitatem, substantiam, rem denique publicam, amore impelluntur, nec gens à gente quidquam exigere ex ulla ratione potest, nisi ex regulis amoris notissimis: Quod tibi vis fieri, id et aliis facito: itemque, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Immo ad ipsas ineundas societates nihil aliud impulit homines, quam amor tum sui, tum aliorum, quorum communi saluti talibus pactis consulere voluerunt. Habes, CANDIDE LECTOR, meditationum mearum summam: quibus me, ob illam rationis et fidei concordiam, mag-

magnopere delectari, non difiteor; sed ita, ut eas obrudam nemini, neque ideo aliorum doctrinis quidquam detractum velim. Ipse etiam hic libellus, uti spero, ostendet, me nusquam id egisse, ut aliis insultarem, sed ut mea proponerem, eaque vel firmarem argumentis, vel contra ea, quæ obverti illis posse viderentur, modeste vindicarem. Nullum scriptorem, cujus memini, paulo acerbius reprehendi, quamvis aliquando non defuisset occasio: quin eorum nomina plerumque dissimulare, quam aliquid, quod non dicam immodestius, sed duriuscule scriptum videri posset, scribere malui. Methodo usus sum, Musis meis familiari, non mathematica quidem illa, vel geometrica, sed naturali, et perspicua, quam auditoribus commodissimam esse, re ipsa per tot annos expertus sum. Operam dedi, ut omnia præcepta ex claris definitionibus, deductisque inde axiomatibus derivarem: eaque stilo, non ornato illo quidem, aut multis eloquentiæ luminibus distincto, quem hujusmodi libeli non desiderant; sed puro tamen, quantum fieri potuit, et perspicuo proponerem. Plerisque paragraphis scolia subjunxi, in quibus modo doctrinas, in iis propositas, aliis argumentis firmavi: modo objectiones quasdam solvi: modo consensum veterum ac recentiorum, ipsarumque sacrarum litterarum, ostendi: non quod turpi *παράφρασις ἐστὶν ἁπλοῦς*, juris naturæ et gentium præcepta ex aliis, quam suis ac domesticis principiis, derivare voluerim; sed quod ea et oblectare lectorem, et convincere possint, talia esse hujus disciplinæ præcepta, ut ea et veteres solo rationis ductu perspexerint, et ipsi sacri scriptores, divino adflatu, humano generi inculcarint. Indicis conficiendi laborem filius in se suscepit, quem non male hoc officio functum esse, speramus. Sed quam spe longius procedere orationem, animadvertam, hic eam abrumpo, meque benevolentiam bonorum omnium, et tuam maxime, CANDIDE LECTOR, vehementer etiam atque etiam commendo. Vale. Halæ Magdeb. ipsis Idibus Octobris. MDCCXXXVII.

E L E M E N T A
J U R I S N A T U R Æ,
E T G E N T I U M.

LIBER PRIMUS.
JUS NATURÆ.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, et Constitutione Juris naturæ,
et Gentium.

§. I.

Quemadmodum omne id homini BONUM esse dicimus, quod eum conservat ac perficit; MALUM, quod eundem destruit deteriorumque reddit, (*Elem. phil. mor. §. CXLII.*) ita et ACTIO BONA erit, quæcumque ad conservationem perfectionemque hominis prodest; MALA, quæ destruit eundem, ac imperfectiorem reddit.

Quid actio bona et mala.

C A S T I G A T I O N E S.

In Lib. 1. c. 1. §§. 1. 2.

Quemadmodum omne id homini bonum esse dicimus, quod eum conservat, ac perficit... Ita actio bona... Conservare hominem dicitur quidquid ad ejus durationem, et continuam

nuam

magnopere delectari, non difiteor; sed ita, ut eas obrudam nemini, neque ideo aliorum doctrinis quidquam detractum velim. Ipse etiam hic libellus, uti spero, ostendet, me nusquam id egisse, ut aliis insultarem, sed ut mea proponerem, eaque vel firmarem argumentis, vel contra ea, quæ obverti illis posse viderentur, modeste vindicarem. Nullum scriptorem, cujus memini, paulo acerbius reprehendi, quamvis aliquando non defuisset occasio: quin eorum nomina plerumque dissimulare, quam aliquid, quod non dicam immodestius, sed duriuscule scriptum videri posset, scribere malui. Methodo usus sum, Musis meis familiari, non mathematica quidem illa, vel geometrica, sed naturali, et perspicua, quam auditoribus commodissimam esse, re ipsa per tot annos expertus sum. Operam dedi, ut omnia præcepta ex claris definitionibus, deductisque inde axiomatibus derivarem: eaque stilo, non ornato illo quidem, aut multis eloquentiæ luminibus distincto, quem hujusmodi libeli non desiderant; sed puro tamen, quantum fieri potuit, et perspicuo proponerem. Plerisque paragraphis scolia subjunxi, in quibus modo doctrinas, in iis propositas, aliis argumentis firmavi: modo objectiones quasdam solvi: modo consensum veterum ac recentiorum, ipsarumque sacrarum litterarum, ostendi: non quod turpi *παράφρασις ἐστὶν ἄλλο γένος*, juris naturæ et gentium præcepta ex aliis, quam suis ac domesticis principiis, derivare voluerim; sed quod ea et oblectare lectorem, et convincere possint, talia esse hujus disciplinæ præcepta, ut ea et veteres solo rationis ductu perspexerint, et ipsi sacri scriptores, divino adflatu, humano generi inculcarint. Indicis conficiendi laborem filius in se suscepit, quem non male hoc officio functum esse, speramus. Sed quam spe longius procedere orationem, animadvertam, hic eam abrumpo, meque benevolentiam bonorum omnium, et tuam maxime, CANDIDE LECTOR, vehementer etiam atque etiam commendo. Vale. Halæ Magdeb. ipsis Idibus Octobris. MDCCXXXVII.

E L E M E N T A
J U R I S N A T U R Æ,
E T G E N T I U M.

LIBER PRIMUS.
JUS NATURÆ.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, et Constitutione Juris naturæ,
et Gentium.

§. I.

Quemadmodum omne id homini BONUM esse dicimus, quod eum conservat ac perficit; MALUM, quod eundem destruit deteriorumque reddit, (*Elem. phil. mor. §. CXLII.*) ita et ACTIO BONA erit, quæcumque ad conservationem perfectionemque hominis prodest; MALA, quæ destruit eundem, ac imperfectiorem reddit.

Quid actio bona et mala.

C A S T I G A T I O N E S.

In Lib. 1. c. 1. §§. 1. 2.

Quemadmodum omne id homini bonum esse dicimus, quod eum conservat, ac perficit... Ita actio bona... Conservare hominem dicitur quidquid ad ejus durationem, et continuam

§. II.

CONSERVARE HOMINEM dicitur, quiddid ad ejus du-

durationem status presentis aliquid confert. Hæc boni, et mali, et actionum bonarum, et malarum definitio justo longuis abit, et arctioribus limitibus circumscribenda est, quo vera et expressa boni idea tradatur; præsertim cum non omnibus juris naturæ Scriptoribus una eademque sit circa bonum sententia. Hobbesiani enim, eorumque similes, bonum et stimant ex cujusque desiderio, et voluntate. Thomasius cum universali, et fundamentali sua propositione faciendâ esse statuat quæ vitam hominum reddant et maxime diuturnam, et felicissimam, vel Epicureus est, vel ad Epicureorum insaniam proxime accedit. Sed utrisque procacior Christianus Wolfius non tantum Epicureismi factor dicendus, quia immo longius quam Epicurus præstitit. Nam cum Epicurus voluptatem, commoditatem, jucunditatem per se expetenda asseruerit: Wolfius vero præterea docet nos lege naturali ad ea persequenda obstrictos esse. Quapropter clarius, et distinctius finienda est boni natura, ne ad illorum errores offendamus. Nec satis est recursus ad Elem. Philos. Moral. §. 142. quo se recepit Heineccius; pauca etenim et fere iisdem verbis dixerat *bonum adpellamus quiddid rem conservat ac perficit*, et quamvis in scholio nonnulla addit nempe: si ergo malum repugnat naturæ nostræ et essentiæ, adeoque destruit esse, vocatur physicum: sin repugnat voluntati Dei, et destruit bene esse, morale dicitur, quæ divisio etiam ad bonum pertinet, rem penitus non extricat. Bonum itaque aliud est naturale, seu physicum, illud scilicet quod rei alicujus naturam facultatesve conservat, auget, aut perficit; aliud est bonum rationis, quod vulgo morale dicitur, atque in conformitate actionis cum ratione positum est. Bonum siquidem morale dicimus quiddid consonat, vel conforme ordini rationis, et legi est æternæ: quia duplex voluntatis humanæ adest regula, altera proxima, et intima, nempe mentis ratio, altera extima, et remota, videlicet

lex

durationem et continuationem status presentis aliquid Quid
confert: PERFICERE, quod ea omnia, quæ ad essentiam conser-
integritatemque ejus pertinent, quæque omnino gradus vatio,
admittunt, auget atque amplificat. *) Ex quo, quid perfec-
tionis DESTRUERE AC IMPERFECTORFS, vel DETERIORES tio, des-
reddere dicatur, facile intelligitur. tructio

*) Eadem est perfectionis idea, quæ Simplicio observata fectio?
est, dum ad Epict. Enchir. Cap. XXXIV. p. 176. scribit:
μη τὰ πρῶτα ἵνα, καὶ τὰ μέσα ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄχατα,
ἰδίῳ ἵτι τὸς τελειότητος. Non prima tantum et media habere, sed
extrema quoque, proprium est PERFECTIONIS. Nec aliter
Aristotel. *Metaph. IV. 16.* ubi licet varias vocabuli notiones
evolvat, ad eandem tamen ideam omnes reducit.

A

§. III.

lex æterna. Hæc vero æterna lex rationem nostram dirigit lumine signato super intellectum humanum; et divinæ providentiæ dispositio sicuti causis secundis vim ad agendum communicat, cumque iisdem una producit effectus: ita quoque lumen suæ æternæ legis hominibus impertit, quo moderari proprias valeant actiones. Quo sensu bonum hic sumi debet, utpote de natura actuum humanorum, et de jure naturali agimus, et ita quodammodo sibi cohærebit Heineccius cum infra §. 116. actiones bonas dicat esse, quæ sunt conformes rectæ rationi, quod eodem recidit, alias etsi non disertis verbis, saltem principiorum consequentione argui posset eum cum Epicureis, et aliis consentire. Quare cum bonum in convenientia naturæ generaliter ponatur, et in homine potissima pars ratio sit, propterea quod non brutorum more bonum sensuale appetitu, et delectatione æstimare debet, sed peculiari et propria ipsius regula nempe ratione: quæcumque itaque rectæ rationi tantum conveniunt, quæque perficiunt, et servant, bona dicenda. Et eadem ipsa cautio esto cum de felicitate, et perfectionibus loquamur, ne de sensuali, et corporeis suboleamus Concinn. Diss. 1. de jur. nat. c. 8. Desing. jus nat. c. 6. cum Divo Thoma, et August. Finetti de princip. jur. nat. lib. 1. cc. 9. 10. lib. 4. c. 6.

§. III.

Homi- nes æque male, ac bene agere possunt.

Quum ergo ea sit voluntatis humanæ indoles, ut semper adpetat bonum, malumque aversetur: (Elem. phil. mor. §. XXIX.) fieri quidem 1) non potest, quin semper actiones, quæ ad conservationem et perfectionem nostram pertinent, edere velimus, ab iisque, quæ nos destruunt, vel imperfectiores reddunt, abhorreamus: at 2) quia bonum et malum æque adparens, ac verum esse potest, et bonum adparens verum malum; malum adparens verum bonum est: (Elem. phil. mor. §. CXLIII.) sæpissime sane contingit, ut, quemadmodum Ixion nubem pro Junone, ita nos bonum adparens pro vero adplectamur, malumque adparens pro vero aversemur, ac proinde 3) æque facile male, ac bene agamus. *)

*) Id denuo recte vidit Simplicius ad Epictet. Enchir. Cap. XXXIV. p. 184. ubi maximopere laudat voluntatis libertatem, eamque vocat τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν αὐτοβουλίας καὶ ἐν τῷ βίῳ ποτὶ τὸν κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀγαθὸν αἰσθάνουσαν, κατὰ δὲ τὴν φύσιν αὐτῆς, liberam animi naturam, quæ suapte voluntate et absque coactione alias verum bonum amplectitur, alias IMAGINARIUM.

§. IV.

Itaque adeoque bene vel male agendi potentia, vocatur LIBERTAS: ac proinde negari non potest, 4) dari actiones hominis bonas malasque liberas. Quumque omnia, quæ æque facile à tramite deflectere, ac viam rectam tenere possunt, norma, ad quam dirigantur, indigeant: consequens est, 5) ut et actiones humanæ liberæ ad normam quamdam componendæ sint. *)

*) Eodem modo ratiocinatur Epictetus apud Arian. Lib. II. Cap. XI. Πάντα καλῶς ἔχειν τὰ δαδόντα ἀπασις καὶ πῶς δυνατὸν τὰ μαχίμωτα καλῶς ἔχειν ἢ ἐν ἀγαθῇ καὶ ἐν δόξαν ἡνάτω πρὸς τὸ ἀναί. ὅτι γὰρ ἐπὶ βλαβῶν, ἢ πέτρων, ἢ φίλων τὸ ἐμψάσει ἀγυμνία, ἀλλὰ καὶ τινὰ ἐφ' ἡνάσσει ἕρπον. Ἐνταῦθ' ἐν ὅδοις κατὰ τὸν ἀναί. τὸ δόξαν ἢ καὶ πῶς δύναιτο ἀτιμωρεῖται ἀναί. καὶ ἀνύσεται τὰ ἀναγκαιότατα ἐν ἀνθρώποις; Omniane recta esse existimas pro eo, ac cuique visa fuerint? At qui fieri potest, ut pugnantia inter se sint

sint recta? Itaque ut aliquid recte se habeat, satis non est, ita alicui visum esse, quum ne in gravibus quidem librandis, mensurandisque rebus nudis visis sinu contenti, sed in omnibus REGULAM quamdam adhibeamus. An ergo in his, de quibus loquimur, REGULA nulla erit eminentior, quam quod nobis ita aliquid videatur? Sed qui fieri potest, ut CERTA NORMA nulla sit vel pervestigari non possit, qua in vita humana nihil est magis necessarium?

§. V.

Per NORMAM hic intelligimus evidens boni malique criterium. Neque ergo 6) illa recte suo fungeretur officio, nisi RECTA, CERTA, et CONSTANS esset. Pone, rectam, tam illam non esse: nec normatum recte se habebit. Pone, eandem non esse certam: non boni malive erit criterium. Si denique Lesbiam esse sibi non constare hanc normam fingas: actio ad illam composita modo bona, modo mala est futura, ac proinde omnibus his casibus nec normæ nomine digna illa esse videbitur. *)

*) Adeo verum est, quod cecinit Lucret. de rer. nat. Lib. IV.

v. 515.

Si prava est regula prima,
Normaque si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum:
Omnia mendose fieri atque obstipa, necessum est,
Prava, cubantia, prona, supina atque absona, tecta,
Jam ruere ut quædam videantur velle, ruantque,
Proditæ iudicium fallacibus omnia primis.

§. VI.

Præterea 7) parum utilitatis homini attulerit hæc norma actionum, nisi ita sit comparata, ut motivo aliquo, quod vocant, impellatur voluntas ad illam adhibendam. Quia enim numquam agit homo, ut non aliquid, quo impellatur ad agendum, simul animo obversetur: sane nec normam adhibebit, vel satim parum sua interesse existimabit, adhibeatne eam, nec ne, nisi motivo aliquo ad id impellatur. Quum vero motivorum

A 2

Ad §. 6.

Quum vero motivorum nexum cum actione libera obligationem vocemus. Hæc obligationis definitio pro connectione motivi cum actione, quæ Wolfii etiam et aliorum

nexum cum actione libera OBLIGATIONEM vocemus: con-

rum est, valde displicet, et merito quidem Joanni Francisco Finetti de princ. jur. nat. lib. 10. c. 1. maxime quia moralis necessitas agendi, vel non agendi nequaquam inducitur per solam connexionem actionis cum motivo, seu per connexionem actionis, cum representatione boni, vel mali ex ipsa actione profluentis. Hæc siquidem representatio cum pravis etiam actionibus connexa identidem reperitur. Præter bonum enim malumve ex actionibus ipsis profluens, possumus nos, immo debemus ad agendum permoveri representatione ipsa debiti, quod nobis incumbit officio nostro satisfaciendi; puta parendi ei, qui legitime imperat: adeoque representatione boni, non quidem illius, quod ex ea actione promanat, sed quod ipsimet actioni inest: quatenus eadem ipsa actione nostrum recte servandi ordinis debitum explemus. Igitur distinguenda omnino est obligatio agendi ab incitamento, et impulsione ad agendum: hæc à representatione vel acquirendi boni, vel mali vitandi proficiscitur, à superioris illa auctoritate descendit: representatio boni excitat voluntatem ut velit agere, obligatio præstat ut agere debeat, seu inducit agendi debitum. Quare concludi ex hac obligationis definitione potest, jus naturale totum everti, siquidem convellitur, et exturbatur obligationis idea; quandoquidem obligationi morali substituitur, si ita loqui fas est, physica, seu quodcumque agendi motivum, aut impulsus: subversa autem obligatione, tollitur substantia legis, quæ absque vera obligatione consistere non potest. Sublata vero lege, ubi jus naturale, quod aliud non est, nisi lex naturalis? Ulterius igitur assurges, nempe ad ipsum auctorem naturæ, ad quem solum spectat obligationem veram naturalem nobis indere, seu naturalibus agendi motivis robor legis superaddere, quo veram obligationem invenias. Sed auctores isti cum Atheis, Sinensibus, Aethiopicis, et aliis nationibus jus naturale constituere cupiant, huc tandem recidunt, ut credant in ipsa natura rationem esse sufficientem, unde possit obligatio fluere; verum neque

sequens est, 8) ut normam actionum humanarum, si officio suo fungi debeat, oporteat esse obligatoriam.

§. VII.

Quandoquidem ergo obligatio est nexus motivorum cum actione libera: (§. VI.) illa motiva vel in ipsa actionum bonitate pravitaeque; vel in entis cujusdam, cujus imperium agnoscimus, actiones aliquas sub complexa minatione pœnæ prohibentis præcipientisve, voluntate consistunt. Priore ergo casu OBLIGATIO INTERNA: posteriore EXTERNA vocari solet. Vid. THOMAS, fund. Jur.

obligatio, neque lex naturalis habet in natura nisi manifestationem, et promulgationem. Quo circa alia reponi poterit obligationis definitio, videlicet: moralis necessitas agendi, vel non agendi ex actionis bonitate vel morali malitia orta. Hæc et alia uberius Finetti ibid. et c. 6. ejusd. lib. 10. vel si verba definitionis Heineccianæ retineas, sub connexionem necessitatem agendi, motivorum nomine bonitatem, aut malitiam moralem subintellige v. infra not. ad §. 9. et de bono ac morali malo supra §. I.

Ad §. VII.

Priore ergo casu obligatio interna. Ad eundem fere lapidem, quem indicavimus §. anteced. impinges, si obligationem internam, quæ veri propiique nominis sit admittas, quapropter uti minus propria, et imperfecte talis tantummodo hujusmodi obligatio est censenda. Non quia omnem obligandi vim abnegandam rationi putem, nam cum quid honestum, quidque iniquum sit suggerat, et ratio in ipso homine quasi munus aliquod superius exerceat, quia rationes suas modo probat, modo improbat, non tantum ipsa alicujus obligationis est fons, sed etiam aliquatenus ad recte agendum movet. Sed hujusmodi obligatio valde infirma, et imbecilla, quia ratio cum pars hominis sit, quidquid ea dictaverit, remanet iterum in sua libertate naturali agendi, et quam facillime aliunde cupiditatibus distrahitur, nisi fortior alia vis, et validior accedat ad eum in officio continendum, quæ sola proprie obligatio est, ea nempe quæ

jur. nat. et gent. Lib. I. Cap. IV. §. LXI. sequ. Illa ad actiones BONAS; hæc ad JUSTAS homines impellit. Utriusque vero correlatum quod vocant est JUS. Si enim alter est obligatus; alteri jus est, vel facultas aliquid ab altero exigendi.

§. VIII.

quæ oritur ex supremi imperio legislatoris, judicis, et vindicis, quam hic externam vocat Heinecc. et in §. Schol. tantum sufficere asserit. v. Finet. lib. 10. c. 6.

Ibid. *Illam ad actiones bonas: hæc ad justas homines impelleit.* Ut melius hoc innotescat, consule not. infra ad §. 70. Non nihil enim interest inter bonum, et justum: bonum est quod consonat rationis ordini: justum quid quid conforme est legi naturæ, et justitiæ naturali, vel universali, quæ bonum commune promovet, vel particulari, quæ privatas respicit personas.

Ibid. *Utriusque vero correlatum, quod vocant, est jus.* Plerisque recentioribus ita alte infixæ est hæc correlatio, ut passim concludant nullum jus esse si nulla sit obligatio, ita ipse infra §. 109. in schol. actiones coactas obligationem non edere hac correlatione probat, et alias sæpe. Sed jus oriri ex obligatione falsum omnino est, jus quippe hic sumitur pro facultate morali agendi, vel habendi, ac proinde jus ad ea omnia, quæ facere non prohibemur, extenditur. Hæc autem multo latius patent, quam ea, quæ præstare tenemur. Sunt certe jus, et obligatio correlata, sed alterius alterum causa non est. Quare absonum videtur quærere, num jus ex obligatione, vel obligatio oriatur ex jure, potius attendenda est actio ipsa, quæ jus, et obligationem fundat; nam si ea sit per se obligans, ex ea immediate quidem fluit obligatio, mediate autem jus alterius: si vero sit actio per se jus conferens, ex ea jus immediate oritur, mediate vero obligatio. E. c. si quis alteri obedientiam promittit, immediate quidem in eo obediendi oritur obligatio, in hoc vero mediate jus oritur imperandi: Si Rex autem quempiam constituat alicujus civitatis præsidem, immediate in eo jus imperandi oritur, et in populo mediate obediendi obligatio. Sed et alia plura incommoda ex hac correlatione sequi discas infra not. ad §. 201. 209. v. Fineti lib. 10. c. 1.

§. VIII.

Jam facile intelliges, 9) non sufficere homini normam, cum interna tantum obligatione conjunctam. Quum enim hæc obligatio bonitatem cum actione connectat, (§. VII.) adeoque hominem ad agendum ideomoveat, quod actio bona sit futura, at ita natura comparatum sit, ut bonum adparens sæpe pro vero amplectamur, (§. III. 2.) fieri profecto non posset, quin norma, cum interna obligatione conjuncta, incerta futura sit, adeoque indigna, quæ normæ nomine veniat. (§. V.)

Non sufficere obligationem internam.

*) Non equidem negamus, speciem obligationis nobilissimam esse internam, quippe quam sapientes et probi viri sequuntur, secundum sententiam notissimam: *Oderunt peccare boni, virtutis amore.* Quin veteres omnes vel eo maxime nomine laudarunt nascentis mundi homines, quod suo ingenio, suaque sponte et sine lege, quæ justa rectaque essent, fecerint. Seneca *Epist. XC. Prima mortalium, et ex iis geniti, naturam incorrupte sequebantur, eamque habebant et ducem, et legem.* Add. Ovid. *Metamorph. Lib. I. v. 90.* Tacit. *Annal. III. 26.* Sallust. *Catil. Cap. IX.* At sufficere illam negamus, quia querimus jus naturale, improbis et bonis, stultis et sapientibus commune, ut si quos ratio continere in officio non possit, obligatio saltem externa, vel, quod eodem recidit, periculi metus efficiat.

Ne vaga prosiliat frænis natura remotis.

Horat. *Lib. II. Serm. sat. VII. v. 74.*

§. IX.

Si vero norma, cum interna obligatione conjuncta, incerta esset futura: opus omnino est 10) tali, quæ obligationem externam producat, atque in entis cujusdam, cujus imperium agnoscimus voluntate consistat. Quum vero ens illud nos vel sine coactione ad virtutem vel honestatem obliget, vel actiones quasdam sub comminatione pœnæ vel proposito præmio prohibeat præcipiatve, prior obligatio IMPERFECTA: posterior PERFECTA.

Opusergo est externa, vel perfecta.

FEC-

Ad §. IX.

Prior obligatio imperfecta. Plenius hæc omnia, ita ut

PECTA adpellatur. Denique 11.) voluntas entis superioris, actiones quasdam sub comminatione pœnæ prohibentis præcipientisve, dicitur LEX: ac proinde 12.) norma actionum humanarum liberarum, ad quas perfecte obligamur, consistit in legibus, earumque complexio *κατ' ἐξοχήν* JUS adpellatur. *)

*) JUS enim, quatenus pro norma actionum humanarum accipitur, est *complexio omnium legum unius ejusdemque generis* (*Elem. Inst. §. XXXIII.*) Itaque jus sine relatione ad legem vel obligationem externam concipi non posse, ipsa vocabuli origo satis ostendit. Est enim illud non à *divo*, uti sibi persuasit Menag. *Amen. Jur. Cap. XXXIX. p. 295.* nec à *Jove*, uti post Scip. Gentil. *Orig. p. 270.* existimavit Grotius *prolegom. jur. belli et pac. §. XII.* sed à *jubendo*. Jura enim veteres JUSA vel JUSSA vocabant. Festus: *Jussa, jura.* Add. Hieron. *Magii Var. Lect. IV. 1.* Similiter et Germanicum RECHT involvere notionem legis, juris rectorii, principii, dirigentis actiones humanas, pluribus ostendit Jo. Georg. Wachter. *Gloss. p. 1251.*

§. X.

Jam quum SUPERIUS procul dubio dicendum sit ens,

ut omnes obligationis species complectatur Finetti de princ. jur. nat. lib. 10. c. 6. ubi has affert definitiones.

1. *Obligatio naturalis perfecta activa*, est jussio, vel interdictio divina actionis humanæ naturali lumine nota.

2. *Obligatio naturalis perfecta passiva*, est impossibilitas contrarium agendi, vel actionem omitendi, salvo debito obsequio erga naturæ auctorem, ac supremum Legislatorem.

3. *Obligatio naturalis activa imperfecta*, est connectio actionis cum honestate, vel regula rationis.

4. *Obligatio naturalis passiva imperfecta*, est impossibilitas contrarium agendi, vel actionem omitendi salva actionis honestate, seu conformitate cum regula rationis. De regula rationis diximus supra not. ad §. 1.

Ibid. Existimavit Grotius. Sed à jubendo etiam deduxerat Grotius in suis ad ipsum locum notationibus.

à quo et existentia nostra, et essentia pendet, cujusque agnoscere tenemur IMPERIUM, quia et justam habet causam exigendi à nobis obsequium, et facultate pollet malum nobis repræsentandi, si fræna mordeamus, et voluntatem suam, quod huic imperio numquam renunciarit, nec renunciare umquam velit, argumentis luculentissimis ostendit: *) 13.) ens istud superius, cujus imperium agnoscere tenemur, non aliud erit, quam DEUS O. M. adeoque 14.) hic solus etiam auctor dicens JURIS illius, quod universo generi humano pro norma esse oportere, diximus.

*) Justa obsequium exigendi causa procul dubio est non modo ipsa entis alicujus perfectio et bonitas, ceu visum est tum MOSI AMYRALDO *dissert. de jure Dei in res creatas*, tum olim DEMOCRITO, cujus est dictum notissimum: *quæ τὸ ἀγχαυ εὐαίσιον τῷ ἀγαθῶν.* *Natura evenit, ut, quod melius est, imperet: Stob. serm. XLVII. p. 323.* verum etiam *dependentia*. Quis enim negaverit, eum merito ab altero exigere obsequium, qui alteri existentia ac conservationis causa est? Jure ergo obsequium exigit DEUS O. M. *ἢ ἴσῳ, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων, In quo vivimus, movemur et sumus. Act. XVII. 28.* Porro et malum nobis fræna mordentibus repræsentare posse Deum, ejus justitia et omnipotentia nos dubitare non patitur. (*Elem. phil. mor. §. CLXXXV. sequ.*) Denique si renunciasset vel etiamnum renunciaret huic in homines aliasque res creatas imperio: hoc indignum esset ejus sapientia ac bonitate, siquidem satis novit, tamquam ens sapientissimum, nos sine ejus imperio ac ductu fore miserimos, ut ens vero optimum non potest ens à se conditum, quod se ipsum gubernare nequit, deserere, ac summæ miseræ objicere. Quod vero ejus sapientia bonitateque indignum est, id nec velle, nec posse intelligitur. Renunciare ergo imperio in homines et res creatas nec velle nec posse intelligitur. Idque observandum est contra illustrem Leibnitium, qui quum vir illustrissimus, SAM. à COCCHEIS, singulari dissertatione *de principio juris naturalis unico, vero et adequato*, Francof. MDCXCIX. edita, solide demonstrasset, non aliud fingi posse juris naturalis principium, quam voluntatem Dei, anno MDCC. in Ephemeridibus Hanoveranis, quæ *monatliche auxzuge* vocabantur, mense Julio huic hypothesei inter alia objecit, *Obs. VII. Si fingeretur creaturam tantam virtutum esse posse, ut à creatore semel pro ducta, deinde non posset cogi: eam habendam fore*

pro manumissa, ut liberi possunt eo pervenire potentia, ut à parentibus à quibus generati sunt, cogi non possint. Id enim fingere esset insanire, quum contradictionem involvat fictio rei create finitæ tantarum virium, ut à creatore, ente infinito et omnipotente, cogi amplius non possit. Quales sunt et reliquæ illæ fictiones, quibus verissimæ doctrinæ absurditatem ostendere ibi conatur vir doctissimus, veluti, quod, si fingeretur, malum quendam genium summam rerum potestatem habere, non ideo quod irresistibilis esset, desiturus ille sit malus esse, et injustus, et tyrannus. Fingi enim non potest, malum aliquem genium rerum potiri, si Deum infinite potentia existere credimus. Sin Deum existere negamus, nec malum genium, nec res creatas existere, salva recta ratione, concedemus. Magnum hoc profecto veritatis argumentum est, si convelli non possit propositio, nisi fictionibus, quæ contradictionem manifestam involvunt.

§. XI.

Quum ergo ex his omnibus adpareat, non aliud nos querere jus, quam quod Deus o. m. universo generi humano, tamquam normam actionum liberarum tradidit: (§. X. 13, 14.) consequens est, 15) ut illud toti generi humano debeat innotescere. Quumque quidquid innotescit universo humano generi, vel per revelationem aliquam, quam totum genus humanum pro vera ac divina agnoscit, vel per rectam rationem ei cognitum perspectumque esse oporteat, talis vero revelatio, quam om-

Ad §. XI.

Talis vero revelatio, quam omnes homines pro vera ac divina agnoscant, nec extiterit, nec hodie extet. Hinc infert jus naturæ eas complecti leges, quæ per solam rectam rationem universo generi humano communem promulgatæ sint. Et si hic subsisteret, ferendum ut cumque esset, sed hoc argumento veluti validissimo ariete omnem quati, auctoritatem creditur à nonnullis, in quos ex adverso calamum strinxit pulcherrimo opere de verit. Relig. Christ. Samuel Clarkius Anglus t. 2. cc. 9. ro. 11. ubi postquam revelationis necessitatem monstrat ex omnium sapientium consensu, et desiderio ad ve-

omnes homines pro vera ac divina agnoscant, nec extiterit umquam, nec hodie extet: nemo non intelligit, 16) jus naturæ eas complecti leges, quæ per solam rec-

B ii

tam

veram boni, et justi ideam nanciscendam, ob mores corruptos, et humanam ignorantiam, huc tandem devenit quod objicitur, revelationem nempe divinam nullam fuisse, nec esse, quam totum humanum genus ubique, et omni tempore pro vera agnoscat, quod ex Oraculo Rationis famoso altero libello anglicæ iridem scripto traductum ait, et facili negotio evertit. Nam si quid hoc probat, nimis certe probat, cum non tantum auctoritatem divinam, seu revelationem, et Religionem Christianam, sed etiam ipsum lumem naturæ labefactat, adeo ut neque natura sola nihil de Deo, ejusque attributis, providentia, et mundi origine intelligi potest, quia et si quis mediocri ingenio præditus has veritates percipiat, non inde infertur æque ceteros illas capere, cum omnibus non eadem vis ingenis. Deinde quia nullatenus probari potest necesse fuisse ut Deus omnes creaturas iisdem mentis et ingenii viribus creasset, uti Angelos, sed imbecillitas nostra revelationis necessitatem convincit, non tamen universis, et eodem modo insinuatam hominibus. Hoc autem non eo fine dictum velim, ut plus æquo humanam rationem extenuemus, aut deprimamus. Suppetit quidem nobis regula certa ad ea, quæ ad morum directionem pertinent, satis liquido noscenda, quæ est recta ratio, et tuta habet cognoscendi norma, ita ut leges naturales non sola scriptura, et traditione, sed ex ratione plane possunt à nobis colligi, quin et demonstrari. Quod vero attinet ad leges divinas positivitas, seu revelatas universales, sistendo intra ordinem naturalem seu moralem, negat fuisse promulgatas universo generi humano Finetti de princ. jur. nat. lib. 11. c. 5. adversus Grotium, et Thomasium, nec alias dari leges divinas positivitas universales præter à Christo Domino latas, et ab Apostolis ubique terrarum promulgatas, quæ supernaturales, seu ad supernaturalis hominis statum spectant.

tam rationem, universo generi humano communem, promulgatae sint, ac proinde universo generi humano natura innotescant. *)

*) Hinc Cicero pro Milone Cap. IV. id jus vocat non scriptum, sed natum, quod non didicimus, accepimus, legimus, verum e natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus, ad quod non docti, sed facti, non instituti, sed inbuti sumus. Immo et Apostolus, dum Rom. II. 14. ait, gentes legem scriptam Dei non habentes, ipsas sibi fuisse legem, atque ostendisse, τὴν ἐγγὺς τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ καὶ δικαιοσύνης αὐτῶν, opus legis scriptum in cordibus suis, rationem redditurus, quomodo hoc jus illis innotuerit, statim subjicit: οὐκ ἔχοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν, καὶ οὐκ ἔχοντες ἀλλήλων τὸν λογιζόμενον, καὶ ἑαυτοῦ ἑαυτῶν ἢ καὶ ἀπολογησόμενον: una testimonium reddente eorum conscientia, et cogitationibus, sese mutuo accusantibus, aut etiam excusantibus. Quod sane aliter fieri non potest, quam per ratiocinationem, adeoque per rectam rationem. Communis sane omnibus, haec doctrina est, qui jus naturae veluti ex compacto pro dictamine rectae rationis habuerunt, si ab illis solis discesseris, qui justum aliquid esse natura plane negarunt, veluti Archelaus apud Laert. II. 16. Aristippus apud eundem II. 23. Carneades apud Lactant. Instit. divin. V. 14. et 19. Pyrrho apud Sext. Empir. Hypot. III. 24. immo ipse Aristoteles, quem ab hac sententia non admodum alienum fuisse, probat Menag. ad Laert. VII. 128. p. 311.

§. XII.

Definitio juris naturae et jurisprudentiae naturalis vel divi-
Itaque JUS NATURAE est complexio legum, ab ipso Deo immortali generi humano per rectam rationem promulgatarum. Si vero illud, tamquam scientiam consi-

Ad §. 12.

Jus naturale est complexio. Probatur haec juris naturalis definitio ex adductis in §. proximo sequenti, et recta est, immo convenit fere admassim definitioni Covarr. de rest. p. 2. §. 11. n. 4. ubi cum Soto et Div. Thoma idem sentit, nec recedit ab explanatione Concinae Diss. 2. c. 12. n. 8. jur. nat. Ceterarum definitionum censuram egit Finetti de princ. jur. nat. lib. 2. c. 6,

siderari malis, JURISPRUDENTIA illa naturalis erit habitus practicus voluntatem supremi legislatoris ex recta ratione cognoscendi adplicandique quibusvis speciebus obvenientibus. Quae, quia in jure, a Deo immortali profecto, enarrando adplicandoque versatur, recte etiam JURISPRUDENTIA DIVINA dici potest.

§. XIII.

Quia ergo etiam hoc jus est complexio legum: (§. XII. 17) omnia, quae in leges cadunt, atiam in jus naturae cadere animadvertimus, veluti vetare, permittere, punire: l. 7. De legib. Quin ex eodem colligimus, 18) illud recte dividi in PERMISSIVUM, quod homines universos ad alios in usu juris libertatisque suae non turbandos; et PRÆCEPTIVUM, quod eosdem ad actiones bonas edendas, malasque omittendas obligat: itemque, 19) nullam circa jus praeceptivum libertatem relictam esse homini, quum permissivo unusquisque, cui quidquam permittitur, recte omnino renunciaret. *)

Divisio in praeceptivum, et permissivum.

*) Itaque JUS PERMISSIVUM regulam constituit; JUS PRÆCEPTIVUM exceptionem. Omnia enim libertati hominis permittit Deus, quae non praecepit vel prohibuit. Sic e. g. quum sola arbore scientiae boni et mali hominibus interdixisset Deus: recte omnino inferebant protoplasti, licere sibi fructibus reliquis omnibus vesci. Gen. III. 2. 3. Cessante enim legis obligatione, viget libertas. Nec tamen ideo negandum fuerit, obligationem conjunctam esse cum jure permissivo. Obligat enim universum genus humanum, ne quem usu libertatis suae prohibeat. Sic e. g. quia Deus hominibus omnibus permisit, ea, quae nullius sunt, suis usibus adplicare, et dominia rerum constituere: non possunt non injusta ac illicita esse furta, rapinae, defraudationes, cetera.

§. XIV.

Et quandoquidem deinde jus naturae ab ipso Deo immortali, tamquam supremo legislatore, proficiscitur, (§. XII.) consequens est, 20) ut, quamvis possit quis aliquando suoapte ingenio, et sine lege bene age-

An jus naturae futurum esset, si non esset re, Deus?

ve, impellente illum obligatione interna, (§. VII.) idque 21) et homo, nullo religionis sensu imbutus, quandoque faciat, eo, quod actionem, prælucente ratione, bonam sibi que utilem fore cognoverit: non tamen 22) ideo dicendum sit, atheum posse *juste agere*: (§. VII.) multoque minus, 23) etiamsi detur, quod sine impietate dari nequeat, non esse Deum, nec res humanas curare, *tamen aliquod jus naturæ futurum esse.* *) Vid. Grot. *proleg. jur. bell. et pac.* §. XI.

Ad §. 14.

Tamen aliquod jus naturale futurum esse. Jus naturale non penitus interiret, ut pro certo sumit Heineccius, tametsi Dei existentia, aut ignoretur turpissime, aut impiissime abnegetur. Quia secluso per summam impietatem Deo, vel ejus providentia, subsisteret jus aliquod naturale, imperfectum illud quidem, et minus proprium, cum aliqua suppetat obligatio, imperfecta utique, et minus propria etiam, propterea quod natura, vel ratio sola nequit veram propriamque obligationem, ut supra animadversum est §. 6. inducere. Nihilominus iis ipsis, qui negant aut Deum ignorant, motivum aderit etiam aliquod à malis, atque pravis actionibus abstinendi: quia in ipsa hominis natura, atque in actibus ipsis ratio est aliqua, cur aut congruum sit, aut debitum alios quidem actus divina lege esse præceptos, vetitos alios; quandoquidem absque piaculo existimari nequit mundi summum opificem non aliqua motiva, et æquissimas causas præ se tulisse cum naturæ præcepta ederet, ut probant Scholastici adversus Puffendorhium, et alios, præsertim Concina de jur. nat. Diss. 1. à c. 8. et Diss. 2. à c. 9. ubi bonitatem, et turpitudinem ante omnem legem inesse actionibus dilucide commonstravit, et hæc est moralitas, quæ objectiva vocari solet, vel fundamentalis etiam. Communem igitur opinionem hanc amplexatus erat Grotius, in *proleg.* §. 11. et apertius lib. 1. c. 1. quod maxime usit istos homines, et ideo apud omnes ferè illos immerito odio laborat. v. Concina. Diss. 2. c. 9. n. 6. Finetti lib. 7. c. 1. in fine, lib. 10. c. 6. lib. 11. c. 2. et D. Petri Perezii Valiente *Appar. jur. publ.* lib.

*) Potius ergo juri naturæ veluti nervos incidunt, qui illud sine Deo concipiunt, et legem sibi sine legislatore fingunt. Omnes sane, qui paulo religiosius philosophati sunt, agnoverunt, et jus omne à Deo proficisci, et, si illum existere neges, nihil jam amplius justum injustumve fore. *usu* Ipse Deus O. M. ad justiciam incitaturus Abrahamum: Ego, inquit, sum *יהוה אל* Deus sibi sufficiens vel omnipotens: *ambula coram me: et esto integer.* Gen. XVII. 1. Et Apostolus Hebr. XI. 6. eum, qui ad Deum accedere velit, credere debere, ait, *ἐπιπίστευσε, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσι αὐτοῦ προσηγορεύσθαι θεοῦ: esse Deum, et præmia largiri iis, qui ipsum requirant.* Immo et Cicero de nat. Deor. I, 2. Haud scio, inquit, *ἀπὸ* pietate adversus Deos sublata, fides etiam, et societas humani generis, et una excellentissima virtus, JUSTITIA, tollatur.

§. XV.

Quumque hoc jus complectatur leges, per rectam rationem promulgatas, (§. XII.) *recta vero ratio* nobis sit facultas ratiocinandi, seu veritates alias ex aliis per necessariam concludendi rationem eliciendi: (*Hist. phil.* §. II.) facile patet, 24) cur hanc juris notitiam *Cur dicatur cordibus inscriptum?* cor-

lib. 1. c. 5. ubi durissimas Ferdinandi Vasquez Menchacæ sententias, absque ejus offensione, temperat.

Ad §. 15.

Recta vero ratio nobis sit. Cave tamen ne rectam rationem pro actu ratiocinandi, seu ratiocinatione sumas: utrumque enim verum, et falsum esse potest, et recta ratio non potest non vera esse. Quia non qualemcumque ratiocinationem, sed veram, et ex veris principiis recte propositis concludentem hic intelligimus; quæ rectitudo, et veritas in ipsa rerum natura sita est, nec hoc habet à nostra opinione. Itaque ad comparandam rectam rationem, rerum natura omni conatu expendenda, et undequaque consideranda est, nec quid tantum proprium ratiocinantis, sed etiam generale totius hominum communitatis bonum curare debet. Quæ et alia multa adversus Hobbesium, et alios ex propria opinione rectam rationem æstimantes tradit Joann. Franc. Finetti de princ. jur. nat. lib. 4. c. 5.

cordibus hominum esse inscriptam, dicat Apostolus. *Rom. II. 15.* Tribuit enim hominibus facultatem vel potentiam de justo injustoque ratiocinandi: quæ, quum non semper ponat actum, 25) cur, et infantibus à quibusdam vindicetur connata quædam justique notitia, non obscurum est.

*) Elevant hujus phræcos emphasim Grot. *ad Rom. II. 15.* et Joann. Clericus. *Art. crit. Part. II. Sect. I. Cap. IV. §. X.* qui illam nihil aliud innuere contendunt, quam quod lex facile sine magistro disci, et memoria teneri possit, atque ideo multa accumulant veterum loca, ubi *ἡ γὰρ ἐπιτομή, ἡ γὰρ ἐπιτομή, ἡ γὰρ ἐπιτομή, ἡ γὰρ ἐπιτομή*, nihil aliud significet, quam quod diximus. Sed his jam satisfecit Jo. Franc. Bud. *Inst. Theol. mor. Part. II. Cap. II. §. V.* * ubi et Jo. Lockii sententiam accuratius examinavit

§. XVI.

An ex-
sacris lit-
teris vel
traditio-
ne deri-
vandum?

Ex eodem consequitur, 26) ut jus naturæ derivandum

Ad §. 16.

Ex eodem consequitur, ut jus naturæ derivandum non sit ex sacris litteris. Sæpius revelationem omnem à juris naturæ doctrina remotam vides ab his auctoribus, ne quid scilicet obstaculi loco sit, quominus ea quæ lubent proferant; quo profecto nihil est ad quoslibet procudendos errores accommodatius, ut funesta nimis experientia constat. Contra nos asserimus in indagandis juris naturæ principiis, atque præceptis, Scripturam, et Patres, et antiquos etiam sapientes in subsidium esse vocandos; à revelatione saltem præscindi omnino non posse. Quia quoties aliqua disciplina multas variasque complectitur veritates, quarum plures difficiles, obscuræ, et implexæ sunt, ipsa prudentia dicat, eos qui in id studium incumbunt, iis uti debere omnibus, quæ ad veritatem facilius, ac certius detegendam conferre valent. Hoc itaque modo pius, et sapiens doctor hac in re se gerere debet, ut primo quidem ratione ex naturali principio deducta, quas statuit propositiones confirmet: tum vero eum revelatione conferat, ostendat-

dum non sit ex sacris litteris, nec 27) ex legibus divinis positivis, veluti ex septem præceptis, quæ Noacho data esse, jactant Hebræi: * quamvis, quum idem sit revelationis, ac rectæ rationis auctor, facile largiamur, 28) non modo multa, quæ ratio dicitur, in sacris litteris repeti, sed et 29) miram esse utriusque juris consonantiam, nec 30) quidquam Deum in sacris pandectis vel præcipere vel prohibere, quod juri per rectam rationem promulgato adversetur.

*) Hebræi quomodo jus naturæ, et gentium ex septem præceptis, Noacho datis, derivent, ex instituto ostendit Jo. Selden. *de jure nat. et gent. secundum disciplin. Hebræorum.* Quamvis vero illam Hebræorum de præceptis Noachidicis traditionem non omni fundamento destitui existimet laudatus Buddeus *Intrad. ad hist. pñlos. Hebr. p. 14. et 15.* tamen nec probari hodie potest, illa vere data esse Noacho, et si quædam eorum, quæ præcepta illa inculcant vel prohibent, hodie nota sunt Noachidarum posteris: ea illis non ex traditione, sed ex recta ratione, innotuerunt, ac proinde non sunt leges positivæ, sed per rectam rationem promulgata.

§. XVII.

Porro ex eodem axiomate intelligimus, 31) jus naturæ non minus esse immutabile, quam ipsam rectam jus naturæ rationem, quæ non potest non semper eadem sui que turæ im- similis esse: adeoque 32) nec Deum, qui non potest, mutabi- quod non vult, quidquam contra legem illam sempiter- le.

C

nam datque eas revelationi ipsi consonas esse, vel saltem minime repugnare. Præsertim cum multa, quæ in sacris scripturis præcipiuntur ad legem etiam pertinent naturalem, maxime in Evangelio, ubi præter ea, quæ circa sacramenta, et fidei articulos sunt instituta, nihil lege evangelica nec præcipitur, nec ut illicitum prohibetur, quod non idem sit juris naturalis legibus vel præceptum, vel prohibitum ut tenet Covarr. *Var. lib. 3. c. 1. n. 5. cum Divo Thoma. 2. 2. quæst. 78. art. 1. Soto, et communi Theologor. v. supra præf. not. 1.*

nam indulgere, multoque minus 33) ullum mortalium in illam quidquam sibi imperii adrogare posse: *)

*) Eleganter apud Lactant. *Instit. divin.* VI. 8. Cicero: Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec vero aut per Senatum, aut per populum, solvi hac lege possumus. Neque est quaerendus explinator, aut interpret ejus alius. Nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed et omnes gentes, et omni tempore, una lex continet, uniusque erit communis quasi magister, et imperator omnium, Deus, ille legis hujus inventor, disceptator, tutor. Neque huic veritati refragatur Ulpianus l. 6. pr. *D. de just. et jure*, quam legem alibi satis exposuisse nobis videtur.

§. XVIII.

Ejus differentia à jure civili.

Nec difficile jam erit, concipere JURIS NATURALIS, et CIVILIS differentiam. Nam 34) illud ex recta ratione; hoc ex lege, sive viva voce, sive per scripturam promulgata, innotescit. 35) Illud tam late patet, ac ipsa recta ratio; hoc cuique civitati proprium est. §. 1. et 2. *Inst. de jur. nat. gent. et civ.* 36) Illud ad actiones natura bonas malasque, internas ac externas; hoc ad indifferentes et externas, quatenus saluti populi cujusque vel reipublicae attemperandae sunt, *) pertinet.

*) Cicero de *Invent.* I, 38. Omnes leges ad commodum reipublicae referre oportet, et eas ex UTILITATE COMMUNI, non ex scriptione, quae in litteris est, interpretari. Ea enim virtute, et sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi SALUTEM atque UTILITATEM REIPUBLICAE propinquerent, neque enim ipsi, quod obesset, scribere volebant, et si scripsissent, quam esset inellectum, repudiatum iri legem, intelligebant. Nemo enim leges legum causa salvas esse vult, sed reipublicae. Magnopere ergo falluntur, qui jus, quod naturale vocatur, ab utilitate profectum esse putant, veluti post Epicurum Horat. *Serm.* I. 3. cujus est *πῶλον ἄλλοθεν* illud:

Non natura potest justo discernere iniquum:

Sola est UTILITAS JUSTI prope MATER et aequi.

Verum est, nihil jure naturali praecipere Deum, tamquam ens sapientissimum optimumque, nisi quod sit utile: at non ideo aliquid praecipit, quod illud utile sit, sed quod

vo-

voluntati suae conveniat. Non ergo justum aliquid est, quia utile: sed utile, quia justum est. Nam *ὁφειλόμενα πρὸς τὴν φύσιν*, involumentum est omnis actione naturae consentanea, ut eleganter observat Marcus Antoninus Imp. *de lib. VII.* 74. Sed hunc errorem erudite profligarunt Grot. *proleg. jur. belli et pac.* §. XVI. Pufendorf. *de jur. nat. et gent.* II. 3. 10. et 11 et illustrissimus Sam. de Coccei. *de princ. jur. nat. et gent. sect. II.* §. IX. seq.

§. XIX.

Quamvis vero maxime inter se haec jura differant: Ejusdem nullum tamen dubium est, 37) quin jus naturae incrementum adferat iis, qui juri civili excolendo in summa animam adpellunt, quum 38) et pleraque illius praecipipta ipsum jus civile adoptet, iisque acriora poenarum vincula injiciat, l. 1. §. 1. *D. de just. et jur.* §. ult. *Inst. eod.* et 39) novas inde conclusiones eliciat, et 40) numquam à jure civili, et stricto sejungenda sit naturalis equitas, ne summum jus in summam evadat injuriam.

§. XX.

Porro ex eo cognoscendi principium manifestum est, Bruta 41) hoc jure non alias res creatas regi, quam homines, quos solos rectae rationis praerogativa donavit re naturae non summum Numen, ac proinde 42) manifesto falsam esse definitionem Ulpiani: *JUS NATURALE esse, quod natura omnia animantia docuerit.* l. 1. §. 3. *D. de just. et jur.* *)

*) Observavit hoc jam Hesiodus, cujus notissimus est locus *oper. et dies.* v. 274. sequ.

Τότ' ἄρα ἀνθρώπων νόμον ἴστατο Κρονίων.

Ἰχθύων μὲν καὶ βυγῶν καὶ ἀνθρώπων ἀνθρώποις,

ἔδωκεν ἀλλόθους, ἰσθὶ δὲ θεῶν ἴσθη ἄνθρωποις.

Ἀνθρώποις δὲ ἴδων θεῶν, ἢ πολλὰ ἀπίσθη.

Namque hanc hominibus legem posuit Saturnus

Piscibus quidem, et feris, et avibus volucribus,

Se mutuo ut devorent, quandoquidem JUSTITIA CA-

RENT.

Homnibus autem dedit justitiam, quae multo optima est.

Neque rem expedit Jac. Cujac. in *Not. prior. ad Inst.* p.

§. Tom. I. dum scripsit, *que bruta faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant, jure gentium eos facere.* Sic enim non ideo aliquid erat juris naturæ vel gentium, quod idem faciunt bruta animantia, sed quod homines id faciunt, prælucente recta ratione.

§. XXI.

Quid jus gentium? Quum præterea jus naturæ eas complectatur leges, quæ universo generi humano per rectam rationem sunt promulgatæ, (§. XII.) homines autem, vel singuli seorsum, vel, prout in certas societates coaluerunt, considerari possint: 43) jus, quo singulorum actiones reguntur, NATURALE; quod, quid in societatibus, et inter eas, justum injustumve sit, præcipit, jus GENTIUM vocamus, adeoque 44) eadem juris utriusque sunt præcepta, eadem leges, quin immo jus GENTIUM est ipsum jus naturale, vitæ hominis sociali negotiisque societatum atque integrarum gentium adplicatum. *)

*) Itaque latins patet JUS NATURALE, quam JUS GENTIUM. Nihil enim recta ratio inter omnes gentes constituit, quod non et singuli observare certa ratione teneantur. At sunt quædam juris naturæ, quæ non æque commode adplicantur integris gentibus: e. g. jura matrimonii, patriæ potestatis, cetera.

§. XXII.

An à jure nature diversum sit? Ex quo colligimus, 45) jus naturæ à jure gentium nec principio cognoscendi, nec ipsis regulis, sed solo objecto, differre: adeoque 46) rationem eos fugere, qui nescio quod jus gentium, à jure naturæ diversum, sibi fingunt. 47) JUS GENTIUM POSITIVUM vel SECUNDARIUM, quod veteres commenti sunt, proprie huc non pertinere, quum nec à Deo constitutum, nec per rectam rationem promulgatum, nec universo generi humano commune, nec denique immutabile sit. *)

*) Pleraque quæ ad jus gentium positivum referuntur, vel ex ipso jure naturæ, vel ex moribus, vel ex lege aliqua, pluribus gentibus communi, oriuntur. Ita jura legatorum pleraque ex jure naturæ recte explentur. Multa quoque inter se servabant Græci, quæ barbari insuper habebant,

v. gr. ut inducias darent victis ad cadavera tollenda. Postea mores Germanorum pœne omnibus gentibus communes facti sunt, uti recte observabit Grot. *de jure belli et pac. II, 8, 1. 2.* Denique et inter Christianos mores quidam inoleverant, quorum apud posteros vix mansit vestigium. Leibnit. *Præfat. Cod. jur. gent. dipl. pag. VIII.* cujus et hæc est elegantissima observatio, quod multa, quæ olim Pontifex Romanus veluti in communi gentium Christianarum republica sanxerit, pro jure gentium communi sint habita. Quod elegante exemplo de usu balistarum adversus Christianos ex *cap. un. X. de sagittar.* illustrat Hert, *ad Pufendorff. de jure nat. et gent. Lib. II. Cap. III. §. XXIII. litt. c.*

§. XXIII.

Itaque non inutile fuerit, jura hæc, quum ad eandem normam exigenda sint, hoc libello conjungere, illa tamen, quum et objecto, et adplicatione differant, simul in tractationes distinguere, et utrumque jus seorsum eo expendere ordine, ut *librum opusculi priorem JURI NATURÆ; posteriorem JURI GENTIUM destinemus.* Partitio operis.

CAPUT II.

De Actionum Humanarum Natura atque Indole.

§. XXIV.

EX iis, quæ hactenus de natura, et constitutione juris naturæ ac gentium diximus, non obscure transi- esse existimamus, illud ad dirigendas Hominum actiones pertinere, adeoque rem ipsam exigere, ut de earum natura atque indole paulo accuratius agamus. actio- bus hu- manis.

§. XXV.

Varios in homine motus, variasque contingere mutationes, ab ipsa rerum omnium magistra, experientia, satis superque convincimur. Quum vero motus nullus sine sufficiente aliqua causa motrice fieri atque intelligi possit: motus quoque omnes, quos in homine de- Quid ac- tio, et passio? Quid ac- tio in- tellectu, et de- externat

§. Tom. I. dum scripsit, *que bruta faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant, jure gentium eos facere.* Sic enim non ideo aliquid erat juris naturæ vel gentium, quod idem faciunt bruta animantia, sed quod homines id faciunt, prælucente recta ratione.

§. XXI.

Quid jus gentium? Quum præterea jus naturæ eas complectatur leges, quæ universo generi humano per rectam rationem sunt promulgatæ, (§. XII.) homines autem, vel singuli seorsum, vel, prout in certas societates coaluerunt, considerari possint: 43) jus, quo singulorum actiones reguntur, NATURALE; quod, quid in societatibus, et inter eas, justum injustumve sit, præcipit, jus GENTIUM vocamus, adeoque 44) eadem juris utriusque sunt præcepta, eadem leges, quin immo jus GENTIUM est ipsum jus naturale, vitæ hominis sociali negotiisque societatum atque integrarum gentium adplicatum. *)

*) Itaque latins patet JUS NATURALE, quam JUS GENTIUM. Nihil enim recta ratio inter omnes gentes constituit, quod non et singuli observare certa ratione teneantur. At sunt quædam juris naturæ, quæ non æque commode adplicantur integris gentibus: e. g. jura matrimonii, patriæ potestatis, cetera.

§. XXII.

An à jure nature diversum sit? Ex quo colligimus, 45) jus naturæ à jure gentium nec principio cognoscendi, nec ipsis regulis, sed solo objecto, differre: adeoque 46) rationem eos fugere, qui nescio quod jus gentium, à jure naturæ diversum, sibi fingunt. 47) JUS GENTIUM POSITIVUM vel SECUNDARIUM, quod veteres commenti sunt, proprie huc non pertinere, quum nec à Deo constitutum, nec per rectam rationem promulgatum, nec universo generi humano commune, nec denique immutabile sit. *)

*) Pleraque quæ ad jus gentium positivum referuntur, vel ex ipso jure naturæ, vel ex moribus, vel ex lege aliqua, pluribus gentibus communi, oriuntur. Ita jura legatorum pleraque ex jure naturæ recte explentur. Multa quoque inter se servabant Græci, quæ barbari insuper habebant,

v. gr. ut inducias darent victis ad cadavera tollenda. Postea mores Germanorum pœne omnibus gentibus communes facti sunt, uti recte observabit Grot. *de jure belli et pac. II, 8, 1. 2.* Denique et inter Christianos mores quidam inoleverant, quorum apud posteros vix mansit vestigium. Leibnit. *Præfat. Cod. jur. gent. dipl. pag. VIII.* cujus et hæc est elegantissima observatio, quod multa, quæ olim Pontifex Romanus veluti in communi gentium Christianarum republica sanxerit, pro jure gentium communi sint habita. Quod elegante exemplo de usu balistarum adversus Christianos ex *cap. un. X. de sagittar.* illustrat Hert, *ad Pufendorff. de jure nat. et gent. Lib. II. Cap. III. §. XXIII. litt. c.*

§. XXIII.

Itaque non inutile fuerit, jura hæc, quum ad eandem normam exigenda sint, hoc libello conjungere, illa tamen, quum et objecto, et adplicatione differant, simul in tractationes distinguere, et utrumque jus seorsum eo expendere ordine, ut *librum opusculi priorem JURI NATURÆ; posteriorem JURI GENTIUM destinemus.* Partitio operis.

CAPUT II.

De Actionum Humanarum Natura atque Indole.

§. XXIV.

EX iis, quæ hactenus de natura, et constitutione juris naturæ ac gentium diximus, non obscure transi- esse existimamus, illud ad dirigendas Hominum actiones pertinere, adeoque rem ipsam exigere, ut de earum natura atque indole paulo accuratius agamus. actio- bus hu- manis.

§. XXV.

Varios in homine motus, variasque contingere mutationes, ab ipsa rerum omnium magistra, experientia, satis superque convincimur. Quum vero motus nullus sine sufficiente aliqua causa motrice fieri atque intelligi possit: motus quoque omnes, quos in homine de- Quid actio, et passio? Quid actio interna, et externa?

deprehendimus, causam aliquam sufficientem habere, eamque vel *in ipso homine*, vel *extra eundem* esse oportet. Motum ergo, cujus causa sufficiens in ipso homine est, ACTIONEM; cujus causa extra eundem quaerenda est, PASSIONEM adpellamus. Quum vero motus iste, quem ACTIONEM vocamus, vel in cogitatione consistat, vel in corpore à voluntate producat, prior ACTIONIS INTERNÆ; posterior EXTERNÆ nomine venit.

§. XXVI.

Passiones ergo quamvis non à nobis ipsis, sed à causa extra nos posita, proficiscantur, ac eatenus non sint in potestate nostra, sed sæpenumero, et nobis invitis oriantur: aliquando tamen veluti repelli possunt, atque impediri, si instructi simus viribus sufficientibus ad resistendum causæ, extra nos positæ, motumque hujusmodi in nobis excitaturæ. Contra ea etiam contingere potest, ut veluti adjuvemus hanc causam motricem, extra nos positam, ut motum hunc in nobis tanto facilius ciere possit. *) Ex quo consequitur, ut passiones alie sint IN NOSTRA POTESTATE, alie NON SINT.

*) Omnia hæc exemplis luculentissimis facile possunt illustrari. Calefieri est passio. Ei aliquando resistere non possumus, si aere admodum calido iter facimus: aliquando possumus, si hieme procul à foco recedamus: aliquando illam veluti adjuvamus, quoties nempe propius accedimus ad ignem, ut tanto magis incalescamus. Calefieri ergo aliquando est in potestate nostra, aliquando non est.

§. XXVII.

Quum ergo jus naturæ circa actiones hominum liberæ verberetur: (§. IV.) consequens est, 1) ut illud subsint non dirigat passiones, quæ non sunt in potestate nostra: 2) Ut, quamvis illud quædam sancire possit de passionibus, quatenus in potestate nostra sunt, non tamen tunc dirigat passiones, sed actiones liberæ, quibus resistere vel subvenire possemus his passionibus, ostendatque quid nimirum sit officii nostri circa passiones

nes illas vel impediendas, vel adjuvandas. *)

*) Ita sane iræ, qua adficimur, leges præscribi non possunt: at actiones nostras dirigere lex potest, ut ne iræ fræna laxemus, ut resistamus principiis, ne illam ad impetum pervenire patiamur, ut actionem, fervente hac animi perturbatione, suspendamus, cetera. Hæc omittentem quis neget adversus legem peccare? Recte ergo, si quidquam aliud, observavit Cicero *Tusc. Quæst. I. 3. animorum omnes morbos, et perturbationes ex adspersione rationis evenire*, id est ex omissione eorum, quæ agenda suadet recta ratio, ne vehementioribus illis animi commotionibus succumbamus.

§. XXVIII.

Itaque solas ACTIONES nostras dirigit jus naturæ. Quamvis vero hæc omnes causam sufficientem in ipso homine habeant: (§. XXV.) eadem tamen experientia illas verdocet, aliarum actionum nos nobis semper conscios, setur jus easque in potestate ac arbitrio nostro sitas, alias ita naturæ esse comparatas, ut ex dispositione quadam mechanica oriantur, ac proinde nec earum nobis conscii semper simus, nec easdem in potestate nostra habeamus. *)

*) Sic in potestate nostra est, stare, sedere, an ambulare; loqui, an tacere; dare aliquid, an nobis retinere malimus. Et harum omnium actionum, dum eas edimus, nobis conscii sumus. Contra per nos non stat, quo minus cor per *συστάειν καὶ διαστέλλειν*, intestina motu peristaltico, sanguis per circulum moveantur. Quos motus sæpe nec sentimus, nec eos in nobis fieri, novimus. Paulo aliter hanc distinctionem accipiunt Stoici, quando *τῶν ἐν ἡμῶν τὰ μὴ ἐφ' ἡμῶν, τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἄρα*, quædam IN POTESTATE nostra ESSE quædam NON ESSE, docent. Ad priora enim referunt opinionem, adpetitionem, desiderium, aversionem, uno verbo, quaslibet nostras actiones: ad posteriora corpus, possessionem, gloriam, principatum, quæcumque denique nostra opera non sunt. Epictet. *Enchirid. Cap. I.* Ac proinde rerum hæc est divisio, seu *τῶν ἐν ἡμῶν*, non actionum tantum.

§. XXIX.

§. XXIX.

Actiones, quarum nobis conscius semper sumus, quæque in potestate nostra ac arbitrio sunt, **HUMANÆ** vel **MORALES**; quarum nec conscius nostri sumus, nec arbitri, **PHYSICÆ**, vel **NATURALES** adpellantur. Quare illas **LIBERAS**; has **NECESSARIAS** esse, facile patet: atque inde merito inferitur, 3) humanas, vel morales tantum actiones à jure naturali dirigi, (§. IV.) +) non naturales, nisi quatenus, ut has vel adjuvemus, vel turbemus ac impediamus, in nostra potestate positum sit. *)

*) Quamvis enim, ut paulo ante diximus, in circulum sanguinis, motumque cordis, et intestinorum in se nihil nobis sit arbitrii: experientia tamen docet, posse nos illos motus non modo medicamentis, et temperantia adjuvare, verum etiam eosdem, vel turbare ingluvie, vel ferro, venenis, aliisque modis plane sistere. Quis ergo dubitet, quin jus naturæ prohibere possit, quidquid motus illos naturales, unaque ipsam vitam, turbat vel abrumpit? Animadvertenter hoc ipsi veteres philosophi. Etsi enim plerique nescio quid laudabile facere existimabant eos, qui ultro sibi manus inferrent violentas: eleganter tamen Democritus apud

Ad §. 29.

Humanæ vel morales. Aliquantum hoc §. et sequenti confunditur moralitas cum libertate, ut commiscuerat etiam Puffendorfius lib. 1. c. 5. cum diversæ tamen sint. Actus enim actiones siue officia humana, ut moralia considerant etiam Theologi, ita ut actiones humanas, et morales pro eadem re accipiant. Sed moralitas non est sita in libertate, immo libertatem præcedere oportet moralitatem, tamquam eiusdem fundamentum, et causam effectricem. Quoniam actio quæ non est libera nequit moraliter esse bona, aut mala, quod idem ac moralis sumitur, et intelligitur. Moralitatis igitur hujusmodi notio provenit ab ordine, seu conformitate ad regulas morum, seu rationis. v. supra not. §. 1. Concina Diss. 1. c. 3. §. 9. c. 8. Desing. Larva lib. 2. c. 6.

apud Plutarch. de sanit. tuenda p. 115. Ἐν τῷ σώματι δυνάμεις τῆ ψυχῆ κινήσεις, ἐν αὐτῷ ἀνεργαῖν. Si corpus animam damni injuria dati accusaret, hanc, quin condemnetur, effugere non posse.

§. XXX.

Quum itaque actiones humanæ, morales, liberæ, sint in potestate nostra atque arbitrio, (§. XXIX.) Princi- quidquid autem in potestate nostra sit, à voluntate pium ac- tionum humanarum, intellectu, et voluntate nostra dirigitur: consequens est, 5) ut actiones hu- manæ, vel morales, ac liberæ à voluntate nostra dirigantur. Quumque nihil decernat voluntas, nisi ab intellectu ad adpendum aversandumque excitata: *) merito inde colligimus, 6) intellectum quoque ad edendas actiones humanas liberæque concurrere, ac proinde, 7) duo esse actionum humanarum ac liberarum principia, **INTELLECTUM ET VOLUNTATEM.**

*) Voluntas enim est facultas boniformis, adeoque semper adpetit bonum, malumque aversatur. (Elem. phil. mor. §. XXX.) Hinc nihil potest velle, nisi quod intellectus illi tamquam bonum, justum, utile, representavit; nihil nolle, nisi quod idem intellectus illi tamquam malum, injustum, noxium, ostendit. Recte Simplicius ad Epict. Enchir. Cap. I. p. 8. Δύναμις δὲ, ὅτι προνοῦται μὴ ἢ προνοῦσι, καὶ λογικῆ τῆ δόξα γνώσεως, καὶ ἀνθρώπων προνοῦσι ὅταν δὲ περὶ κακῆ ἢ ἀγαθῆ ἡμετέρας δούλες ἢ δουλεύουσας ἢ ἀναμύναται πάντως ἡμετέρας ἢ ἀγαθῆ, ἀπαιτούσας δὲ ἢ ἀγαθῆ ἐπιθυμίας γὰρ δὲ πρότερον ἢ ἀπαρτιδύναμις, καὶ ὅταν ἡμετέρας προνοῦσαν τῷ ἡμετέρω, ἢ ἀποσφραγίσαι το ἡμετέρον, ὅταν ἡμετέρον ἐπὶ τῷ ἡμετέρω. Constat autem, **OPINIONEM**, quæ est cognitio quedam, à ratione gubernata, dignaque homine, antecedere. Quæ quum in eorum aliquo versatur, quod nobis bonum malumve est, aut esse videtur, omnino **PROPENSIO**, aut **AVERSATIO** commovetur, **ADPETITIO** sequitur. Prius enim quam adpetas rem desideratam, et amplectaris, aut eam declines, quæ est rei desiderate contraria, vel aversaris, animo propendeas aut abhorreas, oportet.

§. XXXI.

INTELLECTUS est facultas mentis, res distincte percipiendi, dijudicandi, de iisque recte ratiocinandi. Quae facultas quando IMAGINATIONIS nomen adsumat, jam alibi, quantum satis est, diximus. (*Elem. phil. rat. §. XII. et XIII.*)

§. XXXII.

Quum ergo voluntas nihil possit adpetere vel avertere sine eius sari, nisi ab intellectu excitata: (§. XXX.) consequens est, 8) ut nec actionem tamquam justam edesu actione, vel tamquam injustam aversari possit, nisi intellectus, eam cum lege comparando, id est, ratiocinando, distincte perceperit, illam justam injustamve esse, utque adeo 9) circa actiones morales opus sit ratiocinatione, qua earum justitiam injustitiamque distincte percipiamus. *)

*) Hinc satis patet, jus naturæ non dirigere actiones infan- tum, quos ipse Deus negat discernere posse dextrum, et sinistrum, *Jen. IV. 11.* bonum et malum, eligenda, et rejicienda: *Isaias, VII. 16.* multoque minus actiones furiosorum, mente captorum, morbo insipientium, qui de justitia injustitiaque actionum ratiocinari non possunt. Recte ergo Aristot. *magn. moral. I. 34.* *Quorum quis non est causa, sed ignorantia, ut delinquat: ob ea neutiquam injustus est. Est enim vero ejusmodi ignorantia naturalis, veluti quum nescit infantes patres cadunt. Hæc nimirum naturalis inscitia non facit, ut ab actione infantes dicantur injusti. Ipsa siquidem hæc faciendi causa est inscitia: neque ipsi sunt sue causa inscitie, ideo ne injusti quidem dicuntur.*

§. XXXIII.

Ratiocinatio illa, vel facultas de justitia injustitiaque actionum nostrarum ratiocinandi vocatur CONSCIENTIA, cujus naturam variasque species jam alibi explicavimus. (*Elem. philos. mor. §. XVIII. sequ.*) Attamen, et hic quædam vel repetere, vel tamquam supplementa addere, nostra vel maxime interest.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Quia ergo de justitia injustitiaque actionum nostrarum ratiocinatur conscientia, (§. XXXIII.) justæ autem actiones vocantur contemplatione obligationis externæ, ex lege ortæ: (§. VII.) 10) conscientiam comparare inter se oportet *legem*, et *factum*, id est, duas propositiones, ex iisque elicere tertiam. Quod quum fieri non possit, nisi per syllogismum: (*Elem. phil. rat. §. LXXVIII.*) consequens est, 11) ut omnis conscientiæ ratiocinatio sit syllogismus, eumque 12) semper absolvant *LEX*, *ACTIO* propria, et *SENTENTIA*, tamquam tres hujus syllogismi propositiones. *)

Quæ vera estratiocinatio vel syllogismus.

*) Ita comparata erat ratiocinatio Judæ τὸ παράδειγμα. *Quisquis innocentem prodit sanguinem, male agit. Id ego feci: male ergo egi. Matth. XXVII. 4.* Ubi prima propositio manifesto *LEGEM*; altera ipsam Judæ *ACTIONEM*; tertia *SENTENTIAM* complectitur. Nec aliud deprehendimus in mente nostra, quoties ratiocinantem in nobis persentiscimus conscientiam: ut adeo contra conscientiam philosophari videantur, qui conscientiam pro vano sacerdotum terriculamento cum Tolando venditant.

§. XXXV.

Quum ergo conscientiæ syllogismus pro conclusione semper habeat sententiam, (§. XXXIV.) sententia autem omnis vel absolvat, vel condemnet, prout actio legi vel convenit, vel adversatur: 13) conscientiam, à qua quis absolvitur, *BONAM*; à qua condemnatur, *MALAM* vocamus. *) Quarum illa semper cum *fiducia* quadam, hæc, quum tuta omnia timeat, cum *suspensione* conjuncta est.

Ejus divisio in bonam, et malam.

*) Hinc Paulus Apostolus *Rom. II. 15.* actus conscientie vocat λογισμὸς καὶ ὑποψήσιας, ἢ καὶ ἀπολογισμὸς, cogitationes vel ratiocinationes *ACCUSANTES*, vel *EXCUSANTES*, itemque Joanni Apostolo, 1. *Epist. III. 21.* integri vitæ scelerisque puri sunt ὅτι ἡ καρδία αὐτῶν οὐ κατὰ γνώσκει, quos cor suum non condemnat, contra flagitiorum sibi conscii v. 20. ὅτι ἡ καρδία αὐτῶν καταγινώσκει, quos cor suum condemnat.

Quin et poeta ita philosophantur, e quorum numero Ju-
venialis Sat. XIII. v. 2. sequ.

Prima hæc est ultio, quod, se

JUDICE, nemo nocens ABSOLVITUR: improba quamvis
Gratia fallaci Pratoris vicerit urna.

§. XXXVI.

Ratiocinari porro possumus 14) de actionibus tum
In ante-futuris, tum præteritis, etiam perpetratis: ac pro-
cede n- inde conscientia de nondum edita vel futura actione ra-
tem, et tiocinans, ANTECEDENS; de præterita et jam perpe-
conse- trata, CONSEQUENS adpellatur.
quen- tem.

§. XXXVII.

Utroque casu conscientia actionem cum lege contem-
dit. Quumque actionem futuram ad legem, vel volun-
tatem Dei componere non studeat, ni si cui est *incoc-
tum generoso pectus honesto*, seu qui animum vera vir-
tute præmunivit: (*Elem. phil. mor. §. CCXVII.*) 15) conscientia *antecedens* non nisi in iis, qui veræ virtuti student. *) *consequens* etiam in sceleratissimis homini-
bus sese exserit. Sero enim sapiunt et Phryges.

*) Virtus semper conjuncta est cum studio indefesso inqui-
rendi in voluntatem DEI. (*Elem. phil. mor. §. CCXVIII. 2.*)
Quo magis ergo quisque proficit in virtute, eo illud stu-
dium est ardentius. Atque inde fit, ut virtute ornati su-
per iis quoque actionibus futuris, quæ aliis vel indifferen-
tes, vel levioris videntur momenti, secum ratiocinentur,
ac proinde iis tribuatur CONSCIENTIA TENERA, quæ
et tuta quævis metuere aliquando videtur, haud absimilis
oculo, qui ne atomum quidem incidentem sine sensu, et
dolore excipit. Eleganter Plutarch *de profectu virt. sent. p.*
85. *Ἐτι τίνων προλαβὴ τοῖς σημαντοῖς σπουδὴν ἔχει, ἢ βλάβην,
ἢ πρὸς τὴν βίαν ἢ πρὸς τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ τὸ ἐπιλαβῆναι
ναὶ πρὸς τὴν ἀρετήν. Id quoque, si lubet, ad prædicta adjun-
ge signum non exiguum, quod recte proficiens nullum jam pec-
catum EXIGUUM putat, sed omnia studiose vitat, et cavet.*

§. XXXVIII.

Præterea 16) quoties futuram actionem contendi-
mus cum lege, toties eam vel *præceptam* à Deo, vel
prohibitam, vel *permissam* esse, deprehendimus. 17) Est ea
Primo casu conscientia nos ad agendum exstimulat. 18) vel ins-
altero à peccando revocat: 19) tertio prudenter, et tigans,
adhibita in consilium ratione, agendum esse, monet. vel re-
Hinc 20) conscientiam in INSTIGANTEM, REVOCANTEM, vocans,
et ADMONENTEM recte diviseris. *) vel ad-
monens.

*) Ita Mosen, et Zipporam conscientia INSTIGABAT ad
circumcidendum filium, quia iis in memoriam revocabat
præceptum divinum de circumcissione. *Exod. IV. 24.* Fa-
dem conscientia Davidem REVOCABAT à cæde Naba-
lis, cujus jam ceperat consilium, quia eum admonebat leg-
is prohibitive: *ne occidit. 1. Sam. XXV. 32. sequ.* Denique
conscientia Paulum Apostolum ADMONEBAT, ne carne,
quam Diis immolatam sciret, vesceretur, et ut idem con-
siliium daret Corinthiis. Quamvis enim non ignoraret,
Christianos hæud pollui cibo et potu: prudenter tamen a-
gendum esse, monebat conscientia, ne forte alii exem-
plo offenderentur. *1. Cor. X. 28. sequ.* Et hæc pertinent au-
rea verba *v. 10.* *πάντα μοι ἔστιν, ἀλλ' ἢ πάντα σὺμμερίζω·
πάντα μοι ἔστιν, ἀλλ' ἢ πάντα εὐδόκησά.* *Omnia mihi licent; at
non omnia prostunt.* *Omnia mihi licent: at non omnia adificiant.*

§. XXXIX.

Quia porro conscientia est ratiocinatio: (§. XXXIII.)
21) eadem, quæ in syllogismum, etiam in conscien-
tiam cadunt. Hinc, 22) quemadmodum ratiocinatio, Con-
scientia
ita et conscientia vel RECTA, vel ERRONEA est: et 23) po r r o
sicuti omnis ratiocinatio falsa vel in FORMA, vel in vel rec-
MATERIA, peccat: ita et conscientia errat, sive falsa ta, vel
lex, falsæve actionis circumstantiæ præmittantur, sive erronea.
ipsæ ratiocinandi regulæ non observentur. *)

*) Ut hoc exemplis illustremus, in MATERIA errabant
Judæi, dum se parentibus beneficia, salva religione, sub-
trahere posse existimabant, modo, quæ illis debebantur,
Deo dicarent. Loco enim majoris propositionis præmitte-
bant

bant falsam legem; *Ἄλλοτε ἄνθρωποι τῷ πατρὶ ἢ τῷ μητρὶ, Δῶρον δὲ ἰσὺς ἐστὶν ὡς ἀδελφῶν. Qui dicit patri aut matri: Donum est, quocumque a me jurari posses (cum insonem fore.) Matth. XV. 5. Marc. VII. 11. In materia quoque errabat Abimelechus, dum se Saram, salva religione, in torum recepturum, sperabat. Falsam enim ponbat facti *πρὸς ἑαυτὴν*, se cum inupta rem habiturum. *Genes. XX. 2.* Denique errore in FORMA errabant Pharisei, dum ex lege de sabbatho eliciebant falsam conclusionem, quod omne opus, etiam quod vel imperiosa necessitas, vel charitas, et humanitas exigeret, eo die sit intermittendum. *Matth. XII. 10. sequ.**

§. XL.

Porro cum in aliis ratiocinationibus, tum maxime in conscientia, contingit, ut modo ex certo aliquo principio, modo ex hypothesi, probabili illa quidem, at hypothesi tamen, ducatur argumentum. (*Elem. log. §. CXXX.*) Hinc 24) et conscientia modo CERTA est, quoties nimirum ex certa atque indubia lege; modo PROBABILIS, quoties ex probabili aliorum sententia ratiocinatur. *) Ex quo denuo consequitur, 25) ut, quemadmodum plures sunt gradus probabilitatis, (*Elem. log. §. CXXXVI, sequ.*) ita et conscientia modo magis, modo minus dici possit probabilis.

*) Non ergo conscientia PROBABILIS opponenda est RECTÆ, quia et probabilis aliquando recta esse potest. At potest tamen eadem falsa esse, quia quum ratiocinando decipi aliquando possimus sub specie certitudinis per paralogismos, id nullo magis fieri potest sub specie probabilitatis per sophismata. (*Elem. log. §. C. et CI.*) Ex quo consequitur, ut lubricum admodum sit dogma illud novorum ca-

Ad §. 40. in Scholio.

Ex quo consequitur ut lubricum admodum sit dogma. Circa conscientia dictamen in extrema in via abierunt Protestantium Naturalistæ. Et quidem Hobbesius de Cive. cc. 12. 14. non tantum conscientiam nostram tamquam normam actus honesti proximam, sed etiam divinam ordinationem excludit. Puffendorffius de jur. nat. et gent. lib.

casuistarum de probabilismo, seu conscientia probabili, à peccato excusante, de quo Lud. Montalt. *Litt. ad provincial. Epist. V.* et Sam. Rachel. *Diss. de probabilismo.* Nisi enim pro norma actionum adsumere velis regulam Lesbianam: fieri non potest, ut satisfacisse tibi videaris officio, si agas secundum conscientiam probabilem, quæ nec recta semper, nec certa, nec constans, est, (§. V.) maxime quum doc-

lib. 1. c. 3. §. 4. omne conscientia nostræ dictamen rejicit, utpote conscientia nullum locum tribuit circa dirigendas hominum actiones, nisi quatenus cognitione legis imbuta est. Puffendorffius Heineccium adegit in verba sua, et id ipsum hic urget, quia dictamen requirit metaphisice certum, nec sequendas aliorum sententias, et pro confirmatione inter alia locum Pauli adducit ad Roman. . . 14. 5. *unusquisque in suo sensu plane certus esto.* Sanctus vero Doctor l. c. sola hæc verba habet *unusquisque in suo sensu abundet*, quin reperiat vox *plane*, immo 1. ad Thesal. c. 5. v. 21. manifeste dicit *omnia autem probate: quod bonum est tenete*, hinc non obligat ad optimum, nec semper ad melius, præterquam in amplectenda fide. Ita ut approbationem mereatur communis sentientium doctrina ex verbis Divi Pauli Roman. c. 14. fin. *omne autem quod non est ex fide, peccatum est*, quæ non plus ad licentiam actionis requirit, quam dictamen conscientia practicum, non vero certitudinem summam, et absolute infallibilem. Sufficit igitur dictamen moraliter certum, seu tale iudicium de licentia, et honestate actionis, aut ejus omissionis, quod omnibus rite consideratis, ita certum faciat operantem, ut nihil prudenter metuat, ne actio vel ejus ommissio legi naturali advesetur. Taddæus Werenkus jus nat. p. 1. c. 1. à num. 67. Jure etenim natura nos adstringi, quoties certitudo haberi non potest, ad id quod probabilius, tutiusque est seligendum sequendumque pluribus evincit Finetti de princ. jur. nat. lib. 11. c. 10. ubi simul notam Catholicæ Ecclesiæ ob probabilismum à Protestantibus inustam dispellit, quam semper ab ea cane pejus, et angue abhorruisse res explorata est.

doctores illi probabilitatem ex aliorum opinionibus æstiment, Apostolus vero nos aliorum sententia in re tanti momenti stare prohibeat, dum inculet præceptum: *ἕκαστος τῷ ἰδίῳ πνεύματι κρίσεται*. Unusquisque in suo sensu plane certus esto. Rom. XIV. 5.

§. XLI.

Quia vero, quod probabile est, æque falsum, ac verum esse potest, (§. XL. *) evenit aliquando, 26) ut animo nostro sese in utramque partem objiciant argumenta probabilia, ac proinde de re nondum liquida amplius deliberandum esse censeamus. Ea conscientia DUBIA; vel, si cura illa, quæ nos coquit, versatque in pectore fixa, paulo levioris momenti aliis videatur, SCRUPULOSA dici solet. *)

Quid conscientia dubia, et scrupulosa?

*) Non male quidem ipsam dubitationem, quæ veluti in diversa trahit animum, SCRUPULUM vocat celeberrimus Wolffius *Eth.* §. LXXVI. ac vocabuli tamen notioni magis convenire videtur definitio nostra. Est enim SCRUPULUS lapillus, minimus ille quidem molis, sed qui, incidens in calcem, pedem misere adffigit. Servius ad *Æn.* VI. v. 236. SCRUPUS proprie est lapillus brevis, qui pressus sollicitudinem creat, unde etiam SCRUPULUS dictus. Apulejus scrupulum opponit graviori sollicitudini, quam lanceam vocare solet. Vid. Scip. Gentil. ad Apuleji *Apolog.* pag. 150.

§. XLII.

Præterea contingere potest, 27) ut mens, pravæ cupiditatibus in transversum acta, ac veluti servitute oppressa, de actionibus vix libere ratiocinetur, sed potius propensionibus suis suffragari cogatur. (*Elem. philos. mor.* §. XXIX.) Quo fit, 28) ut in hoc servili statu ratiocinans conscientia MINUS LIBERA; ea contra, quæ se ex tristi illa servitute in libertatem vindicavit, LIBERA adpelletur. *) Quam distinctionem accuratius explicavit Wolffius *Eth.* §. LXXXIV.

Quid libera, et minus libera?

*) Hinc *ἡ ἀγαθὴ φύσις* Stoicorum: ἔστι πῦρος ἀσπίδος ἰδωθῆτος, οὐκ ἔστι δὲ ἄλλο τι δὲ ἀπὸ τοῦ σώματος, solum sapientem liberum, et omnem stultum servum esse. Cicero *Parad. V.* Qui se per virtutem in libertatem vindicavit, is spernit calcatque vitia, magnoque animo clamat: Non sum imperata factururus, jugum non recipio; immo, quod

quod majore virtute faciendum est, excutio. Non est molliendus animus. Si voluptati cesserò, cedendum est labori, cedendum paupertati. Idem sibi juris in se esse volet, et ambitio, et ira. Seneca *Epist. LI.* Ad quæ verba Lipsius *Manuduct. ad philos. Stoic. Lib. III. Diss. XII.* Ecce, inquit, quot dominos ille jam effugit? adde libidinem, avaritiam, alia vitia: turbam habebis, ut vero nomine dicam, tyrannorum. Miserum mancipium, qui his subjicitur! erectum et liberum, qui evasit! Quid vero libertatis superesse dixeris conscientie, cui tot vitia pravæque cupiditates veluti nervos ac compedes injiciunt?

§. XLIII.

Nec minus ipsa experientia docemur, homines aliquando suis vitiis ita veluti indormiscere, ut nullo miserie suæ sensu adficiantur, neque amplius de justitia injustitiaque actionum ratiocinetur conscientia. Quem admodum itaque 29) illam tunc DORMITARE, vel, 30) si diuturna peccandi consuetudine occaluit, quasi CAUTERIO USTAM esse dicimus: *) ita 31) eadem veluti EXPERGEFIERI videtur, si quando homo calamitatibus vel periculo aliquo excitatus, actiones suas expendit paulo accuratius, et de earum justitia injustitiaque incipit ratiocinari.

Quid dormitans, expergefacta, cauterio usta?

*) Loquutio Paulina 1. *Tim. IV. 2.* eaque *ἡμπατιστάτης*. Quem admodum enim caro, usta cauterio, omnem amittit sensum: ita mens, adsueta criminibus, non sentit miseriam, quam alii non sine horrore contemplantur. Sic idem Apostolus *Ephes. IV. 19.* homines hujusmodi vocat ἀνυπακούστους, quasi qui dedoluerint: ubi notatu dignissima sunt, quæ adnotavit Theod. Beza.

§. XLIV.

Sua quemque conscientia, aut condemnari, aut absolvi, jam supra nos dicere meminibus. (§. XXXV.) Quum vero absolutio non possit cum summa animi voluptate; condemnatio cum maxima ægritudine, atque acerbissimo dolore non esse conjuncta: consequens est, 31) ut conscientia bona, eaque certa, plerumque sit TRANQUILLA; 32) mala REMORDENS, quam lanienam vel an-

Quid tranquilla, remordens, vel anxiosa?

veteres Furiarum facibus æquiparare soliti sunt: *) ut denique 33) conscientia dubia plerumque simul sit **IRREQUIETA** et **ANXIA**, ut nesciat homo, quo se vertat. Enimvero illas adfectiones ad effectus potius conscientia, qui se in voluntate exserunt, quam ad ipsam pertinere conscientiam, facile unusquisque animadvertit.

*) Ita Cicero *pro Sex. Rosc. Amer. Cap. XXIV.* Ceterum ipsi hi conscientia morsus argumento sunt luculentissimo, rationem fugere eos, qui cum Tolando lanienam istam ex metu supplicij, à republica imminenti, oriri existimant. Primo enim non privati tantum hisce Furiis dies noctesque agitati sunt, sed et ii, quos vel nascendi sors, vel fastidium imperii omni supplicio exemerat, veluti Nero apud Sueton. *Cap. XLVI.* Deinde si credere malis, hunc quoque sibi timuisse à populo: non desunt exempla eorum, qui morti proximi, quamvis nullo futuro metu angerentur, se tamen ob delicta quadam occulta, neminique mortalium nota, vix ferre dolores conscientia, conquesti sunt: veluti Chilo Lacedaemonius, qui apud Gell. *Noct. Att. l. 3.* *Ego quidem certe, inquit, in hoc tempore non fallo me, nihil quidquam esse commissum à me, cujus memoria rei aliquid pariat aegritudinis, nisi profecto illud unum.* Sed et Titi Caesaris, jam animam agentis, dictum haud absimile exstat apud Sueton. *Tit. Cap. X.*

§. XLV.

Ex quo facile intelligas, 34) quid de eorum sententia sentiendum sit, qui pro interna actionum humanarum norma, ac regula habendam esse conscientiam existimant. Si enim norma, nisi sit recta, certa et constans, suum perdit officium: (§. V.) quis pro norma adsumeret ratiocinationem, quæ aliquando *erronea*; (§. XXXIX.) aliquando *probabilis* tantum; (§. XL.) aliquando *dubia*; (§. XLI.) quin sæpe pravis cupiditatus oppressa est? (§. XLII.) Hinc 35) quamvis peccet omnino, qui agit contra certam vel probabilem conscientiam: non tamen 36) ideo recte statim, et justè age-

Ad §. 45.

Non tamen ideo recte, v. not. §. 40. Immo recte age-

agere dicendus est, qui se egisse contendit secundum conscientiam. *)

*) Non ipsa conscientia norma est, sed normam adplicat factis, et speciebus obvenientibus. Hinc tutius actio omittitur, cujus de pravitate nos convictos arbitramur, quam aliquid agitur, quod justum, et bonum esse nobis sine certa lege persuadet conscientia. Qui ergo conscientiam erroneam sequitur, eo ipso, quod hanc potius, quam legislatoris voluntatem, sequitur, peccat, aliquanto quidem excusatus, quam qui agit contra conscientiam, ac peccat tamen. Quare ego quidem suffragari nolim sententia Limborchii, qui *Theol. Christ. Lib. V. Cap. §. II. VIII. sequ.* etiam erroneam conscientiam sequendam esse contendit.

§. XLVI.

Ex quo porro colligimus, 37) dubia adhuc, et inter contrarias sententias misere fluctuante conscientia, suspendendam esse actionem tantisper, dum res ad liquidum perducta sit. Quod 38) merito defendimus contra Gerottl. Titium *Observat. XIX. ad Pufend. de offic. hom. et civ. Lib. I. Cap. I. §. VI.* quod summa hæc est hominis protervia, si tam obfirmato animo aliquid agat, ut parum laboret de exploranda voluntate divina, idem omnino acturus, si vel maxime, id sibi à Deo interdictum esse, noverit. *)

*) Adposite Cicero *de Offi. I. 9.* Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. *Æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationem significat injuriæ.* Id est, qui dubitans de æquitate actionis tamen agit, eo ipso prodit animam injuriam faciendi Deo. Unde et Apostolus: *ὁ δὲ διακρίνωντος, ἰδὼν φόνον, κατανύσσεται, ὅτι δὲ ἐν αὐτῷ.* Qui ambigit, si ederit, condemnatus est, quia non edit ex fide. *Rom. XIV. 23.*

E ii

§. XLVII.

re dicendus est, seu non peccare, qui omnibus rite exploratis tale judicium habeat de licentia actionis, ut nihil prudenter metuat ne legi naturæ adversetur, uti paulo ante notavimus in §. 40.

§. XLVII.

Itaque ex his, quæ hactenus diximus, patet, 39) in adplicatione legis ad factum conscientiæ luminibus quam maxime officere IGNORANTIAM, et ERROREM. Et per illam quidem simplicem cognitionis privationem; per hunc sive ideam, sive iudicium, sive ratiocinationem, à rei natura discrepantem, intelligimus. IGNORARE enim aliquis rem dicitur, cujus nulla omnino idea animo observatur; ERRARE, qui rei ideam concepit, sed vel ab objecto discrepantem, vel obscuram, confusam atque inadæquatam. Et tunc fieri nequit, quin error, in ideis admissus, in iudicia, atque inde in ipsas ratiocinationes sese diffundat.

§. XLVIII.

At quum nec omnibus hominibus imposita sit obligatio veritates abstrusiores, ac veluti in Arcesilai panis error demersas, investigandi, et rerum quarumdam ignotatio cum utilitate potius, quam detrimento, conjuncta esse videatur, *) immo sæpe ignorantes imprudentesque plus boni uno die faciant, quam scientes antea unquam: Terent. Hecyr. V. v. 39. sequ. merito inde colligimus, 40) non omnem vel IGNORANTIAM, vel ERROREM, malum esse ac vituperabilem.

*) Exemplo esse potest certorum scelerum, de quibus ne far quidem licet, ignorantia, si tunc ignotorum, nulla cupido est. Quis enim eam non pluribus exoptet, quum animum turpissimis cupiditatibus occludat, præstetque impervium? Sic sane Scythas eo nomine laudat Justinus Hist. II. 2. quod in iis tanto plus profecerit VITIUM IGNORATIO, quam in Græcis cognitio virtutis. Nec minus majores nostros miratur Quintilianus Declam. IV. ubi de impurissimo agens flagitio: NIL tale, inquit, NOVERE Germani, et sanctius apud Oceanum vivitur.

§. XLIX.

At quum nihil decernat voluntas, nisi ab intellectu ad adpetendum aversandumque excitata, ac proinde

intellectus quoque ad edendas actiones humanas liberatae concurrat: (§. XXX. 6) consequens sane est, 41) ignorantia ut non absint à reprehensione, qui in principiorum boni ac mali, justis injustisque, quorum sibi cognitionem error facile comparare potuissent, turpissima ignoratione culpabilis versantur, vel circa illa errant, circa quæ errorem, si intelligissent nervos, facile potuissent evitare.

§. L.

Hinc variae ignorantiae atque erroris divisiones. Quatenus enim primo ignorantiam evitare in nostra potestate est, vel non est: eatenus vel VINCIBILIS, vel INVINCIBILIS adpellatur. *) Quatenus quis illius causa est, vel non est: eatenus vel VOLUNTARIA est, vel INVOLUNTARIA. Denique si quis aliquid egit, quod non fuisset acturus, nisi ignorantia menti caliginem offudisset; ignorantia illa EFFICAX vocari solet: CONCOMITANS vero, si quid factum est, quod factum fuisset, si vel maxime abfuisset ignorantia. Quamobrem prioris argumentum est poenitentia, posterioris facti illius, etiam ex ignorantia admissi, adprobatio. Quæ omnia ad errorem non vel minus, quam ignorantiam, pertinere, nemo non intelligit.

*) Ignorantiam atque errorem INVINCIBILEM esse ajunt vel IN SE, at non in sua causa, vel IN SE ET SUA CAUSA SIMUL. Sic enim ignorantia hominis temulentum in se quidem invincibilis est, quamdiu durat suavis illa insania, non in sua causa, quia homini licuisset non insanire. Contra peccata furiosorum ex ignorantia in se et sua causa invincibili proficiscuntur, quum nec sciant emota mente, quid agant, nec per eos omnino steterit, quo minus furerent. Vera sunt hæc omnia, nec usu suo in doctrina de imputatione destituuntur: ac prior tamen vix dici potest INVINCIBILIS, quum potuissent evitare, si mens non læva fuisset. Rem optime explicat Aristoteles Nicomacheor. III. 7. dum legem memorans Pittaci, quæ ebriis peccantibus duplicem poenam irrogari jusserat, statim subjicit: Τὸ εἰς πῦρ ἀνάγειν τὸν ἐβριωμένον, καὶ τὸ εἰς τὸν ποταμὸν ἀναβάλλειν. In ebriis duplex poena constituta est: principium enim in ipsis est. Nam si eum in iis erant, ne ebrii fierent. Ebrietas autem eorum causa inicientiæ est. De ipsa Pittaci lege videndi Diogenes Laert. I. 76. et Plutarch. in Conviviis sept. sap. p. 175.

§. LI.

§. LII.

Progredimur ad alterum actionum humanarum liberarumque principium, VOLUNTATEM, (§. XXX.) quæ est illa mentis nostræ facultas, qua adpetimus bonum, malumque aversamur. Ut adeo verissimum sit, intellectum circa verum, et falsum; voluntatem circa bonum, et malum occupari. Nam et veritatis non ob aliam causam cupida est voluntas, quam quatenus bona est, nec falsum, quia falsum, sed quia simul malum est, aversatur. *)

*) Sic nemo sanus præscire cupit calamitates sibi imminentes, quia si vel maxime vera esset hæc scientia, mentem tamen illa ante tempus vehementer ex cruciaret, et sic bona videri non posset. Contra fabularum cupidissimi sunt pueri, quamvis eas fictas esse subolfaciant, quia eas vel ad componendos mores, vel ad animum saltem oblectandum comparatas esse, intelligunt, easque proinde bonas esse existimant.

§. LIII.

Ex ea ergo definitione colligimus, 42) non posse voluntatem quidquam adpetere, nisi quod ei tamquam bonum ab intellectu sistitur: nec 43) aversari, nisi quod ei tamquam malum ab eodem repræsentatur. 44) Quomodo magis quodque nobis bonum malumve videatur: eo vehementius nos illud adpetere vel aversari, ac proinde 45) contingere posse, ut minoris boni adpetitio, vel minoris mali aversatio, proposito majore malo bonove, cohibeatur. 46) Aversationem non in sola adpetitionis privatione consistere, sed conjunctam esse cum aliquo positivo, *) quod NOLUNTATEM, vel RECLINATIONEM vocat V. C. Henr. Koehler. *Exerc. jur. nat. §. CLXVII. sequ.*

*) Quemadmodum Jcti accurate distinguunt non nolle et velle: l. 3. D. de reg. jur. ita non minus discerni debent non velle, vel non adpetere, et nolle, seu aversari. Multa sane non vult sapiens, à quibus tamen non omnino abhorret. Non adpetit immortalitatem, quam natura; non imperium, quod nascendi sors negavit; nec tamen res illas aversatur, sed magnas

nas ac præclaras esse judicat. Non vult, quod non capit ejus conditio, quamvis ab eo non abhorreret, si caperet. Ita quamquam regnum nec voluit, nec adfectavit intentus operi diurno hortulorumque sterilibus herbis repurgans Abdolominus, illud tamen nec noluit, nec adspersus est, quum se regem salvari, regique vestis insignibus exornari, animadverteret. Curt. de gest. Alex. IV. 1.

§. LIII.

Nec minus ex ea definitione patet, 47) hominem, quod ad voluntatem attinet, non modo SPONTE, sed et EJUSDEM LIBERE agere. Quum enim SPONTANEITAS sit facultas spontanea, et libertas.

Ad §. 53.

Spontaneitas sit facultas se ipsum dirigendi ad certum, et antea cognitum finem. Libertas vero facultas ex duobus possibilibus alterutrum, prout e re videatur, eligendi. Optimæ quidem frugis, præsertim cum omnes fere Protestantes humanæ libertatis osores sint. Et quoniam de humanorum actuum natura, et ordine jejune et exiliter nimis tractant, adeundi sunt Theologi, et maxime Div. Thomas qui intima naturæ penetralia ingreditur, et arcana occultiora reseravit, ex cujus sententia Concina Diss. 1. c. 6. libertas naturæ, inquit, vocatur etiam spontaneitatis seu complacentiæ, quæ à violentia, et coactione, seu vi extrinsecus illata, immunis est. Alia est libertas indifferentiæ, quæ non modo à coactione seu violentia, verum etiam à determinatione ad unum immuniam affert. Duplex hæc est, una contrarietatis, seu specificationis, ut ajunt, quæ oppositos producere actus, nempe odium et amorem, bonum et malum valet. Altera est contradictionis, seu exercitii, quæ agere, vel non agere potest. Ad libertatis perfectionem sola requiritur exercitii indifferentia, sublata indifferentia contrarietatis ad malum, quæ imperfectio potius libertatis est. Quod fusius versat etiam dicto cap. et seqq. adversus Protestantes juris auctores, qui omne liberum arbitrium tollunt, et libertatem in externorum impedimentorum absentia concedunt tantum, verum neces-

ras se ipsum dirigendi ad certum, et antea cognitum finem, LIBERTAS vero facultas, ex duobus possibilibus alterutrum, prout e re videatur, eligendi: utramque facultatem menti nostrae inesse, vel ab ipsa experientia docemur. Neque 48) obstat, hominem, quem virtus nondum in veram libertatem vindicavit, suis adfectibus cupiditatibusque adhuc servire. Esse enim hæc obstacula ita comparata, ut majore menti proposito bono malove removeri superarique possint, jam supra monuimus. *) (§. LII. 45.)

*) Sic quancumque in fure sit contrectandæ rei alienæ cupiditas, ei tamen ille non succumbet, si sibi tanti criminis effecta, veluti squallorem carceris, ergastulum, flagra, equuleum, ipsam denique furcam, poneret ob oculos. Nec mi-

cessitate admixtam, quia ab externis causis extrinsecus impellimur, cum quid agere decrevimus. Cum autem vero pro libertate intelligamus facultatem agendi, et non agendi immunem ab omni necessitate, hominem vero easel libertate præditum validissimis rationibus propugnatur: quia intima experientia, quemadmodum certi sumus existere, ita interiori convincimur multos nos facere, vel ommittere ex propria nostra ratione, et beneplacito; nec aliunde quam ex nostra conscientia ad id demonstrandum validiora erui poterunt argumenta. Quapropter homo censendus est liber, si neque ab exteriori ullo principio cogatur, neque demum ab objectis ulla ei necessitas imponatur. Nam etsi voluntas ad generalem rationem boni, et ad summum etiam bonum, cujusmodi est Beatitudo, naturaliter est intenta, adeoque erga tale bonum nulla ei conveniat libertas: non perinde se habet circa particularia bona, finita, et limitata, quia nullum particulare bonum hujusmodi est, in quod voluntas necessario feratur. Omnimoda vero libertas exitialis, et inutilis foret ipsi. Quare recte Heinneccius ita definit facultas ex duobus possibilibus, alterum, prout e re videatur, eligendi, ut jam planum ex his fiat quid spontaneitas, quid hic libertas sit. v. Finetti lib. 4. c. 8. Bergier Exam. Material. p. 1. c. 11.

minus, qui voluptatibus atque otio magnopere delectantur, ad honestiora studia ac diligentiam sese illico inflammari sentirent, si, adhibita in consilium ratione, paulo expenderent accuratius, quanta sit doctrinæ ac sapientiæ præstantia, quanta utilitas, quam incredibilis suavitas, et quam irreparabile contra damnum cum inertia atque ignorantia conjunctum sit. Rem omnem breviter exprimit Epictetus apud Arian. I. 17. *Τίς ἰσθὺν πεισθῆναι δύναται ἢ ἄλλο ἰσθῆναι. Τίς δ' ὀρεξίται καὶ ἐπιθυμεῖν ἢ ἄλλο ὀρεξίται καὶ ἐπιθυμεῖν.* *Ecquidnam adpetitionem vincere potest. Alia adpetitio. Ecquidnam inclinationem ac propensionem? Profecto alia inclinatio, ac propensio. Id quod eodem, quo nos usi sumus, furis exemplo illustrat Simplic. ad Epictet. Enchir. Cap. I. p. 22.*

§. LIV.

Hinc 49) illi voluntatis humanæ libertati non officit constitutio corporis, quam TEMPERAMENTUM vocant philosophi. (*Elem. phil. mor. §. LI. sequ.*) Quamvis enim mens à corpore diversimode adficiatur, (*ibid. §. XLV.*) et ad certa vitia reddatur proclivior: ista tamen determinatio non magis in coactione consistit, quam homo cogitur ad prodeambulandum, dum eum sudum cælumque serenius invitat. Quis enim negaverit, voluntatem omnia integra habere, illasque verni solis blanditias non impedire, quo minus è duabus caussis, quarum una deambulationem suadet, altera dissuadet, prægnantiori adsentiat?

An eam
impediat
tempera-
m e n-
tum.

§. LV.

Idem porro 50) dicendum videtur de AFFECTIBUS, id est, commotionibus voluntatis ex representatione boni malique ortis. Quamvis enim mens, quod ad primum motum attinet, passivè se habeat, reliqua tamen in ejus potestate sunt, puta, ut obstet principiis, ne motum istum adprobet, nec primam animi incitationem ad imperum pervenire patiat. Quod 51) et de MORIBUS, id est propensionibus, diuturna consuetudine firmatis, repetendum videtur. Tametsi enim et hi paulatim veluti in naturam abeunt, quam si expellas furca, tamen usque recurret: Horat. Epist. I. 10. v. 24. non

An ad-
fectus et
mores

tamen vel emendari non possunt, *) vel non vinci sal-
tim, si quis libertate sua uti velit.

*) Mores sunt propensiones et adfectus, diuturna consuetu-
dine firmati. (Elem. philos. moral. §. LXIX.) Quod diuturna
consuetudine adscivimus, id procul dubio desuetudine paul-
latim inumbrari atque aboleri potest, si ea in re tantum ad-
bibere diligentia velimus, quantam adhibuimus, dum il-
lam primum contraximus. Quo pertinet elegans, quam jam
Hertius ad Pufendorffium laudavit, sententia Aristophanis in
Vespis.

Τὸ γὰρ ἀπερῆσαι χαλκῆν
φύσιν, ἢ ἔχει τις ἀεί.
καὶ τοὶ πολλοὶ ταύτ' ἰσάδον
ἐθνοῦς γράμματα ἴτιον
Μετὰ βέλτερόν τ' ἔτινασ.
Usus quo fueris diu,
Mutare ingenium, grave est.
Multos invenias tamen,
Qui mores moniti suos
Mutarunt melioribus.

§. LVI.

Denique 52) EXTERNA vis tantum abest, ut liber-
tate sua privet voluntatem humanam, ut illa vel ma-
xime argumento sit, eam esse liberam. Quamvis enim
fieri possit, ut aliquis vi prohibitus, quod vult, non
agat: nulla tamen vi impediri poterit, quo minus quod
vult, velit, vel compelli, ut quod non vult, velit. *)
Immo si intellectus bonum, quod actionem sequitur,
tamquam majus malo imminente, repræsentet: nulla
vis externa hominem ab eo, quod semel animo conce-
pit, absterrebit, eumque nec civium ardor prava jubent-
ium, nec vultus instantis tyranni mente quatiet solida.
Vid. illust. Wolffius *Metaphys.* §. DXXII.

*) Id quoque observabit Epictetus apud *Arrian.* I. 17. Postquam
enim adpetitionem non nisi alia adpetitione vinci posse do-
cuit: statim subjicit Ἄν μοι, φησὶ, προσάγῃ θανάτου φόβος, ἀναγκάσει
μὲ ἢ τὸ προσαγγίμιον, ἀλλ' ὅτι δοῦναι σοὶ κρείττον ἀναί ποιεῖσαι τε
τῶν ἀποθανῶν. Πάλιν ἔν τῷ εἰν δέγμασι ὑνάγκασι, τρεῖς ἰσχυροῖσι
ἢ προσάγῃσι. At, inquit quis, qui mihi mortis proponit metum, me

(17) cogit. Profecto non, quod imminet, in causa est, sed quia tibi sa-
tius videtur, aliquid eorum facere, quam mortem oppetere. Qua-
re tua te opinio coegit, id est, voluntas vicit voluntatem.

§. LVII.

Ex quo colligimus, 53) non rejiciendam esse dis-
tinctionem voluntatis ANTECEDENTIS, et CONSEQUENTIS,
quarum illa sine contemplatione προσηκούσῃ, quæ sese
tempore actionis exserere possunt, decernit: hæc ac-
tionem circumstantiis, quæ sese tunc exserunt, attem-
perare statuit. Quare 54) voluntas consequens ab an-
tecedente diversissima videtur, quum tamen utraque si-
bi invicem non refragetur. Ita verum est, et pacem vel-
le Deum, et eundem bellum, certis positis circumstan-
tiis, non improbare.

Voluntas
vel ante-
cedens,
vel con-
sequens.

§. LVIII.

Præterea inde intelligitur, 55) SPONTANEAS esse
actiones, quæ proficiscuntur ex mente, se ipsam ad
certum finem, antea cognitum, determinante: 56) Actiones
INVITAS, quæ à mente seipsam determinante non pro-
veniunt. (§. LIII.) Porro 57) spontanearum alias ut-
troneas esse, ad quas patrandas nulla hominem ne-
cessitas extrinsecus impulit, alias 58) COACTAS, quas
quis, tali urgente necessitate, patravit: (§. LVI.) ni-
hil autem 59) causæ esse, cur addamus MIXTAS, quip-
pe quæ quum itidem, necessitate extrinsecus urgente)
fiant, coactis quam commodissime accensentur. *)

*) MIXTAS actiones vocant, quas quidem patrare vult ho-
mo, sed ita, ut eas omittere mallet, nisi urgeret necessitas.
Tale quid animadvertimus in iis, qui jactum faciunt immi-
nente naufragio, de quibus *Lucret. de rer. nat. Lib. II. v.*

277.
Famæ vides igitur, quamquam vis extima multos
Pellit, et invito cogit procedere sæpe,
Præcipientesque rapit, tamen esse in pectore nostro
Quiddam, quod contra pugnare obstareque possit?
Enimvero idem in omni actione coacta contingit. Nulla e-
nim vis externa tanta esse potest, ut nos adigat ad volendum,

quod nolumus, vel quod volumus, aversandum: (§. LVI.) adeoque omnis actio coacta, mixta; omnisque mixta, coacta est. Quis vero probaret divisionem, cujus membra adeo non disjuncta sunt, ut potius unum de altero prædicetur? (*Elem. log. §. XLVII. 2.*)

§. LIX.

Hinc 60) verum quidem est, nullam actionem *invi-*
tam esse voluntariam: (§. LVIII. 56.) at 61) negari
Actiones invitæ involuntariæ: voluntarias esse actiones *coactas*, quia, quam-
vis non agere mallems, nisi nobis repræsentaretur ma-
riæ: coactum atrocius, voluntas tamen hanc actionem vere de-
ta volun- cernit. Ex quo porro consequitur, 62) ut non male
t a r i z philosophati sint veteres jureconsulti, dum, *COACTUM*
sunt. etiam *VELLE*, statuerunt. l. 21. §. 5. *D. quod met. caus.*

CAPUT. III.

De norma actionum Humanarum, veroque Juris
Naturalis Principio.

§. LX.

NON ita comparatam esse naturam hominis, ut ac-
tionum liberarum norma ac regula carere possit,
Qualem esse jam supra à nobis demonstratum est. (§. III. sequ.)
esse 6- porteat Ibidem vero ostendimus, illam normam esse desituram,
a c t i o- neque functuram officio suo, nisi et *recta*, *certa* ac *cons-*
m a n a- *tans*, et cum *obligatione*, eaque non interna, sed *exter-*
rum nor- *na*, conjuncta sit. In talem vero normam, in quam hæ
mam? virtutes omnes manifesto cadant, jam paullo accura-
tius erit à nobis inquirendum. *)

*) Nolim verò confundas *NORMAM* actionum humanarum,
et *PRINCIPIUM JURIS NATURALIS*. Illa enim est,
principium, quod *essendi* vocant philosophi, quodque nobis
principium obligationis est. Per hoc intelligimus *cognoscendi prin-*
cipium, id est, propositionem quamdam, ex qua, ad quid
obligati sumus, illico adpareat. Sunt hæc et in rebus publicis
diversa. Nam *principium obligationis*, quæ civibus reipublicæ
omnibus incumbit, est voluntas summæ in qualibet republi-

ca

ea potestatis, eaque simul *norma* est, ad quam omnes, et sin-
guli actiones suas componere tenentur. At si quæras, unde
cognosci atque intelligi possit illa summæ potestatis volun-
tas? ad leges te omnes remittent, eaque adeo unum et adæ-
quatum erunt *cognoscendi principium*.

§. LXI.

Normam illam vel *in nobis ipsis*, vel *extra nos*, exis-
tere oportet. In nobis si reperiretur, illa non alia esse
posset, quam vel intellectus ac conscientia, vel ipsa *Ea non*
voluntas nostra. At neutra mentis facultas semper recta, in nobis,
sed extra neutra certa, neutra constans atque immutabilis est. nos quæ-
Ergo nec alterutra, nec utraque, normæ actionum hu- r e n d a
manarum officio recte fungetur. Ex quo sane consequi- est.
tur, 1) ut norma illa actionum nostrarum non in no-
bis, sed extra nos, omnino quærenda sit.

§. LXII.

Extra nos cum aliæ res creatæ existunt, tum ip-
se rerum omnium auctor *DEUS*. Quum vero quæramus *Et qui-*
actionum humanarum normam cum obligatione externa dem in
conjunctam, (§. IX.) et per rectam rationem univer- volunta-
so generi humano promulgatam: (§. XI.) obligatio ve- te Dei.
ro externa in entis cujusdam, cujus imperium agnos-
cimus, voluntate consistat, (§. IX. 10.) denique nul-
lum sit ens, cujus imperium magis agnoscere feneamur,
quam *DEUS* optimus maximus, (§. X.) isque solus e-
tiam per rectam rationem, cujus ipse auctor est, ali-
quid promulgare possit: consequens est, 2) ut sola vo-
LUNTAS DEI sit norma actionum humanarum, omnisque
naturalis obligationis, quin et omnis justitiæ, princi-
pium. *)

*) Incidimus itaque in sententiam viri illustrissimi, jam su-
pra à nobis laudati, *SAMUELIS à COCCEIS*, qui in lau-
datis dissertationibus (§. X. *) hoc principium non solum
solidissimis rationibus demonstravit, sed et ab adversario-
rum stricturis erudite vindicavit, in primis *Dissert. I. quest.*
II. §. VI. sequ. ubi §. XXXIV. p. 31. sequ. etiam veterum, i-
dem sententium, testimonia quam plurima accumulavit, quo-

tuna

quod nolumus, vel quod volumus, aversandum: (§. LVI.) adeoque omnis actio coacta, mixta; omnisque mixta, coacta est. Quis vero probaret divisionem, cujus membra adeo non disjuncta sunt, ut potius unum de altero prædicetur? (*Elem. log. §. XLVII. 2.*)

§. LIX.

Hinc 60) verum quidem est, nullam actionem *invitam* esse voluntariam: (§. LVIII. 56.) at 61) negari actiones invitæ involuntariæ: voluntarias esse actiones *coactas*, quia, quamvis non agere mallems, nisi nobis repræsentaretur malitiam atrocius, voluntas tamen hanc actionem vere deternit. Ex quo porro consequitur, 62) ut non male philosophati sint veteres jureconsulti, dum, *COACTUM* sunt. *etiam VELLE*, statuerunt. l. 21. §. 5. D. *quod met. caus.*

CAPUT. III.

De norma actionum Humanarum, veroque Juris Naturalis Principio.

§. LX.

NON ita comparatam esse naturam hominis, ut actionum liberarum norma ac regula carere possit, Qualem esse jam supra à nobis demonstratum est. (§. III. sequ.) esse 6- porteat Ibidem vero ostendimus, illam normam esse desitutam, a c t i o- neque functuram officio suo, nisi et *recta, certa ac cons-* num hu- *tans*, et cum *obligatione*, eaque non interna, sed *exter-* m a n a- na, conjuncta sit. In talem vero normam, in quam hæ rum nor- virtutes omnes manifesto cadant, jam paullo accura- mam? tius erit à nobis inquirendum. *)

*) Nolim verò confundas NORMAM actionum humanarum, et PRINCIPIUM JURIS NATURALIS. Illa enim est, principium, quod *essendi* vocant philosophi, quodque nobis principium *obligationis* est. Per hoc intelligimus *cognoscendi* principium, id est, propositionem quamdam, ex qua, ad quid obligati sumus, illico adpareat. Sunt hæc et in rebus publicis diversa. Nam principium *obligationis*, quæ civibus reipublicæ omnibus incumbit, est voluntas summæ in qualibet republi-

ca

ea potestatis, eaque simul *norma* est, ad quam omnes, et singuli actiones suas componere tenentur. At si quæras, unde cognosci atque intelligi possit illa summæ potestatis voluntas? ad leges te omnes remittent, eaque adeo unum et adæquatam erunt *cognoscendi principium*.

§. LXI.

Normam illam vel *in nobis ipsis*, vel *extra nos*, existere oportet. In nobis si reperiretur, illa non alia esse *Ea non* posset, quam vel intellectus ac conscientia, vel ipsa *in nobis*, voluntas nostra. At neutra mentis facultas semper *recta*, sed extra neutra certa, neutra constans atque immutabilis est. nos quæ- *recta* Ergo nec alterutra, nec utraque, normæ actionum hu- *recta* manarum officio recte fungetur. Ex quo sane consequi- *est.* tur, 1) ut norma illa actionum nostrarum non in no- *est.* bis, sed extra nos, omnino quærenda sit.

§. LXII.

Extra nos cum aliæ res creatæ existunt, tum ipse rerum omnium auctor DEUS. Quum vero quæramus *Et qui-* actionum humanarum normam cum obligatione externa *dem in* conjunctam, (§. IX.) et per rectam rationem univer- *volunta-* so generi humano promulgatam: (§. XI.) obligatio ve- *te Dei.* ro externa in entis cujusdam, cujus imperium agnos- cimus, voluntate consistat, (§. IX. 10.) denique nul- lum sit ens, cujus imperium magis agnoscere feneamur, quam DEUS optimus maximus, (§. X.) isque solus etiam per rectam rationem, cujus ipse auctor est, aliquid promulgare possit: consequens est, 2) ut sola vo- LUNTAS DEI sit norma actionum humanarum, omnisque naturalis obligationis, quin et omnis justitiæ, principium. *)

*) Incidimus itaque in sententiam viri illustrissimi, jam supra à nobis laudati, SAMUELIS à COCCEIS, qui in laudatis dissertationibus (§. X. *) hoc principium non solum solidissimis rationibus demonstravit, sed et ab adversariorum stricturis erudite vindicavit, in primis *Dissert. I. quest. II. §. VI. sequ.* ubi §. XXXIV. p. 31. sequ. etiam veterum, *idem* sententiarum, testimonia quam plurima accumulavit, quo-

tuna

rum maxime notabilia sunt Xenophontis, Sophoclis, et Ciceronis, quæ, quum dissertationes illæ doctissimæ omnium manibus terantur, hic non reperimus.

§. LXIII.

Neque dubitari potest, 3) quin hæc norma RECTA sit, quum nihil velle possit ens infinite bonum ac sapiens, nisi quod vere bonum est: 4) quin eadem sit CERTISSIMA, quum omnibus per rationem innotescat: 5) quin sit CONSTANS, quia non magis mutari potest voluntas Dei, quam ipse Deus, et, per quam illam promulgavit, recta ratio. Denique 6) quin sit OBLIGATORIA, quum et Deo justissimæ causæ sint, obsequium à nobis exigendi, et nullæ sint hominibus rationes, cur se illius imperio subtrahere vel velint, vel possint. (§. X.) Ex quo simul patet, 7) non omnem Dei voluntatem; sed obligatoriam tantum, pro norma actionum humanarum esse habendam. *)

Voluntas Dei norma est recta, certa, constans, et obligatoria.

*) Quam late pateat DEI VOLUNTAS, accuratius ab iis, qui Theologiam naturalem tradunt, explicatur, imprimis, à Ruaro Andala *Theol. nat. Part. II. Cap. VIII. §. VI. sequ.* et celeb. Wolffio *Theol. nat. Part. I. tot. Cap. III.* Sane quum voluntatis divinæ objectum sit primum ipse Deus, dum perfectiones suas amat, adprobat, in iis acquiescit, deinde universum mundum, quem vult esse, certis legibus moveri, conservari, tum omnia reliqua contingentia, præterita et futura: hic tantum intelligimus voluntatem Dei circa actiones rerum creaturarum intelligentium, vel edendas, vel omittendas, eamque vocamus OBLIGATORIAM.

§. LXIV.

Quum vero VOLUNTAS DEI OBLIGATORIA, quam uni-
Eadem cam actionum humanarum normam esse ostendimus, sit et lex di- voluntas Dei circa actiones rerum creaturarum intelligenti-
ci potest tium, vel edendas, vel omittendas: (§. LXIII. *) con-
ratione sequens est, 8) ut ea contemplatione hominis recte
h o m i- etiam vocetur LEX DIVINA, quippe quæ nihil aliud est,
num. quam voluntas entis supremi, sub comminatione pœnæ,
vel proposito præmio, certas actiones vel præcipientis,
tis,

tis, vel prohibentis. (§. IX. II.) 9) Ut, quum et aliæ leges divinæ, per revelationem hominibus promulgatæ, dentur, quas POSITIVAS vocant, hæc, quia naturam homini innotescunt, merito NATURALES adpellentur, et prout aliquid præcipiunt, vel prohibent, vel permittunt, in AFFIRMATIVAS, NEGATIVAS, et PERMISSIVAS recte dispescantur.

§. LXV.

Quumque hæc divina voluntas, seu lex divina naturalis, omnis justitiæ sit fons et principium: (§. LXIII. 2.) sequitur 10) ut omnis actio, non modo humana, sed et divina, huic voluntati divinæ attemperata JUSTA sit, ac proinde 11) male huic doctrinæ opponatur, nullam fore Dei justitiam, si non aliud statuatur juris naturæ principium, quam DEI VOLUNTAS. *)

*) Exprobare hoc viro illustrissimo, SAM. DE COCCEIS, non dubitavit auctor *Observationum Hannoveranarum Obs. VIII. Periculosa etiam alia ex his dogmatibus consequuntur, qualia à quibusdam minus circumspecte jam dudum sunt jactata, veluti nullam esse ipsius Dei justitiam. Nam si jus est nihil aliud quam jussum creatoris, vel ejus, qui potentia sua cogere potest: manifestum est, in ipso Deo justitiæ rationes cessare, quum cogi nequeat, et posse cum jure damnare innocentem, beare sceleratum. Quibus admittis, in justitiæ consideratione restabit timor Dei, amor cessabit. Enimvero quum Deus nihil velit, nisi quod æquum et justum est: quidni ex voluntate Dei explicari posset etiam divina justitia? Cessat quidem circa Deum ratio jussus, et coactionis, adeoque obligatio externa: sed eadem et in summis imperantibus cessat, quod attinet ad leges suas. Quamvis enim illis obstrictus non sit princeps, cui *arvavilvov* est imperium: tamen eum dicimus JUSTUM, si suum cuique secundum leges suas tribuit. Quidni ergo, et Deum ideo dicamus JUSTUM, quod hominibus jus suum secundum VOLUNTATEM, seu LEGEM SUAM tribuat? Homo ergo dicitur JUSTUS, qui VOLUNTATI DEI, per modum legis promulgatæ, obsequium præstat. Deus vero JUSTUS est, quia secundum VOLUNTATEM SUAM sine coactione, et lege suam cuique tribuit. Nec periculum est, ne Deus damnet innocentem, sceleratum beet. Ita enim non ageret secundum voluntatem suam, qua nihil vult, nisi quod justum, æquum, et perfectione sua dignum est.*

§. LXVI.

Ex voluntate Dei etiam divina justitia recte potest explicari.

§. LXVI.

Difference et HUMANAM intercedit justitiam, quod quum in illa legis et coactionis ratio omnis cesset, (§. LXV. *) hæc justitia involvat rationem legis, et coactionis, (§. LXIV. 8.) ac proinde 13) voluntas divina, quatenus hominibus humana pro actionum norma est, conjuncta sit cum comminatione pœnæ, seu mali cujusdam, iis à Deo repræsentandi, qui voluntati suæ non præstent obsequium. Quamvis 14) ea pœna etiam positiva *) non, ut in legibus humanis, certa et definita, sed plerumque indefinita sit, Deusque eam suæ sapientiæ ac justitiæ reservavit.

*) Qui omne malum passionis, quod malam sequitur actionem, et cum hac connectitur, POENAM adpellant, hi illam recte dividunt in NATURALEM et POSITIVAM, Clariss. Koehler. *Exercit. jur. natur. §. CCCLXII. sequ.* Sed si per pœnam intelligas malum passionis, quod ipsa lex divina peccantibus comminatur: pœna positiva tantum pœnæ nomine *vulgus* veniet. Naturalem et athei agnoscunt: positivam non nisi hi, qui et existere Deum, et rerum humanarum curam gerere, statuunt. Jam quamvis pœna positiva definita non sit: vel ipsa tamen recta ratio satis nos convincit, Deum non posse, non hominibus et pœnas, et præmia rependere, prout actiones voluntati ejus vel non attemperent, vel attemperent. Id enim *aprioris* ex idea justitiæ dixisse fluit, et admissum est ab omnibus, qui in dubium non vocarunt divinam providentiam. Xenophon *Memorab. Socr. L. 4. 16.* *Ὅτι δ' ἂν τὰς θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δέξαι ἐπιτρέψαι, αἱ ἰσχυροὶ ἄνθρωποι καὶ κενεὶς ἀκούειν, ἃ μὴ βουλοῦντο ἕρως καὶ ἀνθρώπων ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦ πάλαι ἔργου δέξασθαι ἢ ἀδιδάκτους. Num arbitraris, Deos hominibus opinionem indituros fuisse, quod et beneficiis, et pœnis adficere possint, si non revera id possint? et homines, perpetuo deceptos, horum nihil umquam sentisse?*

§. LXVII.

At quum dubitari vix possit, quin norma actionum humanarum non alia esse possit, quam voluntas, vel lex Dei: (§. LXIII.) jam porro merito quaeritur, quomodo

pacto illam quam facillime cognoscamus? Et sane dùm iam rite eam per rectam rationem universo humano generi promulgatam esse, omnes fatentur, (§. XI. 16.) recta vero ratio nobis est facultas ratiocinandi, veritatesque alias ex aliis per necessariam concludendi rationem eliciendi: (§. XV.) facile patet, 15) dari aliquam veritatem vel propositionem, ex qua per necessariam concludendi rationem, quid voluntati Dei consentaneum, adeoque justum sit, elici possit, adeoque 16) esse oportere commune aliquod ac generale jus naturæ COGNOSCENDI PRINCIPIUM. *)

*) Id quomodo ab ipsa norma differat jam supra (§. LX. *) ostendimus. Quum vero principii vocabulum latius acciperit illustrissimus SAM. DE COCCEIS: in *λογιστικῶν* abito, quidquid ei obvertit clarissimus Jac. Fridr. Ludov. i. Quomodo enim illa voluntas Dei nobis innotescat, ipse vir illustrissimus *Diss. I. quest. III.* ostendere conatus est, adeoque manifesto distinxit *voluntatem Dei*, tamquam normam, et principium essendi, quod vocant, juris naturæ, à mediis intelligendi, et probandi *voluntatem Dei*, adeoque à principio cognoscendi.

§. LXVIII.

Quumque omne cognoscendi principium ita comparatum esse oporteat, ut sit VERUM, EVIDENS atque ADÆQUATUM: consequens est, 17) ut et juris naturæ principium debeat esse VERUM, ne si illud vel falsum sit, vel in nuda fictione consistat, tales etiam conclusiones ex illo eliciantur. 18) Ut idem EVIDENS esse oporteat, et 19) ita quidem, ut non modo à docto aliquo, sed et à quolibet plebejo, quippe qui æque, ac ille, ad obsequium juri naturali præstandum obstrictus est, perspicui atque intelligi possit. *) Denique 19) ut esse debeat ADÆQUATUM, omniaque officia tum hominum, tum civium, non modo Christianorum, sed et à Christiana pietate alienorum, inde prono alveo fluant.

*) Quemadmodum ergo suspectæ sunt justo subtiliores existentia DEI demonstrationes, quia illa veritas ita comparata esse dicitur, ut et plebejus quisque ad eam animo concipiendam obstrictus sit, ac proinde Apostolus eam palpando in-

Idque
verum, e-
videns,
atque a-
dæqua-
tum esse
oportet.

AT (R)

veniri posse docet, quippe à μαγάς ἀπὸ τῆς ἀνάγκης ἡμῶν ἀνάγκη, non longe absentem ab unoquoque nostrum: Act. XVII, 27. ita vix suspicione caret subtile nimis juris naturalis principium, quum ἀναγκαστικοί sint omnes, etiam indocti, et subtiliori philosophiæ non aduerti, si contra jus naturæ peccaverint.

§. LXIX.

Itaque 20) juris naturalis principium quærendum non possumus in convenientia actionum nostrarum cum sanctitate Dei: quia, si vel maxime largiamur, veram esse hanc propositionem, ea tamen nec evidens est, nec ita comparata, ut omnia officia vel hominum, vel civium, inde elici probarique possint. *)

Unde hoc principium non est in sanctitate Dei quærendum.

*) Quam obscura enim sit sanctitatis divinæ idea, sive eam in sensu theologico, sive in juridico, accipias, jam ostendunt Sam. Pufendorff. *Specim. Controv. IV. 4.* Thomas. *Fundam. jur. nat. et gent. I. 6. 11. sequ.* Et quam multa sunt officia, quorum ἀξιωματικὸν in Deo non reperimus: e. g. gratus animus erga benefactores, reverentia erga superiores, redditio crediti, similia.

§. LXX.

Nec magis 21) sufficit propositio, id, quod sua natura justum est, esse faciendum, quod sua natura injustum.

Ad §. 70.

Id quod sua natura justum. Sæpius justus, et boni factam hactenus mentionem vides, quin inter ea certum statuatur discrimen. Bonum autem morale, ut supra diximus §. 1. sumitur pro conformitate cum ordine rationis, et ita hic intelligendum: justum vero generatim usurpatur pro justo naturali, vel quidquid conforme est, commensuratum, aut adæquatum legi naturali, uti normæ, et regulæ omnis operationis humanæ; sive actus, aut omissio ejus ita conformis evadat justitiæ naturali, universali, et legali, sive particulari. Justitia equidem alia universalis est, quæ virtutum actus permovet, et impellit, quatenus illis omnibus commu-

justum, fugiendum. Quamvis enim jam supra à nobis concessum sit, actiones quasdam in se suaque natura ipsa actionum bonas, vel malas, et ad illas amplectendas, has functionum giendas, hominem intrinsecus obligari: (§. VIII.) falsum tamen est, actionem illam intrinsecus, et antecederum justitiam vel antecederum justitiam esse. *) (§. VII.) Ut jam non dicamus, nec evidens esse hoc cognoscendi principium, nec omnia hominis, ac civis officia inde posse derivari.

*) Ad actiones enim JUSTAS obligatione externa impellimur. (§ VII.) Obligatio externa consistit in entis, cujus imperium agnoscimus, quodque actiones quasdam sub comminatione pœnæ prohibeat, præcipiatque, voluntate. (§ IX. 10.) Quum vero talis voluntas sit LEX: (§ IX. 11.) nulla actio justa injustaque esse potest sine lege, adeoque non datur actio, intrinsecus, et antecedenter ad legem justam, sed quia legi convenit, ideo justa habetur, quemadmodum

G ii

ideo

mune bonum perficitur, et integratur, quæ legalis etiam dicitur, quia dum dirigit aliarum virtutum actus in bonum commune, indolem legis exprimit, cujus est bonum commune fovère, lex enim propter communitatem, et in bonum commune tendit. Particularis alia justitia, quæ privatas respicit personas, et vel commutativa est, quæ hominem ad alterum recte riteque disponit in commerciis, et permutationibus: vel distributiva, quæ in bonorum, onerumque distributionibus versatur; et harum prima expletrix, altera attributrix infra cum Grotio ab Heineccio appellantur §. 118. Hinc Jurisprudentia naturalis ab Ethica distinguitur, quia hæc honestatem actionum humanarum curat præscindendo à justitia, et rationem mere honesti, et decori potius quam justitiæ naturalis sectatur: jurisprudentia vero naturalis in omnibus perpetuo adhæret naturali justitiæ. Werenk *jus nat. p. 1. c. 1. n. 18. 75.* Finetti *lib. 2. c. 5.* Concina *Diss. 2. c. 3.* Desing. *lib. 2. c. 7.* Recte itaque Heineccius justum hic, quod lege, vel jure fit, antecedens ad legem negat ullum fuisse, bonum autem extitisse ait, quia legem præverat, uti diximus supra §. 14.

ideo injusta est actio, quod legi refragatur, et hinc omne peccatum *ἀνομία*, seu legis transgressio, vocatur I. Epist. Joann. III. 4.

§. LXXI.

Nemo porro 22) temere suffragabitur viris doctis, à quibus gentium vel omnium, vel humaniorum, consensus pro principio juris naturalis habitus est. Nam nec in consensu omnium nec verum est, id, in quo gentibus inter se convenit, nisi in etiam voluntati divinæ convenire: *) nec omnibus evigentiis gentium est ille gentium consensus, quippe ex multis veterum, et recentiorum scriptorum testimoniis colligendus, nec tam *adequata* hæc videri potest propositio, ut omnia hominum civiumque officia inde prono alveo fluant.

*) Ita jus gentium voluntarium, quod vocat, probandum jam olim censuit Cic. *Tusc. Disp. I. 13. Omnia in re consensus omnium gentium lex natura putanda est.* Eidem principio postea permultum tribuit Grot. *de jure belli et pac. prolegom. §. XL.* ubi de modo probandi jus naturæ et gentium ex instituto disserens: *Urus sum, inquit, ad juris hujus probationem testimoniis philosophorum, historicorum, poetarum, postremo et oratorum, non quod illis indiscrete credendum sit, (solent enim sectæ argumento causa servire) sed quod, ubi multi, diversis temporibus, et locis, idem pro certo affirmant, id ad causam universalem referri debeat: quæ in nostris questionibus alia esse non potest, quam aut recta illatio, ex naturæ principii procedens, aut communis aliquis consensus. Illa jus naturæ indicat: hic jus gentium.* Enimvero in multis mirum gentium pæne omnium consensus deprehendimus, quæ nemo juris naturæ, vel gentium esse dixerit, veluti in *πολυθεῖα*, idolatria, sacrificiis, latrociniiis, extra cujusque rempublicam licitis. x. 7. 8. Deinde difficillime hic gentium consensus ostenditur, ipso fatente Grotio I. 1. 15. *Latus autem patens est jus gentium, id est, quod gentium omnium, aut multarum, voluntate vim obligandi accepit. Multarum addidi, quia vix ullum jus reperitur, extra jus naturale, quod ipsum quoque gentium dici solet omnibus gentibus commune. Immo sæpe in una parte orbis terrarum est jus gentium, quod alibi non est, ut de captivitate ac postliminio suo loco dicemus. Quam multa ergo sunt officia, quæ ex consensu gentium demonstrari à nemine possunt?*

§. LXXII.

§. LXXII.

Quemadmodum vero, qui jus naturæ vel gentium ex illa gentium consensione derivandum existimant, non modo principium minus verum, inevidens ac inadæquatum adsumunt, sed et simul *μετάβασις ἐς ἀλλὰ γένος* committunt, dum jus naturæ non ex ipsa natura, sed ex gentium traditione, derivare conantur: ita 23) iisdem vitiis laborare jus naturæ et gentium Hebræorum, quod ex præceptis Noachi vel promanare, vel probari posse existimant, jam supra, quantum satis est, ostendimus. (§. XVI.)

§. LXXIII.

Quid porro 24) dicamus de tota illa Tho. Hobbesii philosophia, quam tum in libello de cive, tum in Leviathane, quem vocat, proposuit? Dum enim vir ille doctus in statu naturali jus omnium in omnes esse docuit, nec veram posuit propositionem, nec evidentem, nec *adequatam*, quum officia erga Deum, et seipsum inde deduci nullo modo possint. Immo hoc ipso, dum se jus naturæ hoc modo explicaturum promittit, illud plane sustulit evertitque, ceu ostendit celeb. Henr. Coccei. *Diss. de jur. omn. in omnes.* Ex quo simul patet, 25) quid statuendum sit de altero principio, quærendam esse pacem externam, si haberi possit, sin id minus fieri possit, belli circumspicienda esse auxilia. Nam et hic, veluti sub sipario, latitare Hobbesium, nemo non intellit. *)

*) In primis vel maxime inevidens est hoc principium. Quid enim sibi vult illa limitatio: *Si haberi possit?* Quam facile ea, quocumque modo explicata, abutentur homines litigiosi, seque pace, invito altero, frui non potuisse conquerentur? exemplo lupi, qui sibi turbatam ab agno aquam, caussabatur. Phædr. *Fab. I. 1.* Vere nescio quis cecinit:

Sic nocet innocuo nocuus, causamque nocendi invenit. Heu regnant qualibet arte lupi.
Observavit hoc illius principii vitium jam celeberrimus Thomas, in *Fundam. jur. nat. et gent. I. 6. 18.*

§. LXXIV.

Nec in septem Noachi præceptis.

Nec in jure omnium in omnia, vel studio pacis externæ.

velamine

®

§. LXXIV.

Magna *veritatis* pietatisque specie blanditur 26)
 principium VAL. ALBERTI, theologi et philosophi Lip-
 siensis de statu integritatis : quamvis ne id quidem ve-
 ritatis esse, jam alii ostenderint. Pufend. *Specim. controu.*
IV. 12. et Thomas. *Jurisp. divin. IV. 40. sequ.* Sed si vel
 maxime largiamur, vere juris naturæ esse quæ statui
 illi primæ integritatis conveniunt : quam *inevidens*
 non modo paganis, sed et ipsis Christianis, hoc sit
 principium, nemo non intelligit. Denique quum ex illo
 principio explicari nequeat, quæ sint jura civitatis,
 belli, contractuum, similiaque plurima, quibus fortas-
 sis in statu illo felicissimo vix locus fuisset : quis *adæ-*
quatum esse hoc principium dixerit ? *

*) Quam pauca enim sint, quæ sacræ litteræ de imagine Dei
 statuque integritatis inculcant, res ipsæ docet. De iis quoque,
 quæ nobis de eo statu revelata sunt, ipsi Christiani, ex quo
 in sectas discesserunt, quam maxime inter se dissentiunt.
 Quid dicamus de Judæis ? quid de paganis ipsis priscis ac ho-
 diernis ? Servarant illi fabulam de sæculo aureo, quam qui-
 dam ex traditione de statu paradisiaco natam existimant. Hi
 aliis commentis, quæ doctrinæ Christianæ de imagine Dei
 quodammodo similia sunt, delectantur, de quibus eudite
 suo more disserit Petr. Dan. Huet. *Quest. Aletan. II. 11. p.*
172. Sed quum hæc omnia non parum inter se discrepent:
 sane nec Christianus Judæo, vel pagano, nec hi Christiano
 ulli persuadebunt, esse hoc vel illud juris naturæ, quod ipsi
 ex traditionibus, vel revelationibus suis de statu integritatis,
 vel paradisiaco derivarunt. Opus ergo est principio Christia-
 nis cum Judæis, et paganis communi, quod non aliud pro-
 fecto esse potest, quam quæ omnes mortales præditos esse
 novimus, recta ratio.

§. LXXV.

Mirifice non modo GROTIUS et PUFENDORFFIO, sed
 et veteribus plerisque, *) placuit principium sociali-
 tatis. Nec negari potest, quod infra ex instituto de-
 monstrabimus, homines jam ita esse comparatos, ut
 eos vivere oporteat socialiter. At 27) falsum tamen
 est,

est, esse hoc totius juris naturæ principium, *verum*
evidens atque *adæquatum*. Qua in re demonstranda quum
 otium nobis jam fecerit vir illustrissimus atque excel-
 lentissimus SAM. DE COCCHEIS de *princ. jur. nat. diss. I.*
quest. II. §. IX. sequ. id unum addimus, officia erga
 Deum, et nos ipsos pleraque locum esse habitura, si vel
 maxime homo solus, et extra omnem societatem huma-
 nam, in hoc terrarum orbe viveret.

*) Societatis custodiam, tamquam verum justitiæ fontem, ju-
 risque naturalis principium jam olim laudarunt Cicero de
Legib. I. 5. de Offic. I. 16. sequ. Seneca de *Benefic. IV. 18.*
 Jamblich: in *Protrept. Cap. XX.* et alii, quorum testimonia
 accumularunt Pufend. de *jure nat. et gent. II. 3. 15.* et Io.
 Henr. Boecler. in *Grot. prolegom. pag. 48. sequ.* Quamvis
 vero in hoc principium et olim, et nostra memoria plures
 consenserint; inter eos tamen parum convenire animadverti-
 mus de ratione, cur ad societatis custodiam obstricti sint
 homines, aliis homines natura ducē ad illam ferri, aliis
 jussu Dei O. M. illam colendam esse, aliis denique ipsam
 necessitatem homines ad vitam sociale compellere sta-
 tuentibus.

§. LXXVI.

Sunt et alia, quæ alii jactant, juris naturalis prin-
 cipia veluti 28) ordo naturalis, quem creator in con-
 dendo hoc terrarum orbe intendit, 29) utilitas humani
 generis, 30) theocratia moralis, et similia. * Sed ne
 illa quidem vel evidentia, vel adæquata esse, inter om-
 nes constat. Quin in his quædam, non nisi adhibita cau-
 tione, tamquam vera admitti posse, nemo temere ne-
 gaverit.

*) Ordinem illum naturæ post Sfort. Pallavicinum verum a-
 genuinum juris naturalis principium esse docuit Henr. Bo-
 din in *Diss. de jure mundi*, edita primum Rinthel. anno
 MDCXC. recusa Halæ MDCXCVIII. sed ex instituto rec-
 futata à Cel. Thomasio de *fundam. definiendi caus. matr. hact.*
recept. insufficient. §. XVIII. sequ. Utilitatem humani generis
 pro juris naturæ principio habuerunt tum celeberrimus Leib-
 nitius, tum omnes, qui cum laudatissimo Thomasio com-
 mendarunt propositionem fundamentalem : Facienda esse
 omnia, quæ vitam hominis reddant, et maxime diuturnam,
 et felicissimam, et evitanda ea, quæ vitam reddant infeli-
 cem,

Nec in
 ordine
 naturæ,
 simili-
 busque
 hypothe-
 sis.

®

cem, et mortem accelerent. Thomas. *Fund. jur. nat. et gent.* I. 6. 21. Theocratiam quamdam moralem singulari dissertatione, Ultrai. MDCXCVII. edita, pro fundamento juris naturæ habuit Jo. Shute, Anglus, ex qua dissertatione, satis ingeniosa, quædam excerpit illustrissimus SAM. DE COCCEI. *de princip. jur. nat. et gent. diss. I. quest. III. §. VIII.*

§. LXXVII.

Ut ergo, quid nobis, rem omnem paulo accuratius expendentibus, in mentem venerit, perspicue ostendamus: primo omnium observamus, 31) Deum, tamquam ens infinitæ sapientiæ ac bonitatis, nihil aliud velle, quam ut homines, quos condidit, vere felices sint ac beatissimi. Quum enim ipse tanquam ens perfectissimum nulla re indigeat: homines, qui soli ex rebus creatis, nobis notis, felicitatis capaces sunt, non suæ felicitatis causa condidit, sed, ut eos veræ felicitatis participes redderet. *)

*) Non quidem excludimus finem primarium, gloriam ipsius creatoris, suarumque perfectionum, quæ ex tot rebus quam sapientissime conditis clarissime elucet, manifestationem. Sed iste quidem finis est generalis, et ad totum hoc universum pertinet. Cel. Wolff. *von den Absichten der Dinge. Cap. I. §. II. Cap. II. §. I.* Speciatim hominem ad quem finem condiderit Deus, ex partibus essentialibus, quas ei dedit, est judicandum. Quemadmodum ergo intellectum accepit, ut Deum, naturam, omneque verum bonum cognosceret, voluntatem, ut Deo veroque bono frueretur, corpus, ut varias actiones quæ ad acquirendam conservandamque veram felicitatem pertinent, ederet: ita exinde manifesto patet, hominem ideo condidisse Deum, ut veram cum eo felicitatem communicaret.

§. LXXVIII.

Quum ergo hæc Dei voluntas sit, ut homines quos condidit, vere felices ac beatissimi sint, (§. LXXVII.) Ad eam voluntas vero Dei sit norma actionum humanarum liberarum, adeoque fons juris naturæ ac justitiæ: (§. LXII.) consequens est, 32) ut quum humani legislatores, tamquam variarum rerum indigebant, in ferendis legibus, non minus suam, quam civium suarum, utilitatem ob oculos habeant: Deus contra leges naturæ homi-

minum causa condiderit, nec 33) iis quidquam intenderit aliud, quam ut homines vera felicitate perfruerentur. *)

*) Non vero ideo cum Carneade aliisque (§. LXXVI.) *solum utilitatem, justi prope matrem, et aequi esse* contendimus. Ita enim jus naturæ, ex sola utilitate natum, non esset obligatorium, quippe cui unusquisque, vel saltem totum humanum genus, jure renunciaret, ceu præclare docuit vir laudatissimus, Sam. de Cocceis *diss. I. quest. II. §. IX. sequ.* Sed quidquid veræ nostræ felicitatis causa secundum jus naturæ agimus, id omne agimus volente ac jubente Deo, adeoque ex obligatione, non modo interna, sed et externa, ac proinde tantum abest, ut renunciare quisquam suæ utilitati possit, ut potius non minus poenam mereatur, qui legem suo bono conditam violat, quam qui in republica contra legem omnium singulorumque civium bono latum, vel in ejus fraudem aliquid facit.

§. LXXIX.

Si ergo veram hominis felicitatem intendit Dei voluntas, ad eamque consequendam jus naturæ comparatum est, (§. LXXVIII.) vera vero felicitas in fruitione boni, malique absentia consistit: (*Elem. philos. mor. §. CXXXVIII.*) consequens est, 34) ut et lege naturæ id intendat summum numen, ut vero bono perfruamur, ne amalumque evitemus. Quandoquidem vero bono perfrui rem non possumus, nisi per AMOREM: (*Philos. mor. §. CXCVII.*) inde porro inferimus, 35) Deum nos obligare ad AMOREM, eumque 36) et principium juris naturæ, et 37) ejusdem veluti compendium esse. *)

Ad §. 79. Deum nos obligare ad amorem, eumque, et principium juris naturæ. Nimis genericum esse etiam hoc juris principium, cum amor bonus, et malus esse possit, et aliis præterea vitiis laborare ostendimus infra not. ad §. 94. nec ullatenus probari posse nisi sub triplici relatione erga Deum, erga alios, et erga se, uti amoris officia postea dividit Heineccius. §. 90.

conclusio.

N. est amor.

R

ita Bernardi.

*) En mirificum legis Divinæ reuelatæ ac naturalis conceptum. §. XVI. 29.) Illius summam servator his paucis comprehendit : *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente, et cogitatione tua : et proximum tuum sicut teipsum : Matth. XXII. 37. Luc. X. 27.* additque in *novis duobus utrovisque illis dicitur aguntur. Ab istis duobus præceptis tota lex pendet. Quemadmodum, et Apostoli amorem alibi vocant ἀγαπήματα τῆς νόμου, summam legis, nec non ἀγάπη νόμου, legis impletionem, Rom. XIII. 9. 10. alibi οὐδὲν μὴ ἀγαπήσασθαι, vinculum perfectionis, Col. III. 14. illi τὸ τέλος τῆς ἀγαπήσεως, finem præcepti. 1. Tim. I. 5. Idem ergo verã ratio docet, non aliud inculcans juris naturæ principium, quam amorem, quippe quo solo medio, felicitate seu vero bono, quod Deus lege sua intendit, perfruemur. Unde et Leibnit. *præf. Tom. I. Cod. jur. gent. dipl. præmissa P. X. si numeres, justitiam caritatem sapientis definit.**

§. LXXX.

AMOR nobis est appetitio boni, cum percepta ex ejus perfectione, et felicitate delectatione conjuncta: *Quid amor et odium?* ODIUM aversatio mali, cum præcepta ex ejus infelicitate voluptate conjuncta. Itaque, 38) quod amamus, ex ejus præstantia et felicitate voluptatem capimus, eamque, quantum in nobis est, amplificare vel conservare connitimur. 39) Quod contra odio prosequimur, id infelicissimum potius, quam felix ac beatum, esse cupimus.

§. LXXXI.

Quum ergo quod amamus, ex ejus præstantia felicitateque voluptatem capiamus: (§. LXXX. 38) per se patet, 40) amantem nihil ægre facere velle ei, quod amat: immo potius 41) dolorem inde concipere, si quis alius tale quid audeat. Quia enim qui ægre alicui facit, vel id fieri æquo animo patitur, voluptatem ex alterius infelicitate capit; voluptatem vero ex alterius infelicitate capere idem est, ac odisse, (§. LXXX.) denique simul amare, simul odisse, contradictionem involvunt, adeoque una consistere non possunt: (*Elem. phil. rat. §. LXXI.*) consequens est, ut et consistere non possint amare aliquid, et eidem ægre facere, vel ut id fiat, æquo animo pati.

§. LXXXII.

§. LXXXII.

Ægre alteri fit dupliciter, vel aliquid, quod eum infeliciorum, quam natura est, reddit, faciendo: vel felicitatem, quam jam habet, eidem intervertendo. Jam quum facientes aliquid, quod alterum reddit infeliciorum, quam natura est, sit LÆDERE; intervertere alteri aliquid, quod jam sibi juste acquisivit, et ad ejus felicitatem pertinet, SUUM ALICUI AUFERRE vel DENEGARE: sequitur, 42) ut is quam maxime contra legem amoris peccet, qui alterum lædit, quodque ejus est, aufert, intervertit, ac denegat; 43) ut contra infimus sit amoris gradus neminem lædere, et suum cuique vel tribuere, quod debetur, vel quod jam habet, relinquere: quem *) amoris gradum nos quidem vocamus AMOREM JUSTITIÆ.

*) Animadvertit hoc Seneca dum *Epist. XCV.* ait: *Quantulum est, ei NON NOCERE cui debeat prodesse?* Qui alteri non nocet, tantum non sceleratus est, nondum autem eo justitiæ genere legi amoris satisfacit, quæ, ut et proximus aliis, jubet, adeoque de virtute gloriari non potest. Unde et illustris Leibnit. *in præf. Cod. jur. gent. diplom. p. VII.* tres statuit juris naturæ gradus: *jus strictum*, quod neminem lædere, *aquitatem*, vel *caritatem*, quæ suum cuique tribuere, et *pietatem*, quæ omnem honestatem servare jubeat. At in gradu secundo ab eo discessionem facimus, quia et is suum cuique tribuit, qui alteri, quod jure stricto debetur, tribuit, adeoque illud suum cuique tribuere non ad solam justitiã distributivã referendum videtur.

§. LXXXIII.

Deinde ex eo, quod amans ex alterius felicitate voluptatem capit, (§. LXXX.) consequitur, 44) ut ei, quem amat, et illud libenter tribuat, quod jure stricto non debet, et tamen ad ejus felicitatem pertinere animadvertit, isque multo sublimior sit amoris gradus, quem nos AMOREM HUMANITATIS ET BENEFICENTIÆ appellamus. *) Quum vero facultatem discernendi ea, quæ ad nostram aliorumque felicitatem pertinent, SAPIENTIAM vocemus: facile patet, 45) hunc amorem humani-

centiæ nitatis ac beneficentiæ directricem veluti habere debere
voca- sapientiam.
mus.

*) Et ita quidem differunt HUMANITAS et BENEFICENTIA, quod ex illa aliquid sine detrimento nostro tribuamus alteri, quod ei profuturum animadvertimus; hæc nos subigat, ut ne nostris quidem rebus parcamus, ut utilitatem adferamus alteri, adeoque et cum detrimento nostro alteri prodesse studeamus. De priori Cicero *de Offic. I. 16.* *Omnia communia hominum videntur ea, quæ sunt generis ejus, quod, ab Ennio positum in una re, transferri in multas potest.*

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:

Nihilominus ipsi luceat, quem illi accenderit.

Una ex re satis præcipit, ut, quidquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur velignato. Ex quo sunt illa communia: pati ab igne ignem capere, si qui velit: concilium fidei deliberanti dare, quæ sunt iis utilia, qui accipiunt, danti non molesta. De posteriore Seneca totum librum composuit, quem de beneficiis inscripsit.

§. LXXXIV.

Ceterum quum, qui AMOREM JUSTITIÆ alteri negat, sit sceleratus, contra, qui negat AMOREM HUMANITATIS, et BENEFICENTIÆ tantum virtutes non præstet, (§. LXXXII. *) ad virtutem vero cogi nemo possit, quum contra scelera pœnis coerceri omnino oporteat: (§. IX. *) facile patet, 46) ad AMOREM JUSTITIÆ homines cogi posse, non autem 47) ad AMOREM HUMANITATIS ac BENEFICENTIÆ. Quandoquidem vero obligatio, cum coactione conjuncta, PERFECTA; coactionis experta IMPERFECTA vocetur: (§. IX. *) merito inde colligas, 48) ad amorem justitiæ perfectæ; ad amorem humanitatis et beneficentiæ imperfecte tantum nos esse obligatos.

*) Qui obligationi perfectæ satisfaciunt, ad legem boni esse dicuntur Senecæ. Id vero exiguum quid esse docet alibi: à sapiente vero multo plus exigi, nempe ut amorem beneficentiæ ostendat, etiam ubi sese nihil jure stricto debere noverit. *Multa, inquit, legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humane, lege omni valentior, dat aditum. Nulla lex jubet amicorum secreta non eloqui: nulla lex fidem etiam inimico præstare. Quæ lex ad id præstandum nos, quod alicui promissimus, alligat? Quærat tamen tum eo, qui arcantum sermo-*

nem non continerit, et fidem datam, nec servatam, indignabor.
Sen. de benef. V. 21.

§. LXXXV.

Quum porro AMOR semper adpetat bonum, (§. LXXX. *) id vero, quod tamquam bonum amplectimur, vel sit ens perfectius, vel nobis æquale, vel denique inferiorius ac minus præstans: primi generis amorem DEVOTIONIS, vel OBEDIENTIÆ, secundi AMICITIÆ, tertii BENEVOLENTIÆ VOCAMUS. (*Elem. phil. mor. §. CC.*)

Amor quomodo ratione obiecti differat?

§. LXXXVI.

AMOR DEVOTIONIS, vel OBEDIENTIÆ est amor entis præstantioris perfectiorisque, cujus præstantia ac felicitate ita delectamur, ut illud ideo omni veneratione atque obsequio prosequendum censeamus. AMOR AMICITIÆ amor entis nobis æqualis, cujus felicitate æque ac nostra delectamur. AMOR denique BENEVOLENTIÆ amor entis inferioris atque imperfectioris, cujus felicitate ita delectamur, ut illam servare, et quantum in ens istud cadit, amplificare studeamus.

Quid amor devotionis vel obedientiæ, amicitia et benevolentia?

§. LXXXVII.

Ex quibus definitionibus colligimus, 49) non posse nos aliquid amore devotionis vel obedientiæ prosequi, nisi cujus de majore perfectione et superioritate convicti simus. 50) Nec amorem hunc locum habiturum, nisi ens, quod illo amplectimur, ita comparatum sit, ut amari à nobis velit. 51) Eum amorem semper cum ea veneratione atque obedientia, quæ ente illo ejusque perfectionibus digna sit, conjunctum esse debere. *)

Amoris devotionis et obedientia indoles.

*) Est enim VENERATIO vel HONOR justa perfectionum, quæ alteri insunt, æstimatio; OBEDIENTIA, proclivitas mentis ad ea omnia, quæ alter tamquam superior à nobis jure exgere potest, facienda, et quæ fieri vetat, omittenda. Quum ergo et perfectionum, et superioritatis gradus quamplurimi sint; etiam venerationis atque obedientia

dientiz totidem gradus esse, et, quo major est entis perfectio ac sublimitas, eo majorem ei venerationem ac obedientiam exhiberi oportere, facile patet.

§. LXXXVIII.

Itemque amoris a micitia.

Præterea inde patet, 52) amorem amicitia ex æqualitate nasci. Æqualitas est vel NATURÆ, vel PERFECTIUM. Hinc, illa quidem posita, 53) æqualia etiam amoris officia debentur: ac proinde 54) inter omnes natura æquales obrinere debent regulæ incomparabiles, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: nec non 55) Quod vis tibi ab alio fieri, id alii feceris, Matth. VII. 12. Luc. VI. 31. Tob. IV. 16. quorum prior amoris justitiæ, posterior humanitatis ac beneficentiæ verum, ac genuinum fundamentum est. Quia tamen, si vel maxime æqualis subjecti amantis, et amati natura sit, alterutrum tamen vel perfectius, vel imperfectius esse solet: 56) fieri potest, ut hominem, tamquam nobis natura æqualem, amore amicitia, simulque, tamquam perfectiorem imperfectioremve, amore vel devotio- nis et obedientia, vel benevolentia prosequi teneamur. *)

*) Sic quamvis princeps, tamquam superior, venerationem atque obedientiam a nobis jure exigat: id tamen non prohibet, quo minus nobis officia, quæ ex æqualitate nature promanant, debeat, e. g. ut ne quem nostrum injuria occidat, nec illi damnum det injuria, nec contumelia nihil tale meritum adficiat, denique ut id præstet, quod in Trajano laudat Plin. Paneg. Cap. II. ut non minus hominem se, quam hominibus præesse, meminerit.

§. LXXIX.

Nec non amoris benevolentia.

Denique quum amor benevolentia entis imperfectioris felicitatem, quanta in illud cadit, servare atque amplificare studeat: (§. LXXXVI.) consequens est, 57) ut nec ens inferius, illumve, cui in illud jus est, lædere, aut jus ei denegare debeamus: 58) Ut illi benefacere teneamur, sed adhibita prudentia: adeoque 59) profusio, et quidquid potius, quam liberalitas et beneficentia, existimanda sit, cui ratio non constat.

§. XC.

Jam si entia, quæ nos circumstant, omnia paulo accuratius consideremus: non nisi tria reperimus, qui- bus amoris quædam officia præstare possimus, DEUM, jus amorum omnium conditorem, NOS IPSOS, qui nobis sane ris obsumus proximi, ac denique ALIOS HOMINES, quos no- bis natura æquales esse, animadvertimus. Quod enim ad spiritus, veluti angelos, attinet, eorum naturam ratio sola non ita perspectam habet, ut iis certa a nobis officia deberi, intelligat. Brutis vero cum hominibus nulla est juris communio, *) adeoque ipsis nihil officii; sed Deo tantum, eorum conditori, id debemus, ne rebus ab eo creatis perverse utamur. Pufend. de Jure nat. et gent. IV. 3. 6.

optime!

*) Illam enim juris communionem, ceu infra patebit, ex pacto esse oporteret. At obligationis ex pacto tum activæ, tum passivæ, bruta prorsus incapacia sunt. Nec suffragari possunt Pythagoreis, et Porphyrio in libris περί ἀνοχῆς, qui non solum sensum, et memoriam, sed et mentem ratione præditam brutis tribuebant. Quatenus tamen homines adfectum quemdam in brutis animadvertunt, catenus illis amorem quemdam benevolentia reddunt, ut nec facultate sua in illis occidendis abutantur, et commodiore eorum vita delectentur, ceu exemplo catellorum domesticorum deprehendimus. Eleganter Plutarch. in Catone maj. p. 339. καὶ τοὺς χυρὰς τῶν δεινῶν πλάττειν τὸν ὄγκον ἰσχυρὰς. Νόμα μὲν γὰρ καὶ τὸ δεινὸν πρὸς ἀνθρώπου μίσην χυρὰς ἀπολαύειν πρὸς ἰσχυροὺς δὲ καὶ χυρὰς, ἴσιν δὲ καὶ μίσην τῶν ἀχίρων ἴσων. ἀσπὴ γὰρ ἐν πυρὶ πύσσει ἀπορροῦ τῆς ἡμετέρας, καὶ γὰρ ἰσχυρὰ ἀπορροῦν ὑπὸ πύρ, τρεφεῖ, καὶ ὑπὸν ἐν στυγνῶν μίσην, ἀλλὰ καὶ χυρὰ καὶ τὸ χυρὰ ἀπορροῦν. Alqui benignitati videmus, quam justitiæ, latiore patere campum. Lege enim justitiæ ut erga solos homines valeamus: beneficentiam et merita porrigimus nannumquam, et ad bruta animantia, quippe emanante, velut ex largo fonte, mansuetudine. Pertinent namque, equorum labore confectorum alimentum, et canum non incunabula modo, sed et senectutis cura admit in hominem.

§. XCI.

Axioma primum de amore erga Deum.

Quum vero DEUM optimum maximum aliter concipere non possimus, quam tamquam ens perfectissimum, a quo omnis nostra pendet, et existentia et conservatio, cujusque de perfectione et superioritate, immo et de voluntate, ut a nobis ametur, convicti sumus: (§. LXXXVII. sequitur 60) ut ei debeamus amorem DEVOTIONIS et OBEDIENTIAE: qui quum dignus ente perfectissimo esse debeat, 61) primum se nobis sua sponte offert AXIOMA, DEUS, TAMQUAM ENS PERFECTISSIMUM, ET A QUO TOTI PENDEMUS, OMNIBUS ANIMI VIRIBUS *) COLENDUS, EIQUE PERFECTISSIMUM AC INTERNUM QUOQUE OBSEQUIUM PRÆSTANDUM EST.

*) Quum enim venerationem, qua ens superius prosequimur, dignam illo esse oporteat: (§. LXXXVII.) non possumus non colligere, enti perfectissimo deberi venerationem summam. Quumque Deus non modo actiones externas, sed et ipsum animum nostrum, perfectissimum habeat: ei nos non externa tantum venerationis signa, verum etiam animum venerandum, præstare debere, satis patet. Et hic quidem est cultus ille vel amor, quem sacrae litteræ exigunt, *in ἑαυτῷ κατέλιξα ἑμῶν, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔδωκα ἑμῶν, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐδίδαξα ἑμῶν, ἐκ τοῦ cordis nostro, ἐκ τῆς ἀνίμης nostræ, et ἐκ τῆς ἑαυτῷ ἡμῶν, ex omni- bus viribus nostris.*

§. XCII.

NOSTRUM IPSORUM amor non potest aliter esse comparatus, quam ut perfectione ac felicitate nostra delectemur. (§. LXXX.) Hinc ergo 62) ad perfectionem felicitatemque consequendam, et pro virili conservandam amplificandamque, obligamur. At quum quo ens est perfectius, eo majorem illi honorem atque obedientiam debeamus: (§. LXXXVII. *) 63) cavendum est, ne nos ipsos magis, quam Deum, amemus, atque ita in *φιλαυτία* pravam degeneret amor iste nostri immodicus. Ex quo 64) alterum fuit axioma: HOMO NIHIL EORUM, QUÆ AD PERFECTIONEM FELICITATEMQUE ADSEQUENDAM, CONSERVANDAM, AMPLIFICANDAMQUE PERTINENT, PRÆTERMITTERE TENETUR, *) DUM ID SINE AMO-



AMORIS DIVINI VIOLATIONE FIERI POSSIT.

*) Nam Deus hominem obligat ad boni fructum: (§. LXXIX.) adeoque ad felicitatem adipiscendam, conservandam, amplificandamque. Quum vero aliquando plura ei bona represententur, quorum unum altero præstantius est, (*Elem. phil. mor. §. CXLIX. sequ.*) bonumque minus, quod nos fructione majoris boni privat, pro malo habendum sit: (*Ibid. §. CLII. 12.*) nemo non videt, Deum nos obligasse ad id, quod ex bonis pluribus sit optimum, eligendum.

§. XCIII.

Quandoquidem porro homines omnes nobis naturæ æquales sunt, illa vero naturæ æqualitas æqualia etiam amoris officia exigit: (§. LXXXVIII. 53) consequens est, ut alterius felicitate non minus quidem, at non magis, quam nostra, delectari, adeoque 66) eum perire erga de, ac nos ipsos; 67) nos ipsos vero non minus, quam proximum amare teneamur. Unde 68) tertium axioma: HOMO HOMINEM NON MINUS, QUAM SEIPSUM TENETUR AMARE, NEC ALTERI, QUOD SIBI FIERI NON VULT, FACERE, CONTRA ILLI FACERE OMNIA, QUÆ SIBI AB ALTERO FIERI CUPIT.

Ad æqualem amorem nullo jure naturæ adigimur. Thom.

§. XCIV.

Ceterum genuinum hoc esse juris naturalis principium,

Ad §. 94.

Ceterum genuinum hoc esse juris naturalis principium. Rectius fecisset Heineccius si pro amore generali, subtriplici insuper amore, sive relatione ad Deum, erga alios, et erga se ipsum, fundamenta juris posuisset. Amor enim generalis nimium late patet, bonus, et malus esse potest, vacillat insuper ratiocinium Heinecci, nam si ad amorem obligamus, quia bono frui nisi per amorem nequimus, similiter sumi poterat: Deus nos obligat ad parandum nobis congruum victum labore, at laborare non possumus sine manibus; igitur Deus nos obligat ad habendas manus, et aliis præ-



pium, comparatis, quæ supra præmisimus, principii cognoscendi requisitis, facile præstabimus. Nihil enim illo potest esse *verius*, quum ex ipsa voluntatis divinæ, naturæque humanæ indole fluat, et, quo ego magnopere delector, in ipsis sacris litteris præsidium reperiat. Nihil *evidentius*, quum omnes, quæ illud ingrediuntur, notiones ita sint comparatæ, ut ex sola recta ratione etiam ab homine litterarum rudi, immo et à pagano, cognosci facillime possint. Nihil denique magis *adæquatum*, quum re ipsa nos paulo post demonstraturos putemus, nullum esse vel hominis, vel civis, officium, quod non ex his principiis, tamquam ex uberrimo limpidoque fonte, promanet.

CAPUT IV.

De Adplicatione hujus normæ ad actiones, et emergente inde harum differentia.

§. XCV.

Conne-
xio.

Visa jam actionum humanarum liberarum indole, visa itidem norma, ad quam illæ exigendæ sint: proximum est, ut de **ADPLICATIONE HUIUS NORMÆ AD ACTIONES** humanas, et liberas quædam adjiciamus.

terea vitiis laborat hoc genuinum juris principium, ut evincit Joann. Franc. Finetti de princ. jur. nat. lib. 7. c. 7. Deinde necesse omnino non est, immo parum expedit, unum in hac disciplina statuere officiorum omnium fontem, quia illud in scientiis maximi momenti est, ut omnia earum effata certo, evidentique demonstrantur, sive id uno veluti filo deductis rationibus fiat, sive à diversis principiis, modo indubia, et certa sint, apteque ex iis naturalia hominum officia erui, ac definiri queant, uti in aliis disciplinis usu venit. Interim tamen à plerisque probatur ratio perscrutandi naturæ leges ex hoc triplici amore vv. Almici cap. 3. fin. Concina Diss. 2. c. 13. n. 10. ubi ita præcepta naturalia dispertitur, et Finetti l. c.

mus. Adplicatio legis ad factum dicitur **IMPUTATIO**, ac proinde de imputatione potissimum hoc capite erit deserendum.

§. XCVI.

Quum ergo **IMPUTATIO** sit adplicatio legis ad factum, (§. LXXXV.) ea vero non aliter fieri possit, quam lege et facto, id est, duabus propositionibus, per syllogismum, inter se et cum tertia comparatis: consequens est, 1) **UT IMPUTATIO** sit syllogismus vel ratiocinatio, cujus majorem propositionem **LEX**; minorem **ACTIO**; conclusionem **SENTENTIA** absolvit. *)

*) **IMPUTARE** proprie est aliquid in alterius rationes, vel expensi tabulas referre. Sen. *Epist. VIII. Hoc non imputo in solutum de tuo tibi.* Quemadmodum ergo hoc fit, comparatis inter se acceptis, et in rem alicujus expensis: ita postea commodissimum visum est hoc vocabulum ad exprimendam illam legis ad facta adplicationem, quæ itidem fit, instituta hujusmodi comparatione. Sic quum apud Livium I. 28. sororem occidisset Horatius, et quaestio oriretur, an lex de perduellione, ut ejus rei colligatis manibus velatoque capite vel intra pomerium, vel extra pomerium verberati, ex arbore infelici suspenderentur, ad atrocius illud ferocis juvenis factum sit adplicanda? Duumviri judicandæ perduellioni à Tullio Hostilio rege constituti, legem illam ad factum Horatii pertinere judicabant. Unde alter ex his: P. Horati, inquit, tibi perduellionem judico. I, lictor, colliga manus. Provocante vero Horatio, ejusque patrocinium ipso patre suscipiente, populus reum absolvit. Duumviri itaque ita ratiocinabantur: Qui hominem sciens dolo malo obtruncat, is, tamquam perduellius, colligatis manibus, velatoque capite verberandus, et ex arbore infelice suspendendus est. En **LEGEM**! P. Horatius, sororem gladio transfigens, hominem sciens, dolo malo, obtruncavit. En **FACTUM**! Est ergo tamquam perduellius, colligatis manibus, velato capite verberandus, et ex arbore infelice suspendendus. En **SENTENTIAM**! At aliter rationes subducebat populus. Is enim, quum sororem illam, Curiatii sponsi eadem flebiliter lugentem, hostilem animum erga patriam ostendisse existimaret: absolvens Horatium ita ratiocinabatur: Qui hostem patriæ occidit, ab eo, tamquam à perduelle, non est sumendum supplicium. En **LEGEM**! P. Horatius sororem occidit, hostem patriæ occidit. En **FACTUM**! Ab eo ergo, tamquam à perduelle supplicium non est sumendum.

ratio fit per
compara-
rationem
legis et fac-
ti, adeo-
que per
ratiocina-
tionem.

*elepacio, q'hai om-
ne la mura alla y
las casas de la ciu-
dad.*

En

pium, comparatis, quæ supra præmisimus, principii cognoscendi requisitis, facile præstabimus. Nihil enim illo potest esse *verius*, quum ex ipsa voluntatis divinæ, naturæque humanæ indole fluat, et, quo ego magnopere delector, in ipsis sacris litteris præsidium reperiat. Nihil *evidentius*, quum omnes, quæ illud ingrediuntur, notiones ita sint comparatæ, ut ex sola recta ratione etiam ab homine litterarum rudi, immo et à pagano, cognosci facillime possint. Nihil denique magis *adæquatum*, quum reipsa nos paulo post demonstraturos putemus, nullum esse vel hominis, vel civis, officium, quod non ex his principiis, tamquam ex uberrimo limpidoque fonte, promanet.

CAPUT IV.

De Adplicatione hujus normæ ad actiones, et emergente inde harum differentia.

§. XCV.

Conne-
xio.

Visa jam actionum humanarum liberarum indole, visa itidem norma, ad quam illæ exigendæ sint: proximum est, ut de **ADPLICATIONE HUIUS NORMÆ AD ACTIONES** humanas, et liberas quædam adjiciamus.

terea vitiis laborat hoc genuinum juris principium, ut evincit Joann. Franc. Finetti de princ. jur. nat. lib. 7. c. 7. Deinde necesse omnino non est, immo parum expedit, unum in hac disciplina statuere officiorum omnium fontem, quia illud in scientiis maximi momenti est, ut omnia earum effata certo, evidentique demonstrantur, sive id uno veluti filo deductis rationibus fiat, sive à diversis principiis, modo indubia, et certa sint, apteque ex iis naturalia hominum officia erui, ac definiri queant, uti in aliis disciplinis usu venit. Interim tamen à plerisque probatur ratio perscrutandi naturæ leges ex hoc triplici amore vv. Almici cap. 3. fin. Concina Diss. 2. c. 13. n. 10. ubi ita præcepta naturalia dispertitur, et Finetti l. c.

mus. Adplicatio legis ad factum dicitur **IMPUTATIO**, ac proinde de imputatione potissimum hoc capite erit deserendum.

§. XCVI.

Quum ergo **IMPUTATIO** sit adplicatio legis ad factum, (§. LXXXV.) ea vero non aliter fieri possit, quam lege et facto, id est, duabus propositionibus, per syllogismum, inter se et cum tertia comparatis: consequens est, 1) **UT IMPUTATIO** sit syllogismus vel ratiocinatio, cujus majorem propositionem **LEX**; minorem **ACTIO**; conclusionem **SENTENTIA** absolvit. *)

*) **IMPUTARE** proprie est aliquid in alterius rationes, vel expensi tabulas referre. Sen. *Epist. VIII. Hoc non imputo in solutum de tuo tibi.* Quemadmodum ergo hoc fit, comparatis inter se acceptis, et in rem alicujus expensis: ita postea commodissimum visum est hoc vocabulum ad exprimendam illam legis ad facta adplicationem, quæ itidem fit, instituta hujusmodi comparatione. Sic quum apud Livium I. 28. sororem occidisset Horatius, et quaestio oriretur, an lex de perduellione, ut ejus rei colligatis manibus velatoque capite vel intra pomerium, vel extra pomerium verberati, ex arbore infelici suspenderentur, ad atrocius illud ferocis juvenis factum sit adplicanda? Duumviri judicandæ perduellioni à Tullio Hostilio rege constituti, legem illam ad factum Horatii pertinere judicabant. Unde alter ex his: P. Horati, inquit, tibi perduellionem judico. I, lictor, colliga manus. Provocante vero Horatio, ejusque patrocinium ipso patre suscipiente, populus reum absolvit. Duumviri itaque ita ratiocinabantur: Qui hominem sciens dolo malo obruncat, is, tamquam perduellius, colligatis manibus, velatoque capite verberandus, et ex arbore infelice suspendendus est. En **LEGEM**! P. Horatius, sororem gladio transfigens, hominem sciens, dolo malo, obruncavit. En **FACTUM**! Est ergo tamquam perduellius, colligatis manibus, velato capite verberandus, et ex arbore infelice suspendendus. En **SENTENTIAM**! At aliter rationes subducebat populus. Is enim, quum sororem illam, Curiatii sponsi eadem flebiliter lugentem, hostilem animum erga patriam ostendisse existimaret: absolvens Horatium ita ratiocinabatur: Qui hostem patriæ occidit, ab eo, tamquam à perduelle, non est sumendum supplicium. En **LEGEM**! P. Horatius sororem occidit, hostem patriæ occidit. En **FACTUM**! Ab eo ergo, tamquam à perduelle supplicium non est sumendum.

ratio fit per
compara-
rationem
legis et fac-
ti, adeo-
que per
ratiocina-
tionem.

*elepacio, q'hai om-
ne la mura alla y
las casas de la ciu-
dad.*

En

En SENTENTIAM, et eam quidem obsoletioriam! Duum-
viri ergo factum illud *imputabant* P. Horatio; populus non
imputabat.

§. XCVII.

Quandoquidem vero idem supra de CONSCIENTIA ho-
minis observavimus, (§. XXXIV.) nec tamen hæc ea-
do differe- dem cum IMPUTATIONE est: 2) merito notamus disci-
rat à men, quod inter CONSCIENTIAM et IMPUTATIONEM in-
conscien- tercedit. Quemadmodum enim illa est ratiocinatio de
tia? justitia vel injustitia actionum *proprium*: ita hæc de
alienis ratiocinatur, legemque cum illis contendit. Prio-
re casu 3) ipse sibi quisque judex est; posteriore alius
de actionibus nostris judicat, easque cum lege conten-
dit. *)

*) Quum vero nec omnibus id officium incumbat, ut de alio-
rum actionibus judicent, et ea tamen sit naturæ humane
labes, ut plerique sibi facile ignoscant, nec de exploranda
propria conscientia admodum laborent, de aliorum vero
navis etiam levissimis illico urnam moveant: non mirum
est, istud tamquam iniquum et improbum reprehendi non
modo a Servatore, *Matth. VII. 1. Luc. VI. 37.* ejusque Apos-
tolo, *Rom. II. 1. XIV. 4. 1. Cor. IV. 5.* verum etiam ab ip-
sis scriptoribus profanis, qui solam rectam rationem du-
cem sequuntur. Hinc lepida illa fabulla de duabus peris,
quarum altera, propriis repleta vitiis, homini post tergum;
altera, alienis gravis, ante pectus suspensa sit, cui hanc
interpretationem subjunxit Phædrus *Fab. IV. 9. v. 4.*

Hac re videre nostra mala non possumus:

Alii simul delinquant, censores sumus.

Similia veterum loca quamplurima Isaac. Casaub. *ad Pers.*
p. 340. et viri docti ad Phædri illam fabellam collegerunt,
quorum scrinia expilare nolumus.

§. XCVIII.

Quemadmodum vero quælibet legis ad factum alie-
num applicatio IMPUTATIONIS nomine venit: (§. XCVII.)
quid in ita 4) perinde est, sive actio nostra cum lege divina,
foro vel sive cum humana comparetur, itemque 5) sive ipse
divino, Deus, sive homines, quorum ad officium id pertinet, le-
vel hu- gem facto applicent. Priorem imputationem vocabulo,
mano.

moralistis recepto, vocamus IMPUTATIONEM IN FORO DI-
VINO, posteriorem IMPUTATIONEM IN FORO HUMANO. In-
ter utramque vero 6) permagnum illud discrimen inter-
cedit, quod quum in hoc, cogitationis pœnam nemo
patiatur, *l. 18. D. de pœn.* Deus tamquam ens omni-
scium, et quod obsequium etiam internum jure suo exi-
git, (§. XCI.) et cogitationes legi adversas homini
jure imputet. *)

*) Viderunt hoc et veteres philosophi, qui Deum non modo
facta omnia hominum, sed et cujusvis cogitationes perspicere
docebant, veluti Thales Milesius, Socrates, Platonici,
Pythagoræ, et quicumque paulo sublimius de Deo philo-
sophabantur. Eorum testimonia collegit Huet. *in Quæst. Al-
netan. II. 2. 16. p. 111. sequ.* Hinc facile patet, quam ipsi
rectæ rationi consentanea sit interpretatio legis Mosaicæ,
quam dedit Servator noster *Matth. V. 22. 28.*

§. XCIX.

Quum porro lex, quæ factis hominum applicatur,
vel sub comminatione pœnæ, vel proposito præmio, Et tunc
aliquid præcipiat vel prohibeat: (§. LXIV.) inde me- declarã-
rito colligimus, 7) IMPUTARE idem esse, ac declara- tur, ho-
re effectum, quem lex actioni adsignat, huic actioni minem
competere. Effectus vero ille vocatur MERITUM, et Pœ- vel præ-
NA quidem, si effectus ille actioni à lege propositus mium,
malus; PRÆMIUM, si bonus sit. *) vel pœ-
nam me-

*) Præmia vero cum non debeat legislator, facile patet, ac-
tiones etiam justas in se non esse meritorias. Et huc perti-
net insignis Christi sententia: *Omnia si feceritis, dicite: ser-
vi inutiles sumus, quia, quod facere debuerimus, fecimus. Luc.
XVII. 10.* Si tamen præmia promittit legislator, quod fe-
cit Deus, dum leges naturæ non sui, sed hominum caus-
sa, transcripsit, eosque quam felicissimos esse voluit: (§.
LXXVIII. 32. 33.) tunc quidem meritum dici possunt
præmia ratione imputationis, non ratione legislatoris, qui
ex mera gratia illa proposuit.

§. C.

Definitio imputatio. Itaque IMPUTATIO est ratiocinatio, qua factum alienum omnesque ejus circumstantiæ cum lege sive divina, sive humana, comparantur, actionemque illam effectum, de tum, à lege propositum, sive bonum, sive malum, eaque a mereri, vel non mereri, declaratur. Ex qua definitione porro colligimus, 8) non posse ad liquidum perducere, sitne actio aliqua imputanda, nec ne, nisi et LEGEM, et ipsius FACTI CIRCUMSTANTIAS omnes, perspectas habeamus, adeoque 9) unam sæpe totam rem mutare.

§. CI.

Quum ergo LEGEM perspectam esse oporteat ei, qui de actionum imputatione recte judicare vel ratiocinationem cupit: (§. C. 8.) consequens est, 10) ut et certum eum esse oporteat, legem aliquam exstare, et 11) totam illam legem recte intelligere, adeoque 12) si verbis brevioribus, vel obscurioribus concepta sit, *) eam rite INTERPRETARI, id est, mentem legislatoris ex ejus verbis aliisque signis distincte repræsentare debeat.

*) Itaque interpretatio ad jus naturæ proprie non pertinet, sed ad leges positivas, sive divinas, sive humanas. Quum enim interpretatio juridica sit distincta mentis legislatoris ex ejus verbis aliisque signis repræsentatio, (§. CI. 12.) jus naturæ vero non verbis conceptum, sed per ipsam rectam rationem promulgatum sit: (§. XI. 16.) sequitur sane, ut ex verbis aliisque signis mens summi legislatoris erui non possit, adeoque nec interpretationem illud jus admittat. Ipsa se sine interprete satis intelligit recta ratio. Arian. Diss. E-pict. I. 1. p. 4. Ἡ ἀνομιὰ ἢ ἀνομία μὴ ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν νόμου ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ νόμον παρασκευασθέντος, τίς τὴ ἀνομία, καὶ τὴ ἀνομιὰς, καὶ τίς ἀνομία ἢ ἀνομιὰ καὶ τὰς ἀνάγκας. Sola facultas ratiocinatorix, ipsa semetipsam intelligens, adprehendit, quid ipsa sit, et quid possit, et quanti sit pretii, si se ceteris facultatibus adplicarit.

§. CII.

Ejus fun- Quandoquidem vero INTERPRES mentem legislatoris damenta ex ejus verbis, aliisque signis, distincte repræsentat: con-

consequens est, 13) ut et ad propriam, et translata[m] verborum significationem, et 14) ad eorundem *εὐρακὴν* seu nexum cum iis, quæ antecedunt vel consequuntur, et 15) ad ipsius rei naturam atque indolem, et denique vel maxime 16) ad legislatoris finem ac rationem, quæ illum ad ferendam legem impulit, attendendum sit, adeoque 17) illi et sapiant omnino, et mecum faciant, et Jove judicent æquo, qui rationem legis ejusdem animam esse profitentur. *) Vid. præfat. nostram ad Elem. Pandect.

*) Exemplum insigne, quo incredibilis hujus regulæ utilitas ostendi potest, ipse Servator noster dedit, dum reprehensus à Judæorum magistris, quod die sabbathi opera caritatis necessitatisque non intermitte[n]da putaret, verum ostendit fontem interpretandi legem de sabbatho, et hinc dixit: τὸ σάββατον διὰ τὸν ἀνθρώπον ἐγένετο, ὃχι ὁ ἀνθρώπος διὰ τὸ σάββατον. Sabbathum hominis causa, factum, non homo sabbathi causa. Marc. II. 27. Ex qua sane ratione legis manifesto ac prono veluti alveo fluit, omnia opera, quæ hominis veram tranquillitatem pietatemque eo die turbant, non autem quæ ad ejus felicitatem ac conservationem pertinent, esse prohibita. Tolle hanc legis rationem, unam atque adæquatam, et certissimum erit, in ipsis legis verbis nihil esse, ex quibus incomparabilem illam Christi doctrinam colligere potuisses.

§. CIII.

Quum porro ratio legis ejusdem veluti anima sit: (§. CII. 17) consequens est, 18) ut unica legis ratione prorsus et in universum cessante, etiam ipsam legem cessare oporteat: 19) Ut si ad certum casum illa non quadret, ob rationem legis iste à lege eximendus, idque fundamentum sit INTERPRETATIONIS RESTRICTIVÆ; ad quam et ÆQUITATEM, id est, facultatem correctricem ejus, in quo lex propter universalitatem deficit, recte retuleris. Grot. de Æquit. indulg. et facilit. Cap. I. n. 3. 20) Ut, si in casum aliquem verba non quadrant, ratio tamen legis illi adplicari omnino possit, inde emergat INTERPRETATIO EXTENSIVA: denique, ut, legis verbis ac ratione pari passu ambulantibus, INTERPRETATIONI tantum DECLARATIVÆ locus sit. *)

*)

*) Itā *restrictive* Christus interpretatur legem de sabbatho: extensive legem de adulterio et homicidio. *Matth. V.* Quod quum non facerent Pharisei, male de imputatione actionum ratiocinabantur. Hinc Apostolis spicas sabbatho vellentibus, et ipsi Servatori, sabbatho sananti, exprobrabant irreligiosum animum; eos vero, qui traditionibus Rabbinarum satisfaciebant, justos reputabant, si e. g. pocula diligenter eluerent, decimas penderent, stipem largirentur pauperibus, mediam sæpius ferrent, quamvis et aliis multo gravioribus peccatis sese polluerent, et id ipsum fastus causa facerent.

ALERE FLAMMAM VERITATIS §. CIV.

Interpretationis authenticæ, usualis et doctrinalis differentia.

Præterea prout legem interpretatur vel ipse legislator, vel *judex*, aliusque, cujus ad officium pertinet, legem facto adplicare, vel *jurisperitus*: 21) eatenus illa interpretatio vel *AUTHENTICA*, vel *USUALIS*, vel *DOCTRINALIS* adpellatur, ubi primæ fundamentum est *voluntas legislatoris*, alterius *usus forensis*, postremæ adplicatio regularum interpretationis, quales paulo ante (§. CII.) exposuimus. *)

*) Hujus quoque triplicis interpretationis exempla ipsæ sacræ litteræ suppeditant. Sic quum Deus *Num. XXVII. 7.* legem condidisset, ut, non superstate agnato, bona paterna ad filiam *ἡ ἀικληγοῦ* devolventur: ipse summus ille legislator legi suæ hoc postea adstruxit interpretando, ut filia ista *ἡ ἀικληγοῦ* tribu sua non enuberet. *Num. XXXVI. 5. 6.* Quod est exemplum interpretationis *authenticæ*, quæ sæpe pro nova lege est. *Usualis* exemplum habemus *Ruth. IV. 7.* ubi detractio calcei ejusque projectio, quamvis initio tantum ad leviratum pertineret, *Deut. XXV. 7.* usu forensi, et ad repudiationem hereditatis prolata dicitur, ubi erudita sunt, quæ de hoc usu forensi monuit Ant. Bynæus *de Calc. Hebr. Lib. II. Cap. VII.* Denique *doctrinalis* interpretationis exemplum dedit Esdras, de quo *Nebem. VIII. 13.*

§. CV.

Imputatur actio ejus auctori vel causæ.

Quumque et facti circumstantias omnes perspectas habere deceat eum, qui de facti imputatione Jove æquo judicare velit, (§. C. 8) præcipua vero circumstantia sit ipsa persona agens: merito inde colligimus, 22) ei, qui actionis alicujus auctor vel causa est, eam

actionem jure imputari, contra 23) cessare imputationem, si quid factum, cujus ipse faciens nec causa, nec auctor est, præterquam 24) quod aliquando et aliorum merita aliis imputantur: quam imputationem 25) vulgo ex *GRATIA* vocare, alterique *EX MERITO*, vel *DEBITO* opponere solent. *) Pufendorff. *de jure nat. et gent. I. 9. 2.*

*) Et hæc *nobilitatis gentilitiæ*, immo et aliquando *regnorum hereditariorum*, origo est. Sic apud Germanos *insignis nobilitas*, aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentulis assignabant. Tacit. *de morib. Germ. Cap. XIII.* Et de regnis hereditariis Polyb. *Histor. VI. 5.* *Ἄντε βασιλείας ἀνάβιν, ἀρχαὶ γίνονται, ἢ τὰς μόνον ἀυτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τέλει ἐκείνῳ διαδοχῆσσι τὰς ἀρχάς, κτεροῦντο, ὡς τοῖς ἐκείνῳ πατρὸς ἐξαι καὶ τὰς προαίρεσι.* Hæc veri regni origo, hinc ortus. Non solum enim ipsi, sed et soboli, per longum tempus imperium subditi conservant, persuasi, talibus viris prognatos, et a talibus educatos, animis quoque et voluntatibus pares eis utuntur.

§. CVI.

Si ergo actio nulli imputatur, nisi ei, qui ejus causa vel auctor est, (§. CV. 22) homo vero causa ullius actionis dici nequit, quæ non humana est, id est, quæ non prælucente intellectu decernenteque voluntate editur: (§. XXX. 7) facile patet, 26) nec passionibus actionesque naturales, nec 27) eventus (sola providentia divina profectos, nec 28) vitia corporis animique, nec 29) facta vel in furore atque insaniam, vel 30) in somno, vel 31) in ebrietate perpetrata, cuiquam imputari, nisi quatenus per agentem stetit, quo minus hujusmodi quid contingeret. *) (§. XXVI. seq. XXIX. XLIX. seq.)

*) Sic homini imputatur impudentia, si quis circa actiones naturales decori sit negligens. Sic imputatur navarchæ naufragium, si male gubernando navem, in causa sit, ut ea pereat, quum alioquin verum omnino sit illud Taciti *Annal. XIV. 3.* *Quis adeo iniquus, ut sceleri assignet, quod venti, et fluctus deliquerant?* Sic et deformitas imputatur homini, qui nasum Veneri obtulit, quum alias vere et *ἡδονοποιῶν* Phædrus *Fab. III. 11. 6.*

Sed quid fortune, stultitiae, delictum arguit?
Id demum est homini turpe, quod meruit pati.
 Multo magis ergo homini, cui à puero proficiendi fuit occasio, ignorantia imputatur, quæ non imputatur homini a-gresti. Immo et somnia imputantur, quæ quis diurnis actionibus ac cogitationibus vigilans veluti provocavit. De quibus somniis, quæ veteres *avonia*, teste Macrobio in *Ann. Scip. I. 13.* vocabant recte Claudian. in *sextum consul. Hono-rii Aug. pref. v. 1.*

Omnia, quæ sensu voluntur vota diurno,

Pectore sopito, reddit amica quiet.

Furto gaudet amans, permutat navita merces,

Et vigil elapsas quærit avarus opes.

quibus gemina plura testimonia suo more collegit Casp. Barch. in *No. 11 p. 714. sequ.* Denique et ebrietatem voluntariam, actionesque in illo statu perpetratas, imputari posse homini, à teo extra omnem dubitationis aleam positum est, ut vel verbum addere nollim.

§. CVII.

Quod speciatim ad ignorantiam et errorem attinet, quum utraque intellectus imbecillitas, vel INCULPABILIS sit, vel CULPABILIS, (§. XLVIII. XLIX.) hæc vel INVINCIBILIS, vel VINCIBILIS, itemque vel VOLUNTARIA, vel INVOLUNTARIA: (§. L.) ex eodem axiomate facile intelligitur, 32) ignorantiam inculpabilem, invincibilem, et involuntariam nemini jure imputari: recte autem 33) imputari actionem ex ignorantia culpabili, vincibili, et voluntaria susceptam: idemque 34) et de errore esse tenendum: multoque minus 35) suam cuiquam ignorantiam vel errorem præsidio esse posse, si actio ipsa illicita, vel non in loco temporeque, vel modo illicito, patrata sit, quia tunc non modo per agentem stetit, quo minus in ignoratone versaretur, vel ei error obreperet, verum etiam ille ad omittendam actionem omnimò fuit obligatus. *)

*) Non ergo *Jude*, incuncti Thamarem, nurum, præsidio esse po-

Ad §. 107. in Scholio.

Non ergo *Jude*. Sed facta quæ in Scripturis referuntur, et quasi flagitiosa nobis videntur, cum ex Dei,

potuit ignorantia, quia in re illicita versabatur. *Genes. XXXVIII. 15. 16.* Nec excusatur, qui loco ac tempore non licito jaculis ludens, hominem ex ignorantia ferit, quia actio, nec loco, nec tempore, quo par erat, suscepta, in se illicita est. §. 4. *Inst. de leg. Aquil.* Nec denique injuria fit arborem juxta viam publicam, vel vicinalem putanti, si ei cædes hominis imputetur, quam proclamando evitare potuisset. §. X. *Inst. eod.* Hinc tale quid facientes apud Romanos olim proclamare solitos: CAVE; apud Athenienses: *ΠΥΛΑΓΑΙ*, ostendit Theod. Marcil. ad §. 5. *Inst. eod.* Patrum ergo aqua est sententia Areopagitarum apud Aristot. *Magn. moral. I. 17.* absolutivum feminam, quæ adolescentem, oblato philtro, occiderat: *διότι ἐν ἡγεμονίᾳ ἄνευ πύργου γέννηται, διὴν αὐτὴν ἐκέρχετο, quod non consulto, et cogitatio id fecisset; amoris enim causa dedisse, verum à proposito aberrasse.* Quasi non in se illicitum esset, philtro conciliandi amoris causa offerre. Quanto rectius vero Paulus noster, *l. 38. §. 5. D. de poen.* Qui abortivum aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegantur: quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur. *Id.*

§. CVIII.

Porro vel in jure erratur, quem errorem JURIS vocant, vel in facto, qui FACTI error dicitur. Ad hunc Specia-36) pertinent regulæ paulo ante expositæ, (§. CVII.) si in exercicio facti circumstantia et prudentissimos fugere, ac proinde error hujusmodi inculpabilis, invincibilis, involuntarius esse potest. (§. CVII. 32) Ille vero, 37) in jure naturali admissus, non excusat, quia hoc jus unicuique per rectam rationem est promulgatum, nisi forte ætas, stupiditas, ipsiusque juris illius ratio paulo subtilior, mitiorem sententiam suadeat. *) Quod vero 38) ad jus civile attinet, illius ignorantia eatenus merito imputatur, quatenus illud et promulgatum est, et ita comparatum, ut in hominem hunc cadat ejus scientia. R ii *)

Dei, quæ hominum personæ sunt, quorum sanctitas nobis commendatur, tota sunt figurata juxta regulas Divi August. de Doctr. Christ. lib. 3. c. 12. seqq.

*) Quis enim juris naturæ peritiam accuratiorem a marius exigat ab infantibus, infantia proximis, surdis ac mutis, stupidis, inter bruta animantia educatis? Præterea, quamvis jus naturæ mentibus hominum veluti inscriptum insculptumque sit: illud tamen non aliter cognoscitur, quam per ratiocinationem de justo injustoque. (§. XV. 24.) Jam quum quædam juris naturalis præcepta ex principiis rectæ rationis *et* *pro* fluant; alia plurium propositionum nexum, ac integram argumentorum veluti catenam exigant: nemo dubitaverit, prioris generis præcepta facile à quovis homine non plane stupido; posterioris difficilius, nec nisi ab ingenio exercitatore, intelligi. Hinc quamvis Romani incestum aliquem juris gentium esse faterentur: l. 38. §. 2. D. ad L. Jul. de adult. l. 68. D. de rit. nupt. aliquando tamen in feminis masculisque eum mitius censuerunt puniendum, veluti si post divorcium privignus cum noverca coisset l. 38. §. 5. D. ad L. Jul. de adult. Cujus quidem rei non alia reddi potest ratio, quam quod non *in* *reus*, sed operosiore saltem ratiocinatione, incestus prohibitio ex juris naturæ principiis derivatur.

§. CIX.

An actiones in vita et coactæ?

Quum vero et voluntatem hominis liberam ad actionem, cujus ipse auctor et caussa dicendus sit, concurrere oporteat, (§. XXX. 7.) INVITÆ vero actiones ita comparatæ sint, ut à mente se ipsam determinante non proveniant: (§. LVIII. 56) consequens est, 39) ut nemini id, quod invitus fecit, possit imputari: 40) Ut imputari contra possit, quod quis sponte, multoque magis, 41) quod *altro* fecit, immo et 42) quod quis *coactus* fecit, si jure suo usus sit is, qui illum coegit, non vero 43) si cui nullum jus cogendi fuerit, nec coacto, vi nondum adhibita, incubuerit obligatio aliquid faciendi. *)

*) Quamvis enim et coactus velit: (§. LIX. 62.) tamen, quia correlata sunt jus et obligatio, quæ se mutuo ponunt et tol-

Ad §. 109. in Scol.

Quia correlata sunt jus, et obligatio. Vulgatum axioma correlationis non usquequaque verum esse, inter jus,

tollunt, (§. VII.) ac proinde deficiente jure, deficere etiam obligationem oportet: consequens est, ut, si uni non sit jus cogendi, nec alteri incumbat obligatio id præstandi, ad quod injuria coactus est. Hinc ratum est promissum debitoris morosi, à magistratu, quamvis comminatione exsequutionis, extortum, quia magistratus, dum debitores morosos solvere cogit, jure suo utitur: at si latro cogit viatorem, ut certam pecuniæ summam promittat: quia latro-
ni nullum cogendi jus est, in viatore quoque nulla potest esse obligatio id præstandi, quod quis coactus promisit. Huc pertinet notissimum epigramma Martialis Epigr. XI.

59. v. 5.

Quid si me tonsor, dum curva novacula supra est,

Tunc libertatem divitiasque roget?

Promittam, nec enim rogat illo tempore tonsor,

Latro rogat: rei est imperiosa timor.

Sed fuerit curva quum tuta novacula theca:

Fran-

jus, et obligationem, ut alterius alterum causa sit, vel ita ut jus ex obligatione proficiscatur, probavimus supra in §. 7. Quare etsi pro certo ponatur promissionem vi injusta extortam implendam non esse: tutiori tamen via hoc efficiunt Grotius, et qui eum sequuntur, quippe existimant promissorem obligari, verum eum, cui promittitur, teneri ob metum non justum ad damni reparationem. Coactio enim non tollit voluntatem, quin plenissima est, teste ipso Heineccio supra §. 56. in promittente sed in hoc negotio duæ concurrunt diversæ causæ, promissio ejus, qui cogitur, et vis illicita cogentis, et illa valida est, hæc injuria est, actus prædonis, ex quo obligatur ad reparationem. Unde duobus judiciis, et actionibus res erat expedienda, altera à prædone cui promissum est, altera postea ab eo, qui vi coactus promisit, uti Cæsar jure usus est, qui promissa pyratæ præstitit, sed postea illatam injuriam armis vindicavit. Per compendium vero prosequi solet, et non spectata actione ejus, cui promissum est, aut datur actio vim passo, qua agit ad rescindendum negotium: vel si alter ex promisso petit, dat promittenti exceptionem, qua actio illa, omnisque ejus effectus eliditur. V. Grot. de jure belli lib. 2. c. 11. §. 7. cum Coccei not.

nec plena.

®

ambages sunt. yllius, et simi- plinius, ut an- sic heineccius.

Frangam tonsori crura, manusque simul.

§. CX.

An quæ nec adfectus, nec mores diuturna aduetudine firmati, urgente nec ipsa vis eterna impediunt: (§. LIV. sequ.) facile temperamen- patet, 44) nec corporis constitutionem, quam fere ro, adfec- propensio animi sequitur, nec 45) animi perturbatio- tu, con- nes, quantumvis vehementiores, nec 46) consuetudi- suetudi- nem, quæ fere in alteram naturam degeneravit, im- ne, pa- pedire, quo minus actio, inde orta, possit agenti im- trantur. putari: quamvis 47) aliquando in foro humano com- miseratione dignus censeatur is, quem tristior adfec- tus, justusque dolor, in transversum egit. *)

*) Facilius enim, ceu aliquo ties recte observavit Aristoteles, voluptati ac libidini, quam tristiori adfectui, resistit ho- mo. Vid. *Nicomacheior. III. 12. III. 15. VII. 7. Magn. mor. II. 6.* Idem observavit M. Antonin. *in saul. II. 10.* ut mireris, eundem Aristotelem, veluti sui oblitum. *Lib. II. ad Nicom. Cap. II.* et à se ipso dissentientem, scribere: *χρηστικώτερον ἀνάγκη, ἢ δόξῃ πλεονεχέειν ἢ βουλή. Difficilius esse vo- luptati repugnare, quam iræ: quum tamen voluptate carere sit malum tantum privativum, et id quidem plerumque ad- patens tantum, dolorem sentire malum positivum, et saepe quidem verum. Quis non magis parricidium imputandum putet Neroni, quem nullus tristior adfectus, sed sola pro- tervia, animique vecordia ad tantum scelus impulit, quam Orestæ, qui causam dicens cur Clytæmnestram occiderit, *ὄχι μὴ γὰρ, inquit, ἢ ἀποδίδωκε δίκην τῆς ἀπίστου, τῆς βουλομένης. Nunc enim, quæ prodidit lectum mei patris, est interfecta. Euripid. Orest. v. 937.**

§. CXI.

Ex quo porro non difficile intellectu fuerit, 48) quando excusatione aliqua dignus sit, qui fractus vi externa, cui et constantissimus animus facile cederet, aliquid commisit, quod legi adversatur? Si enim fac- tum ita comparatum est, ut nullus favori necessitatis locus sit: frustra prætenditur necessitas. *) Quibus ve- ro casibus omnis necessitatis favor cesset, paulo post accuratius disquirere licebit.

*)

*) Sane si quid contra religionem et justitiam viro bono injun- giur, tunc non cedendum esse cuiumque vi ac dolori, non modo sacræ litteræ docent, sed et ipsi, quod mireris, scrip- tores pagani agnoscunt, ex quibus Juvenalis *Sat. VIII. v. 80.*
*Ambigua si quando citabere testis,
Incertaque rei: Fbularis licet imperat, ut sis
Falsus, et admoto dictet perjuriam tauro,
Summum crede nefas, animam præferre dolori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

§. CXII.

Quoties intellectus et voluntas, et ipse motus cor- poris physicus ad actionem concurrunt; toties is, qui An et quomodo actio impute- tur causæ mora- li? illam patravit, vocatur CAUSSA ACTIONIS PHYSICA. Sin sola mens, sine motu corporis physico: CAUSSA MORALIS adpellatur. Quumque non alia sint actionum hu- manarum principia, quam intellectus et voluntas: (§. XXX.) inde colligimus, 49) causæ morali actionem non minus imputari, quam physica, si par utriusque ad actionem concursus sit, 50) immo magis, quam physica, si quis jubendo cogendoque alterum, cui in obsequio gloria relicta est, ad agendum induxerit, denique 51) minus quam physica, si quis consilio tantum, vel adprobatione concurrerit. *)

*) Hinc omnino utilissima est distinctio V. C. Henr. Koeh- leri *Exerc. jur. nat. §. DVIII. sequ.* inter voluntatem effica- cem, ubi conatus ad producendum suspendendumve actum sufficit, et inefficacem, ubi conatus ille non sufficit. Quare si voluntas causæ moralis fuit efficax, actio merito im- putatur, et quo magis minusque efficax fuit, eo magis minusve imputatur. Quis enim e. g. cubitet, quin patri ju- berti filium furari; hoc furtum magis imputetur, quam ex- traneo, vel jubentis, vel suadentis.

§. CXIII.

Ad circumstantiam personæ, cujus in imputatione habetur ratio, (§. CV.) et qualitas, dignitas et con- ditio ejusdem pertinet, ac proinde nemo dubitaverit, agentis 52) quin, pluribus personis ad eamdem actionem con- currentibus, actio justa minus, injusta magis impute- an quid tur

faciat ad tur illi, quem cognatio, prudentia, officium, ætas, imputa- dignitas, *) vel ad bene agendum instigare, vel à ma- tionem? le agendo revocare debuissent, quam 53) homini ex- traneo, stupido, nullo speciali vinculo obstricto, pue- ro, vel adolescenti, denique in nulla dignitate consti- tuto.

*) Sic quidquid boni fit cognato, id veteres vocabant officium; quod extraneo, beneficium. Seneca de Benefic. III. 18. Magis ergo hoc, quam illud, imputatur. Contra procul dubio pa- tri illata injuria magis imputanda est filio, quem ipsa pie- tas ab isto facinore revocare debebat, quam extraneo. Quis porro culpam quamcumque non magis imputet viro pru- denti, et ejus rei perito, quam stupido, et inexercitato, seni vel justæ saltim ætatis viro, quam adolescentulo, theo- logo, quam rerum sacrarum rudi, viro nobili, vel in emi- nentiore dignitate constituto, quam terræ filio, vel inho- nestiori? Hieronym. in Exech. II. Grandis dignitas sacerdo- tum: sed major ruina, si peccant. Salvian. Lib. IV. de gubern. Dei p. 118. Criminosior culpa est, ubi honestior status. Si ho- norator est persona peccantis, peccati quoque major invidia. Fur- tum in omni quidem est homine malum facinus, sed damnable- lius absque dubio senator furatur, quam infima persona. Et pau- cis interjectis: Atrocior sub sancti nominis professione pecca- mus. Ubi sublimior est prerogativa, major est culpa. Et cui, quæso ignotum illud Juvenalis Sat. VIII. v. 140.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Grævan habet, quanto, qui peccat, major habetur.

§. CXIV.

Quum vero in imputatione non modo personæ, sed Deficien- et reliquarum circumstantiarum habenda sit ratio: (§. re oc- C. 8) iste vero concursus circumstantiarum objecti, lo- casione, ci, temporis, viriumque sufficientium, occasio voce- omissio tur, sine qua aliquid fieri à nemine potest: conse- actionis quens est, 54) ut non excusetur quidem, quem ad non im- peccandum invitat occasio: *) nec 55) qui occasionem putatur. bene agendi socordia sua amittit: at 56) nemini ta- men imputanda sit omissio actionis, si agendi occasio defuerit.

*) Nam et vitanda peccandi occasio, et pugnandum colluc- tandumque erat cum vitiorum blandimentis. (Elem. philo- mor.

mor. §. CCXCI. et CCXCIII.) Id qui non facit, in culpa est, si cupiditatibus succubuerit. Est ergo actionis istius auctor et caussa, ac proinde illa ei jure imputatur. Misera ergo excusatio illa Chærex apud Terent. Eunuch. III. 5. v. 56. An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam brevem, tam opta- tam, tam insperatam, amitterem? Occasione enim se invita- ri ad peccandum passus fuerat. Contra quam sit culpa, oc- casioni bene agendi manum non injicere, elegante parabola de servis collybistis ostendit Servator sapientissimus Matth. Cambiadores. XXV. 14. sequ.

§. CXV.

Multo minus itaque 57) omissio earum actionum, quæ per rerum naturam, vel 58) per leges, bonos Omissio impossi- bilium an, et quando impute- tur? edendas agens viribus destituitur, cuiquam recte im- putantur: nisi 60) quatenus quis vel vires, quibus pollebat, sua culpa detriverit, vel 61) ea, quæ fie- ri non posse præsciverat, temere vel sciens dolo ma- lo promiserit. *)

*) Hinc facile patet, cur obæratum, qui bona abligurivit, non excuset indigentia, quia nimirum sua culpa vires de- trivit, et cur, qui alchymistarum sapientiam jactans, vi- ris principibus aureos montes promisit, postea ubi fumum vendidisse deprehenditur, stellionatus damnetur, æque ac ille, qui dolo malo thesauros promisit, quale exemplum Cesellii Bassi est apud Tacit. Annal. XVI. 1.

§. CXVI.

Ceterum actiones, ita comparatæ cum norma, va- rias adsumunt denominationes; si enim secundum om- nes recte rationi, non cogenti, seu obligatio- nes bonæ et ni malæ

Ad §. 116.

Recte rationi. Quod hactenus omiserat, hic tandem ve- ram boni expromit ideam, cum actiones bonas dicat esse quæ sunt conformes rectæ rationi, nam uti præmonui supra §. 1. bonum morale dicimus quidquid conforme est ordini rationis, et legi æternæ, quia duplex volun- ta-

ni internæ (§. VII.) conformes sunt, BONÆ; sin vel in una alterave circumstantia à recta ratione in unam alteramve partem deflectunt, MALÆ adpellantur, ex iisque definitionibus consequitur, 62 ut actionem et materialiter, et formaliter, ceu loquuntur philosophi, bonam esse oporteat, nisi malis debeat accenseri.*)

*) Hinc Pharisæorum largitiones, jejunia, totaque vita austeritas non erant actiones bonæ, quamvis materialiter rectæ rationi conformes viderentur, quoniam non ex proposito rectæ rationi obsequendi, sed ex fastu et opinione meriti, tamquam ex fonte, promanabant. (Elem. phil. mor. §. CCXXI. 7.) Nimirum non bona tantum agenda sunt, sed et bene agendum, quidquid agas. Recte Philemon apud Stobæum Sermon IX. justum vocat,

Ὅτι ἀπὸ τῆς πάλαι κἀντὶς διαλεγῶν πύριον,
 ἂν δὲ, τὸς ἀδελφῶν γενεῖαν τὸ ἔχον φύσιν
 εἶναι δικαιοῦς, καὶ δὲ δὸναι ἀπὸς δικαιοῦς.
 Non, quisquis illa quolibet præstat modo,
 Sed qui, dolosi nescius fuci, integra
 Probitate justus esse, non credit, studeat.

§. CXVII.

Deinde, si actiones cum lege contendas: *ex*, quæ legi per omnia conveniunt, JUSTÆ; quæ vel in una, vel

tatis humanæ adest regula, altera proxima, nempe mentis ratio, altera remota, videlicet lex æterna, quæ lumine signato super intellectum humanum, nostram rationem dirigit, ut recta evadat.

Ad §. 117.

Quæ legi per omnia conveniunt, *justæ*. Supra in §. 70. cum discrimen boni et justi statuisssem, justum esse dixi quod conforme est legi naturali, uti normæ omnis operationis humanæ. Hæc enim actus dirigit, ut consonent justitiæ naturali, sive universali, sive particulari, justitia universalis virtutum actus promovet, ut illis omnibus commune bonum perficiatur, et legalis etiam dicitur, quia dum dirigit aliarum virtutum actus in bonum commune, legis officium explet, cujus est

altera circumstantia, à lege discrepant, INJUSTÆ, itemque PECCATA vocantur. Unde facile intelligis, 63) cur omne peccatum in ἀνομίᾳ consistere, doceat Joannes I. Epist. III. 4.

§. CXVIII.

Denique, quum lex, vel divina voluntas, nos ad amorem obstringit, (§. LXXIX. 35.) amor vero alius sit Discrimen *justitiæ*, alius *humanitatis et beneficentiæ*: (§. LXXXII. men insequ.) 64) actio, amoris justitiæ per omnia conveniens, JUSTA; ab eodem vel minimum discrepans, INJUSTA, 65) quæ ex amore humanitatis et beneficentiæ proficiscitur, HONESTA; quæ eidem adversatur, INHONESTA, TURPIS, itemque INHUMANA adpellatur. Ex quo etiam, 66) quid intersit inter JUSTITIAM EXPLETRICEM, ET ATTRIBUTRICEM, facile intelligitur.

L ii

§. CA-

est bonum commune fovere, particularis vero justitia privatas personas respicit. Actio igitur ita ad hanc naturæ legem exacta justa dicitur, uno verbo, actio bona nos ipsos, et nostram mentem respicit; actio justa quamdam erga alios inmut relationem.

Ad §. 118.

Inter justitiam expletricem. Justitia particularis, de qua paullo ante locuti sumus, vel homines inter se ex æquo componit in commerciis, et mutationibus, quæ à quibusdam commutativa, à Grotio vero expletrix dicitur, vel in bonorum, onerumque distributionibus versatur, à nonnullis distributiva, à Grotio attributrix adpellata, et comes etiam facta earum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, ut liberalitatis, misericordiæ, providentiæ rectoris lib. I. de jure belli cap. I. §. 8. Hæc ipsa nomina à Grotio introducta usurpat hic Heineccius, ut indicet, actiones quæ ex amore justitiæ proveniunt, ad justitiam expletricem, quæ ex amore humanitatis, et beneficentiæ ad attributricem pertinere.

CAPUT V.

De officiis Hominis erga Deum.

§. CXIX.

Transi-
tio ad
doctri-
nam de
ipsis of-
ficiis.

Quæ adhuc præmittenda duximus, ea ad principia disciplinæ pulcherrimæ pertinent. Proximum est, ut ad ipsa, quæ JUS NATURÆ universo generi humano singulisque præscribit, OFFICIA progrediamur. Quod enim Græci philosophi *τὸ δέον*, et Stoici *τὸ καθήκον* vocabant: id postea Tullius, hanc sapientiæ partem Latinis litteris illustraturus, non sine delectu, adhibitoque amicorum consilio, primus OFFICIUM adpellasse videtur. *)

*) Stoicus officium vocasse *τὸ καθήκον*, eamque doctrinam apud illos non postremam philosophiæ moralis partem constituisse, auctor est Diogenes Laertius, qui non modo Stoicorum de officiis dogmata præcipua breviter et luculenter exposuit *Lib. VII. segm. 108. sequ.* verum passim laudavit eorum libros *πρὸς τὸ καθήκοντος*, veluti Zenonis, *Lib. VII. 4.* Cleanthis, *Cap. VII. 175.* Sphæri, *Lib. VII. 178.* quemadmodum et Chrysippi librum ejusdem argumenti memorat Plutarch. *de repugn. Stoic. p. 1045.* Panzti Cicero *de offic. III. 2.* Posidonii idem *ad Attic. XVI. 11.* Quorum exemplo quæ et Cicero similem librum Latine scripsisset: de Latina sollicitus inscriptione, subductis rationibus omnibus, non aliud vocabulum invenit commodius, quo *τὸ καθήκον* Stoicorum exprimeret, quam OFFICIUM. Ita enim ille *ad Attic. XVI. 6.* Quod de inscriptione queris, non dubito, quin *καθήκον* officium sit, nisi quid tu aiud. Sed inscriptio plenior. DE OFFICIIS.

§. CXX.

Officii definitio.

Per OFFICIUM vero intelligimus actionem, ex obligatione sive perfecta, sive imperfecta, legibus conformandam. Nec per omnia probare possumus definitionem Stoicam, quod officium sit *ἡ πρᾶξις ἢ ἔργον ἢ λόγος ἀποδοχῆς, quod cur factum sit, probabilis ratio reddi possit*, vel *ἡ ἀρετὴ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, quæ ratio facienda suaserit.* *) Laert. VII. 107. 108. Cic. *de Fin. III. 17.* *)

*) Quum enim nihil temere fiat, cujus non probabilis reddi possit ratio: quidquid fit, non modo ab hominibus, sed et à brutis animantibus, id ad officium pertinebit. Et ita sane rem intellexerunt ipsi Stoici, de quibus Laert. VII. 107. *τὸ καθήκον γὰρ καὶ τῶν τῶν καθήκοντα.* Officium autem pertingere ajunt ad plantas etiam et animantes. Notari namque et in his officia. Itaque verum quidem est, rationem habere oportere officium, sed eam quæ hominem impellat ad agendum, vel omittendum, non bruta, id est, obligationem. (§. VI.)

§. CXXI.

Quum ergo officium sit actio, legi conformanda: Ejusdem in-
(§. CXX.) facile patet, 1) officium concipi non posse sine lege, nec 2) officium facere, qui sibi ipse, quod nulla lex præcipit, imperat: 3) cessare aliquid esse officii, sublata, quæ illud antea præcipiebat, lege, ejusque ratione: 4) si quando lex certis tantum personis præscripta sit, sæpe contingere, ut duorum, qui faciunt idem, alter officio satisfacisse, alter contra officium egisse, dicatur. *)

*) Operæ pretium fuerit, has propositiones exemplis illustrare. Nemo dixerit, officium fecisse Originem, dum ipse sibi virilia ademit, sive ferro in se savierit, ut refert Hieronym. *Epist. LXV.* sive, quod alii tradiderunt apud Epiphani. *Her. LXIV. 3.* medicamentis sese eviravit. Neque enim ulla lex divina eam in rem exstat, ipseque postea fassus est Originem, se male interpretatum esse locum *Matth. XIX. 12.* Vide Huet. *Origeniana I. 1. 13. p. 8.* Nemo deinde negaverit, contra officium facturum Christianum, qui vel circumcisionis legem accipere, vel Deum sacrificiis propitiare velit, quamvis utrumque olim ad fidelium officium pertineret. *Gal. III. 23. 25. IV. 3. 4. 5. W. 1. Col. II. 20. Hebr. IX. 9. 10.* Denique si quis occupet officium judicis, quem sacro munere fungi oportebat, præter officium agit, et *ἀδικοῦσθαι ὁνομασθῆναι* reus est, quum idem faciens judex, quod officii est, faciat. *1. Petr. IV. 15.*

§. CXXII.

Quumque obligatio, ex qua quisque, quod officii est, facit, vel perfecta, vel imperfecta sit: (§. CXX.) in per-

fectum, 5) OFFICIUM quoque aliud PERFECTUM, aliud IMPER-
et imper- FECTUM esse oportet: quorum illud ex obligatione per-
fectum, facta seu lege; hoc ex imperfecta, seu virtute, pro-
ficiatur. *) (§. IX. 10.)

*) Sic officia PERFECTA sunt neminem lædere, servare
pacta, damna data resarcire, et similia. IMPERFECTA,
opis nostræ indigis subvenire, stipem largiri pauperibus,
errantibus comiter monstrare viam, rerum suarum incertis
consilium dare, et quæ sunt hujus generis alia. Vid. Cicer.
de Offic. III. 12. sequ.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS. §. CXXIII.

Deinde quum norma officiorum sit lex, (§. CXXI.
1, 2.) lex vero vel divina vel humana sit, divina de-
nique in naturalem et positivam dispesci possit: 6) to-
tuplicia etiam erunt officia, quorum 7) illa, quæ ad
legis divinæ naturalis normam componuntur, NATURA-
LIA; 8) quæ legi divinæ positivæ attemperantur,
CHRISTIANA; 9) quæ denique ex legis humanæ præ-
scripto præstantur, CIVILIA adpellare licebit. *)

*) E. g. NATURALIA officia sunt, Deum religiose co-
lere, parentibus parere, vim atque injuriam à se pro-
pulsare, l. 2. l. 1. §. D. de just. et jure. Officia CHRISTIA-
NA, se ipsum abnegare, crucem ferre, Christum imi-
tari. CIVILIA, tributa pendere, contra pristinam for-
mam non ædificare, solemnitates, quas leges in singulis
actibus exigunt, adhibere, tempora fatalia in lite foren-
si observare, cetera.

§. CXXIV.

Denique præcipua officiorum divisio ab ipso ob-
In offi- jecto proficiscitur. Quemadmodum enim tria sunt, qui-
er- bus certa officia debemus, entia, DEUS, NOS IPSI et
ga Dei, ALII HOMINES: (§. XC. 10) ita totidem sunt officio-
nes ip- rum genera, quorum alia DEO O. M. alia NOBIS IPSIS;
sos, et alia ALIIS HOMINIBUS præstanda sunt, de quibus jam
alios ho- suo ordine erit agendum,
mines.

§. CXXV.

§. CXXV.

Quod ad officia ERGA DEUM attinet, ea ex Dei Funda-
perfectionibus infinitis eruenda esse, jam supra mo- mentum
numus, (§. LXXXVII. 51.) atque inde collegimus, officio-
eum non alio amore, quam DEVOTIONIS ac OBEDIEN- rum erga
TIÆ prosequendum, ac proinde, tamquam ens perfec- Deum.
tissimum, à quo toti pendemus, omnibus animi viri-
bus colendum, eique perfectissimum ac internum ob-
sequium præstandum esse. (§. XCI. 61.)

§. CXXVI.

Quum ergo omnia, quæ DEO O. M. debemus, offi-
cia ex infinitis ejus perfectionibus eruenda sint: (§. Obliga-
CXXV.) consequens est, 11) ut obstrictus sit homo tio ad
ad notitiam Dei ejusque perfectionum vivam non mo- agnitio-
do acquirendam, sed et 12) quotidie magis magisque nem Dei,
amplificandam, et 13) ad majorem certitudinis, at-
que evidentiae gradum evehendam. Quod quum fieri
possit tum meditatione assidua earum veritatum, quas
ipsa recta ratio suggerit, tum rerum creatarum con- //
templatione, tum insignium, quæ quotidie animadver-
tere possumus, sapientiae providentiæque divinæ ar-
gumentorum consideratione adcuratiore: nemo non vi-
det, 14) ad omnia hæc nos esse omnino obligatos,
15) eosque, qui hæc cuivis obvia Deum investigan-
di media negligunt, si sanam mentem nacti sint, in
ignoratione; et si Deo ullam imperfectionem tri-
buant, in errore inexcusabili versari. *) (§. CVII. 33.)

*) Hinc et Apostolus τὸ ἴδιον τὸ θεῶν, id est quod de Deo cog-
nosci potest, ipsis paganis manifestum esse testatur, quia
τὰ ἀόρατα αὐτῶν seu invisibilia Dei jam inde à mundi primordiis
ex rebus creatis innumerisque sempiternæ potentiae ac divini-
tatis argumentis intelligi, ac pervideri potuerint, atque inde
colligit, αὐτοὶ αὐτῶν ἀνανοήτως, esse illos inexcusabiles. Rom. I.
20. Et unde quæso ille gentium omnium de Deo ejusque
perfectionibus consensus, quem urgent Cicero *Quest. Tusc.*
I. 13. de nat. Deor. II. 2. Maxim. Tyr. Diss. Platon. XXXVIII.
Ælian. Var. Histor. II. 31. Seneca Epist. CXVII. ? Quamvis
enim consentiens illa gentium opinio non sit argumentum

Quis non miretur Sophoclem idem suis exprobrantem, quod
iisdem postea exprobavit Apostolus Rom. I. 21. 22. 23.

§. CXXIX.

Obliga-
tio ad
gloriam
Dei pro-
vehen-
dam.

Qui vitam perfectionum entis alicujus notitiam si-
bi peperit, is non potest non iisdem unice ac mirifice
delectari. Quumque qui entis cujusdam perfectionibus
ipsi delectantur, nihil faciant reliqui, ut alii omnes
illud eadem veneratione prosequantur: ad officium sa-
ne nostrum pertinet, 28) ut et alii, Dei, ejusque per-
fectionum ignari, tam præclara doctrina imbuantur,
et 29) errantes reducantur in viam, et 30) impii,
quoad ejus fieri potest, ad concipiendam summi Numi-
nis reverentiam solidis demonstrationibus ac cohorta-
tionibus excitentur *) Quod qui faciunt, ii 31) GLO-
RIAM DEI, quantum in ipsis est, PROVEHERE verè di-
cuntur.

*) *Demonstrationibus dicimus, et cohortationibus, non poenis et
sup-*

Ad §. 129. in Scholio.

Demonstrationibus, non poenis et suppliciis. Non adeo
crude asserendum est hoc, quia nonnumquam lege
agi convenit in impios, uti sunt Athei, et in blasphemos,
quos ipse Heineccius inescussabiles dixit §. 26.
præsertim adversus eos, qui publicè in religionem
peccant, quique et ipsi male de Deo, receptisque sa-
cris cogitant, et alios insuper ad ita cogitandum pu-
blicis sermonibus, et conventiculis ferunt, impellunt-
que. Quin et jure naturæ obligamur ad cavenda ea,
que fidei, et agnitioni divinorum contraria, aut no-
bis possunt erroris periculum procreare, cum et Pla-
to omnium commertio arceri jubeat male de divinis
sentientes. De Legib. lib. 10. Religio autem quamquam
per se ad conciliandam Dei gratiam valeat, habet ta-
men et suos in societate humana effectus maximos, ut
pluribus monstrat Grot. de jur. belli lib. 2. c. 20. n.
44. et quam vis hæc gladio non sit propaganda, pro-
pagatam autem adversus vim tueri, vel armis fas est,

suppliciis. Quum enim ignorantia et error sint vitia non
voluntatis, sed intellectus: illis vero non alia medicina
parata sit, quam ut mens convincatur de veritate, ad eam-
que admittendam argumentis inflammetur: facile patet,
eos nec ignorantibus prodesse, nec errantes in viam redu-
cere, qui lege agi, ferrumque et flammam expediri jubent
adversus atheos, maxime quum jam inde ab antiquissimis
temporibus plerumque atheorum vocabulo diffamati sint
temporibus plerumque atheorum vocabulo diffamati sint
Deos imposturam acutiores, uti loquitur Clemens Alex. in
Protrept, pluribusque exemplis docuerunt viri docti, ut E-
lian. Var. Hist. II. 31.

§. CXXX.

Quia, cui perspectæ sunt infinitæ Dei perfectiones,
is illis non potest non magnopere delectari, (§. Itemque
CXXIX.) appetitio vero boni, cum percepta ex ejus ad amo-
perfectione et felicitate delectatione conjuncta, AMOR rem Dei,
vocatur: (§. LXXX.) consequens est, 32) ut Deus
sit amandus. Et quum, quo major est entis perfectio
vel sublimitas, eo majorem illi amorem ac veneratio-
nem debeamus: (§. LXXXVII. *) 33) Deus amandus
erit amore perfectissimo, id est, uti scriptura mo-
net, ex toto corde, ex tota anima, et ex omnibus vi-
ribus. Matth. XXII. 37. Luc. X. 27. Quia denique et
bonitas Dei inter ejus perfectiones, (§. CXXVII. 21.)
Deus vero et in se, et ratione hominis bonus est: (E-
lem. phil. mor. §. CLXXXIX.) merito dixeris, 34)
Deum ob utramque causam amandum esse. *)

M ii

tam naturali, quam revelato jure. Protestantium vero
antesignani pro basi, et fundamento novi sui Evan-
gelii hanc sectatoribus suis reliquerunt tesseram; reli-
gio scilicet interna jure naturali, et gentium ab omni
imperio humano, ac potestate coactiva est libera; un-
de indifferentismus, et alii errores promanant. v. De-
sing. lib. 1. c. 13. 20. lib. 2. c. 8. 13. Almieh 2. 8. We-
renk. p. 1. c. 2. 2. num. 315. et 330. et not. infra lib.
2. §. 184.

supponit
siv ha
- su ma

*) Notum est, quid de amore Dei puro olim philosopha-
 nio sint Epicurei et Sadducei, et nostra memoria quidam
 mysticæ theologiæ paulo studiosiores, et in primis Franc.
 Salignac de Fenelon, Archiepiscopus Cameracensis, cujus
 libellus, inscriptus *Explication des maximes des Saints sur la*
voie intérieure occasionem dedit controversiæ, cujus histo-
 riam jam alibi veluti in nucleo exhibuimus. (*Elem. phil.*
*mor. §. CXCIX. **) Sed quis Deum aliter concipiat, quam
 tamquam ens aliis quoque rebus creatis bonum? Quam in-
 anis ergo sit illa de puro amore questio, immo quam
 periculosa, jam ostenderunt Leibnitijs in *præf. prodromi et*
mantissa Codicis jur. gent. diplom. et Wolff. in den vernünfti-
gen gedanken vom thum und lassen des menschen, DCLXXXVIII.

§. CXXXI.

Inter perfectiones Dei etiam sunt omnipræsentia,
 Nec non et omniscientia. (§. CXXVII.) Has sibi ob oculos po-
 ad obse- nere non potest homo, 35) quin excitetur ad studium
 quitum et indefessum, omnia, quæ Deo placeant agendi, om-
 timorem niaque, quæ eidem displiceant, omittendi, quod stu-
 Dei. dium vocamus **OBSEQUIUM** erga Deum. Et quum simul
 Deum non possit sibi non tamquam ens justissimum re-
 præsentare: 36) quam maxime sollicitus erit, ne eum
 ulla re offendat, aut quidquam dicat faciatve, quod
 conjunctum sit cum ejus ignominia, quove ejus indigna-
 tionem adversus se provocet. Quam sollicitudinem
 vocamus **TIMOREM DEI**, et illum quidem **FILIALEM**,
 quia cum flagrantissimo amore est conjunctus. * (§.
 CXXX.)

(*) Itaque **TIMOR FILIALIS** cum amore; **SERVILIS**
 cum odio conjunctus, aut saltem ab amore sejunctus est.
 Quum ergo ad hominis officium pertineat non solum time-
 re Deum, verum etiam eundem flagrantissimo amore pro-
 sequi: (§. CXXX.) consequens est, ut jus naturæ exi-
 gat timorem **FILIALEM**, non **SERVILEM**, qui et in
 homines sceleratissimos, quin et in malos genios, cadere
 potest.

§. CXXXII.

Qui servili timore Deum metuit, is à timore Dei
 Itemque ad vitan- sejungit amorem ejusdem. (§. CXXXI. *) Quum vero
 dam su- amor in eo consistat, quod Dei perfectionibus unice

delectemur: (§. CXXX.) 37) is, qui Deum, cujus persticio
 perfectiones non perspicit, metuit, **SUPERSTITIOSUS** nem.
 vocatur: *) ex eoque consequitur 38) ut omnis su-
 persticio, quippe quæ ex timore servili proficiscitur,
 (§. CXXXI.) viro probo sit fugienda.

*) Est ergo **SUPERSTITIO** timor Dei, qui non ex perfec-
 tionum divinarum contemplatione, sed ex falsis de Deo
 conceptibus, proficiscitur. Idemque voluit Theophrastus
Charact. p. 47. dum superstitionem vocat, *δαίμωνιος τὸ*
δαίμωνιον, meticulousum erga Numen adfectum. Per *δαίμων* enim,
 teste Casaubono in *Nor.* intelligit metum alium ab eo,
 qui pios decet: per τὸ δαίμωνιον et deos, et dæmones, et quid-
 quid divinitatis esse particeps, male sana putavit antiquitas.
 Quum vero metus tam absurdus tum in interno adfectu con-
 sistere, tum actionibus externis sese prodere possit: prio-
 rem **INTERNAM**; posteriorem **EXTERNAM**, seu **CUL-**
TUM SUPERSTITIOSUM vocamus.

§. CXXXIII.

Quum ergo omnis supersticio tum interna, tum ex-
 terna, viro probo cane pejus et angue sit fugienda:
 (§. CXXXII.) 39) merito vir pius ab omni
 meticulouso adfectu erga res creatas, itemque 40) ab
 erroribus, quibus quis sibi Deum, tamquam ens ava-
 rum et donis facile placabile, sistit, præterea 41) à
 magia et divinationibus, 42) et cultibus fictitijs, de-
 nique 43) ab absurda opinione, Dum solo cultu ex-
 terno, quamvis ab omni amore ac timore sejuncto,
 posse propitiari. *)

*) Sunt hæc præcipua capita, in quibus sese exerit supersticio,
 quippe ad quæ reliqua superstitiones effecta omnia referri
 possunt. Vid. Budd. *de atheismo et superstit. Cap. VIII. et IX.*
 Unde facile patet, quam inanis sit comparatio atheismi et
 superstitionis, quum utraque veræ pietati erga Deum æque
 adversetur, ut idem vir doctissimus adversus Petri Balii
 sententiam pluribus ostendit *ibidem Cap. IV. §. V. p. 346. se-*
qu. Nemo tamen negaverit, ex superstitione plurima maxi-

Ad §. 133. in Scholio.

Nemo tamen negaverit ex superstitione plurima ma-

maque incommoda redundare in rempublicam: ut non
possis non mirari,

Quantum religio possit suavisse malorum,
si per religionem intelligas timorem Dei, ab omni recta
ratione se junctum, id est, superstitionem. Quo in pri-
mis pertinet lectu dignissima Juvenialis *Satyræ XV.* Nam sæ-
pe contigit, quod ibi refert poeta v. 33. sequ.

Inter finitimos vetus atque antiqua simulas,

Immortale odium, et nunquam sanabile vulnus.

Ardet adhuc Ombos, et Tentyra. Summus utriusque

Inde furor vulgo, quod numina vicinorum

Odit uterque locus, quum solos credat habendos.

Esse Deos, quos ipse colit.

§. CXXXIV.

Præterea, quum nemo de infinitis Dei perfectioni-
bus possit cogitare, quin ejus omniscientiam, sapien-
tiam, potentiam et bonitatem simul sibi repræsentet:
Et ad fiduciam in Deo collocandam. (§. CXXVII.) fieri etiam non potest, 44) quin ho-
mo omnem fiduciam in Deo collocet, et 45) in ejus
providentia unice adquiescat, quin et 46) quæcum-
que Deus de se statuerit, forti ac intrepido animo fe-
rat, denique 47) nec, si bonis mala, vel malis bo-
na eveniant, offendatur aut animum despondeat, sed
48) et mala ista sibi aliisque esse profutura, certo
persuasus convictusque sit.

ximæque incommoda redundare in rempublicam. Disputa-
tionem movit Belius an Atheismus, vel superstitiõ magis
contra veram religionem veniat, de qua Buddæus
hic citatus, et in Belii dictum propendere videtur
Heineccius, quandoquidem putat supersticiosam Reli-
gionem perniciosorem evadere Atheismo. Cum cordatus
nemo negaverit religionem quamvis supersticiosam fir-
mius esse fulcimentum societatis: nam cum funditus om-
nem erga superos timorem tollat Atheismus, malum e-
rit exitiosius ac funestius. v. Almici. 1. 5. 5. Finetti
lib. 10. c. 6. Bergier. *Examen materialismi* p. 2. c. 12.
§. 6. c. 13. §. 5.

§. CXXXV.

Et in his quidem similibusque officiis cultus Dei
INTERNUS consistit, per quem intelligimus amorem, ti-
morem ac fiduciam, quibus Deum puramente prose-
quimur. Quandoquidem vero ita natura comparatum
est, ut adfectus in actiones externas erumpat: vix
sincerus (videretur cultus ille interior, nisi inde nas-
ceretur EXTERNUS, *) qui in actionibus externis, ex
amore, timore ac fiducia erga Deum profectis, con-
sistit.

Cultus
Dei in-
ternus et
exter-
nus.

*) Equidem necessitatem cultus istius externi ex ratione pos-
se demonstrari, quidam negarunt, partim quod hoc cultu
non indigeat Deus, ceu recte viderit Demonax, philosophus
apud Lucian. in *Demonacte* p. 861. Tom. I. dum accitatus
impietatis, quod nullum umquam sacrificium Minervæ
obtulerit, responderit: *ὁ δὲ θεὸς δῆλον αὐτῷ τὸν παρ' ἑαυ-
τοῦ ἰσχυρὰ ἀπαρῶσαν.* Neque enim illam oblati à me sacrificiis in-
digere, putabam: partim quod societas humana vitæque tran-
quillitas, omisso cultu externo, non lædatur. Thomas, *Ju-
rispr. divin.* II. 1. 11. sequ. et introd. in *Ethic.* III. 37. sequ.
Sed nec cultu interno indiget Deus, quem tamen necessa-
rium esse, nemo negaverit. Alterum vero argumentum
facile corrui, si destruxeris *πρόσωπον* illud *ψυδός*, quasi nihil,
nisi quod ex socialitate consequitur, juris naturæ sit. (§.
LXXV.) Conferri tamen meretur Hochstetter. *Colleg. Pu-
fendorff. Exerc.* III. 38.

§. CXXXVI.

Quum ergo cultus Dei externus in actionibus ex-
ternis ex amore, timore, ac fiducia erga Deum pro-
fectis consistat (§. CXXXV.) amor vero non possit
non efficere, ut ejus perfectione, et felicitate unice
delectamur, eum quoque verbis celebremus: officii amore
nostri erit, 49) de Deo semper honorifice, et cum Dei
reverentia loqui, 50) alios sermonibus et actionibus
nostris ad eundem amorem accendere, 51) Deo hym-
nos canere, 52) nec ejus nomen temere jurando pe-
jandove, vel sermonibus quibuscumque futilibus, ig-
nomina adficere.

Externus
Cultus
Dei

§.

§. CXXXVII.

Nec non ex timore Dei. Ex timore Dei, obsequioque, quod enti illi perfectissimo debemus, (§. CXXXI.) merito colligimus, 53) præceptis ejus actiones nostras etiam externas attemperandas, et 54) semper cogitandum esse, ubique præsentem adesse Deum, ac ipsas cogitationes nostras, nedum actiones externas, perspicere. *) Ex quo pronò alveo fluet præceptum pulcherrimum, 55) cavendam esse omnem simulationem pietatis, quippe cum summa divini Numinis injuria ac contemptu conjunctam,

*) Professus est sublimem illam doctrinam etiam Thales Milesius, qui interrogatus à non nemine, *à τῶν θεῶν ἀνέγνω ἀδύνατον; num lateat Deum homo injuste agens?* respondit: *ἀδύνατον ἂν διακούσῃς. Immo ne cogitans quidem.* Clem. Alex. Strom. V. p. 594. Quis vero Deum præsentem et spectantem omnia non reformidet? Eleganter Epictetus apud Arian. I. 14. *Ὡς ἂν ὄρας ἀνάστητα τὰς βύβλους, καὶ οὐκ ἴδῃς ἰσθῶν ἀνοήτων, μὴ γινώσκῃς οὐδὲν ἀπὸ τῶν ἀγῶν, οὐκ οἶσθα ἅτις ἀδύνατον ἔστιν ἰδεῖν ἑσέα. Quamobrem, clausis januis ac valvis, quum in tenebris conederitis, nolite dicere, vos solos esse. Non enim estis. Non certe estis, sed Deus intus est.* Magna ergo nobis incumbit necessitas pietatis, quippe degentibus sub oculis Dei, omnia cernentis.

§. CXXXVIII.

Denique qui fiduciam in Deo collocat, (§. CXXXIV.) numquam intermittet 56) castas preces fundere, nihilque 57) faciet libentius, quam ut, si occasio fuerit, publice privatimque cum Deo, et de Deo, loquatur. Ea enim sunt, quæ de cultu Dei externo percipit recta ratio. Ad ritus vero quod attinet, quamvis 58) et ratio intelligat, non posse cultum publicum commode explicari, nisi certa loca, temporaque illi destinentur, et 59) tanti momenti negotium omnino exigit, ut omnia docere fiant; 60) ipsas tamen caeremonias illa nec præseribit, nec 61) improbat, si ita sint comparatæ, ut nobis in memoriam revocent ea, de quibus in cultu divino sit cogitandum. Cel. Wolff. *vernünft. gedanken vom thun und lassen. des mensch. §. CLXXVI. sequ.*



decore

CA-

CAPUT. VI.

De Officiis Hominis erga seipsum.

§. CXXXIX.

PRæter Deum optimum maximum nihil homini seipso propius est, quippe cui ipsa natura tam tenerum sui amorem impressit, ut istum emotæ mentis esse existimemus, qui adversus se ipsum odium concipit, sive male, quam bene, esse mavult. Nec injustus est ille **SUI IPSIUS AMOR**, dummodo ordinem non turbet. Est enim adfectus, quo quis perfectionibus suis ac felicitate delectatur, eaque bona conservare, et magis magisque quotidie amplificare studet. Quum vero Deus voluerit, ut existeremus, multasque nobis perfectiones eximias dederit, quin et media ad veram felicitatem perveniendi nobis in promptu esse voluerit: voluit etiam proculdubio, ut conservemur, nostrasque perfectiones tueamur et amplificemus, veraque felicitate potiri studeamus, eaque delectemur, id est, ut nos amemus. (§. XCII.)

Homo obligatus est ad amandum se ipsum.

§. CXL.

Ex quo jam supra collegimus, (§. XCII. 64.) hominem nihil eorum, quæ ad perfectionem, felicitatemque adsequendam, conservandam, amplificandamque pertinent, prætermittere teneri, dum id sine amoris divini violatione fieri possit. *)

Qualis iste sui ipsius amor

*) Itaque hæc officia nobis non præstamus tantum, ut felices simus: (jam supra enim ostendimus, falli eos, quibus sola est utilitas justæ prope mater et aqua,) sed quia id Dei à nobis exigit voluntas, ut perfectionibus & felicitati nostræ studeamus. (§. LXXVII. sequ.) Itaque ipsum, quod nobis debemus, officium consistit in studio perfectionis ac felicitatis nostræ: non autem studium illud est causa, quæ nos ad hoc officium impellit.

N

§. CXLL

NOMADENVOLEON

AL DE



Officia
erga se
ipsum
§. CXLL

§. CXXXVII.

Nec non ex timore Dei. Ex timore Dei, obsequioque, quod enti illi perfectissimo debemus, (§. CXXXI.) merito colligimus, 53) præceptis ejus actiones nostras etiam externas attemperandas, et 54) semper cogitandum esse, ubique præsentem adesse Deum, ac ipsas cogitationes nostras, nedum actiones externas, perspicere. *) Ex quo pronò alveo fluet præceptum pulcherrimum, 55) cavendam esse omnem simulationem pietatis, quippe cum summa divini Numinis injuria ac contemptu conjunctam,

*) Professus est sublimem illam doctrinam etiam Thales Milesius, qui interrogatus à non nemine, *à τῶν θεῶν ἀνέγνω ἀδύνατον; num lateat Deum homo injuste agens?* respondit: *ἀδύνατον ἂν διακούσῃς.* Immo ne cogitans quidem. Clem. Alex. Strom. V. p. 594. Quis vero Deum præsentem et spectantem omnia non reformidet? Eleganter Epictetus apud Arian. I. 14. *Ὡς ἂν ὄρας ἀνάστηται τὰς βύβλους, καὶ οὐκ ἴδῃ τὸν θεόν, μὴ γινώσκῃ τὸν θεόν, οὐκ ἴδῃ τὸν θεόν, ἀλλ' ὁ θεὸς ἴδῃ τὸν θεόν.* Quamobrem, clausis januis ac valvis, quum in tenebris conderitis, nolite dicere, vos solos esse. Non enim estis. Non certe estis, sed Deus intus est. Magna ergo nobis incumbit necessitas pietatis, quippe degentibus sub oculis Dei, omnia cernentis.

§. CXXXVIII.

Denique qui fiduciam in Deo collocat, (§. CXXXIV.) numquam intermittet 56) castas preces fundere, nihilque 57) faciet libentius, quam ut, si occasio fuerit, publice privatimque cum Deo, et de Deo, loquatur. Ea enim sunt, quæ de cultu Dei externo percipit recta ratio. Ad ritus vero quod attinet, quamvis 58) et ratio intelligat, non posse cultum publicum commode explicari, nisi certa loca, temporaque illi destinentur, et 59) tanti momenti negotium omnino exigit, ut omnia docere fiant; 60) ipsas tamen caeremonias illa nec præseribit, nec 61) improbat, si ita sint comparatæ, ut nobis in memoriam revocent ea, de quibus in cultu divino sit cogitandum. Cel. Wolff. *vernünft. gedanken vom thun und lassen. des mensch.* §. CLXXVI. sequ.

decore

CA-

CAPUT. VI.

De Officiis Hominis erga seipsum.

§. CXXXIX.

PRæter Deum optimum maximum nihil homini seipso propius est, quippe cui ipsa natura tam tenerum sui amorem impressit, ut istum emotæ mentis esse existimemus, qui adversus se ipsum odium concipit, sive male, quam bene, esse mavult. Nec injustus est ille SUI IPSIUS AMOR, dummodo ordinem non turbet. Est enim adfectus, quo quis perfectionibus suis ac felicitate delectatur, eaque bona conservare, et magis magisque quotidie amplificare studet. Quum vero Deus voluerit, ut existeremus, multasque nobis perfectiones eximias dederit, quin et media ad veram felicitatem perveniendi nobis in promptu esse voluerit: voluit etiam proculdubio, ut conservemur, nostrasque perfectiones tueamur et amplificemus, veraque felicitate potiri studeamus, eaque delectemur, id est, ut nos amemus. (§. XCII.)

Homo obligatus est ad amandum se ipsum.

§. CXL.

Ex quo jam supra collegimus, (§. XCII. 64.) hominem nihil eorum, quæ ad perfectionem, felicitatemque adsequendam, conservandam, amplificandamque pertinent, prætermittere teneri, dum id sine amoris divini violatione fieri possit. *)

Qualis iste sui ipsius amor

*) Itaque hæc officia nobis non præstamus tantum, ut felices simus: (jam supra enim ostendimus, falli eos, quibus sola est utilitas justi prope mater et aqua,) sed quia id Dei à nobis exigit voluntas, ut perfectionibus & felicitati nostræ studeamus. (§. LXXVII. sequ.) Itaque ipsum, quod nobis debemus, officium consistit in studio perfectionis ac felicitatis nostræ: non autem studium illud est causa, quæ nos ad hoc officium impellit.

N

§. CXLL

§. CXLI.

Quum ergo Dei O. M. voluntate homō obstrictus sit ad ea omnia, quæ ad perfectionem felicitatemque adsequendam, conservandam, amplificandamque pertinent, (§. CXI.) et homo non ex sola mente, sed & ex corpore constet, et utraque substantia ejus essentiam absolvat: (*Elem. phil. mor. §. XI.*) consequens est, 1) ut homo et MENTEM et CORPUS perficere, et 2) quia duæ sunt mentis facultates, INTELLECTUS et VOLUNTAS, (*Elem. phil. mor. §. XV.*) de utriusque perfectionibus adsequendis, conservandis, amplificandisque sollicitus esse debeat, adeoque 3) officia hominis erga seipsum partim ad totum HOMINEM perficiendum conservandumque, partim ad INTELLECTUM, partim ad VOLUNTATEM, partim denique ad CORPUS, STATUMQUE HOMINIS EXTERNUM pertineant.

* Observandum hoc contra Socratis aliorumque veterum principia, qui corpus non partem esse hominis, sed ejus instrumentum tantum, res externas vero plane nihil ad hominem pertinere, existimabat. Sic Simplicius in *proem. comment. ad Epictet. p. 6.* *Ἐὶ δὲ ὁ πρὶν ἀνθρώπου ἀρχὴ τὸ σῶμα, τὸ δὲ σῶμα αὐτῷ οὐ ἀρχὴ, ὅθεν, ὅτι οὐ ἔστιν ἄνθρωπος σῶμα, ἀλλ' ὅτι τὸ σωματικόν, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Quod si homo corpori imperat, ipsum vero corpus sibi non imperat, hominem corpus non esse, constat, ac ne utrumque quidem simul, eadem de causa. Et quibusdam interjectis: Ὅ τὸ σῶμα ἡμῶν κέμενος οὐ ἀνθρώπος, ὁ δὲ τῶν ὄντων ἡμῶν ἐπιμέλειται, ἀλλὰ τὸ ἰγάννι δὲ πρὶ κρῆματα καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ ζῆν, ὅτι ἀνθρώπος ἐπιμέλειται, ὅτι ἀνθρώπος ἰγάννι, ἀλλὰ τῶν τῶ ἰγάννι. Qui corpus curat, non hominem, nec ea quæ sunt hominis, curat, sed instrumentum: qui vero pecunie et id genus aliis rebus studet, nec hominem curat, nec hominis instrumentum, sed ea, quæ ipsi instrumento serviunt. Non sine strepitu talia jactabant veteres, quum sic dogmata non modo falsa et stolidâ, sed pestilentissima.*

§. CXLII.

Ex quibus porro colligimus, 4) non sejungenda esse Officia hæc officia, adeoque 4) nec mentem, nec corpus negligi oportere: 6) si tamen contingat, ut utriusque


tis fieri non possit, ex pluribus bonis vel perfectionibus, quas simul adsequi non possumus, nos præstantissimam ac summe necessariam eligere, (§. XCIV. *) sejungenda ac proinde, 7) quum mens corpore sit multo præstantior, (*Elem. phil. mor. §. XIII.*) perficiendæ menti nostræ tunc magis, quam corpori, studere, at 8) neutram tamen nostri partem plane negligere debere. *)

*) Itaque contra officium faciunt, qui ita curant corpus, ut mentem obbrutescere patiantur. Sed ii non magis satisfaciunt officio, quid doctrinæ atque intellectus perficiendæ studio ita immorantur libris, ut iis immoriantur. Neutrum ergo officium negligendum, quamvis si quis e. g. studio theologico consecratus, non tantum sibi vel otii, vel sumptuum, super esse videat, ut studia quædam, quæ theologum alioquin ornant, nec tamen abscisse sunt necessaria, cum theologia conjungat, is omnino recte et ordine facere videatur, si id quod præstantius est, minus præstanti, necessarium minus necessario præferendum existiment. Rem solide explicavit. Cel. Wolff. *ibid. §. CCXXV. sequ.*

§. CXLIII.

Quod ad TOTUM HOMINEM attinet, ejus perfectio et felicitas in eo consistit, ut unio mentis et corporis maneat salva, quia divulsis istis partibus, mens quidem tamquam immortalis, superstes est, (*Elem. phil. mor. §. XIII.*) non autem homo. Quandoquidem vero homo VIVERE dicitur tantisper, dum unio illa mentis et corporis salva est; MORI vero simul ac partes illæ essentialia à se invicem divelluntur: consequens est, 9) ut homo ad vitam conservandam, ac 10) proinde ad evitandam mortem, ac destructionem, omnino sit obligatus, nisi 11) mens, de præstantiore bono per mortem consequendo certa, mortem non quidem ultro eligat, sed imminentem sibi animo forti ac intrepido obeat. *) (§. CXLIV. *)

*) Ita que insaniisse dixeris Hegesiam *πρὸς ἑβραίων*, qui hominem ad consciscendam sibi mortem obligatum esse, existimabat, idque tanto argumento um adparatu persuadebat hominibus non magis sanis, ut catervatim se in mare projicerent. Cic. *Tusc. Quest. I. 34. Valer. Max. VIII. 9.*



Quum enim eum emotæ mentis esse, merito judicemus, qui sui ipsius concipit odium: (§. CXXXIX.) ea, quæ somniavit fecitque ille Hegesias.

Non sanis esse hominis, non sanus jures Orestes, maxime quum omnia referret ad voluptatem, nec futuræ alicujus felicitatis spes atque expectatio vitam hanc illi acerbiorrem mortemque suaviorem redderet. Contra nihil præter officium optabat Apostolus, dum cupiebat dissolvi, non martyres eo nomine erant reprehendendi, qui certa spe futuræ gloriæ freti, nullos cruciatus, nullumque supplicium pertimescebant, quia quod malum minus nos majori malo subducit, bonique præstantioris reddit participes, potius bonum, quam malum est. (*Elem. phil. mor. §. CLII. 12. jucto §. CLI. 8.*)

§. CXLIV.

Inde porro colligimus, 11) contra officium agere, qui ipsi sibi violentas manus inferunt. Quod et aliis modis facile potest demonstrari, veluti quod hujusmodi actio naturæ amoris et boni indoli repugnat, adeoque contradictionem involvit: (*Elem. phil. mor. §. CLIII. **) quod mors hujusmodi voluntaria non potest consistere cum illa fiducia in Deo collocanda, mentisque adquietantia in voluntate Dei, quas supra inter officia hominis erga Deum esse probavimus. (§. CXXXIV.) Sed adjicere jam juvabit hoc unum argumentum: Homo tenetur hominem amare, tanquam, se ipsum: ac proinde se ipsum tamquam, alios homines. (§. XCIII. 65. 66.) Atqui amor justitiæ non patitur, ut hominem occidamus. Idem ergo non patitur, ut nos ipsos occidamus. *)

*) Ast ita philosophandum cum iis, qui scientes et prudentes in se ipsos sæviunt: non cum iis, qui ex furore vel insania sibi inferunt manus. His actio tam tristis ne imputari quidem potest: (§. CVI. 29.) illis, quum sine causa tale quid fecisse videri nequeant, vel conscientia criminis, vel calamitatum, quibus excruciantur, magnitudo, vel metus diræ atque ignominiosæ mortis consilium tam truculentum extorquet. Quarum causarum prima manifesto non excusat, quum supersit medium, cum conscientia redeundi in gratiam. Reliquæ non destituuntur colore, quia ex duobus malis physicis merito minus videtur eligendum. (*Elem. phil. mor. §. CLII. * 2.*) Sed quum

nec

nec malum physicum sit mors voluntaria, sed morale, quod eligi non potest, et calamitas dolorque concipi vix possit, quem non adquietantia in voluntate Dei lenire possit ac debeat: quin et plerumque furor non postremus sit, ne moriari, mori: Martial. *Epig. II. 80.* ne his quidem casibus dici potest, suæ quemque vitæ mortisque esse arbitrum. Wolff. *Pphilos. moral. §. CCCXL. sequ.*

§. CXLV.

Ex iisdem axiomatibus, paulo ante (§. CXLIII.) explicatis, patet, 12) non minus contra officium facere, qui immodicis laboribus, vel 13) luxu et libidine, sibi mortem accelerant, vel 14) valetudinem parum curant: quique 15) nec necessitate, nec officio urgente, pericula ultro adeunt, eaque ratione ipsi sibi suo jumento malum arcessunt. *)

*) Quisquis enim actionis alicujus auctor vel causa est, ei actio illa jure imputatur. (§. CV. 22.) Quis vero dubitet, quin mortis suæ causa sit, qui se intolerabili labore excruciat? qui luxu & libidine vires corporis animique deterrit prosternitque, qui valetudinis nullam habet rationem, periculis manifestissimis sese præter necessitatem objicit? Quum ergo vel in foro humano ex lege Cornelia scariarius habeatur, non solum qui dolo malo occidit hominem, sed et, qui neci causam præbuit: l. 16. §. 8. *D. de pæn. l. 1. D. ad L. Cornel. de scar.* quis dubitet, quin multo magis in foro divino reus propiciidii futurus sit, qui sibi ipse mortis causam præbuit?

§. CXLVI.

INTELLECTUS humani perfectio procul dubio in cognitione veri et boni consistit. (*Hist. philos. §. I.*) Ad quam adsequendam, conservandam, amplificandam, hominis quum homo sit obstrictus: (§. CXL.) consequens est, ratione 16) ut unumquemque oporteat de acquirenda sibi mentis perspicacitate, facultateque verum et falsum, bonumque et malum discernendi laborare, 17) nullamque occasionem sive ex aliorum institutione, sive ex libris, sive per experientiam, veritates utiles, præceptaque de bono et malo *) adiscendi prætermittere, et 18) si

for-

Ac proinde mors voluntaria injusta est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

Officia hominis intellectus cultura ejus omnibus communis.

forte ejus sit conditionis, ut omnia, quæ utilia essent, addiscere non possit, eum vel saltem id, quod optimum maximeque necessarium est, tanto accuratius veluti in numerato habere debere. (§. CLXII. 6.)

*) Hæc cognitio omnibus peræque necessaria est, partim quod voluntas non potest adpetere, nisi quod intellectus sibi, tamquam bonum, repræsentavit, nec aversari, nisi quod illa tamquam malum agnovit: (§. XXX. 5.) partim quod imputantur actiones, etiam ex ignorantia admixtæ, quatenus legem et potuit et debuit homo perspectam habere. (§. CVIII. 37. 38.) Recte ergo Sophocles in *Antigone* v. 1321. πῶνδ' ἔσθ' ἡδὲ τὸ εὖ γινώσκων ἰσχυροῦς ἀγῶν ἡνάγκη. *Sapere ad beatitudinem præcipuum est.*

§. CXLVII.

Et singulis propria.

Ex qua postrema propositione (CXLVI. 18) porro consequitur, 19.) ut, quemadmodum ad officia, adhuc recensita omnes peræque obligati sunt: ita 20) speciatim quisque ad eam intellectus culturam sit obstrictus, quæ ejus indoli ingenique viribus, nec non fini et vitæ conditioni conveniat, ac proinde 21) suam quisque indolem suasque vires accurate exploratas habere debeat; 22) vix quippe excusandus, si quod vitæ genus, cui minus idoneus sit, temere atque invita Minerva, vel ipse eligere, vel 23) aliis in potestate sua constitutis vel disciplinæ suæ creditis obtrudere non dubitarit. *)

*) Itaque cultura, ad quam obligati sumus, intellectus alia GENERALIS est, ad quam omnes homines peræque obligati sunt, de qua §. CXLVI. alia SPECIALIS, ad quam singuli tenentur, de qua hoc §. CXLVII. Illius fundamentum est ratio, quam cum omnibus hominibus communem habemus, quamque pro virili perficere tenemur omnes: hujus vero cujusque indoles, id est, vires iudicii, intellectus et memoriæ, quæ quum non apud omnes eadem, nec eodem gradu sint: non omnes homines ad idem vitæ genus idoneos esse, facile patet. Hinc porro colligimus, VOCATIONEM DIVINAM SPECIALEM, (si ab instinctu divino atque extraordinario discedamus,) nihil aliud esse, quam voluntatem Dei de certo vitæ genere ab homine eligendo, per do-

tes

tes animi ac corporis ei concessas declaratam. De qua Persius Sat. III. v. 71.

Quem te Deus esse

Jussit, et humana qua parte locatus es in re, Disce.

§. CXLVIII.

VOLUNTATIS perfectio consistit in adpetitione et fruitione boni, malique aversatione. Quumque bonum non adpetamus nisi cujus præstantiam intellectu præ-lucente perspeximus, nec aversetur, nisi quod tamquam malum cognovimus: (§. XXX. 5.) ex eo quoque merito colligimus, 22) non adquiescendum nobis esse in qualicumque boni malique cognitione, sed operam dandam, ut ea viva sit, et efficax: 23) Non modo bonum qualecumque esse adpetendum, sed ex pluribus bonis præstantius magisque necessarium, 24) immo ne malum quidem aversandum esse, quod non majoris boni participes reddere possit: denique, 25) bonum sumum præ aliis adpetendum, et reliquis bonis omnibus æquo animo carendum esse, si illo sine his potiri non possimus. *)

*) Hinc jam alibi ostendimus, falli eos, qui summam felicitatem, ad quam in hac vita conititur, in fruitione omnium bonorum consistere existimant: veluti Platonem apud Ciceronem *Quest. Acad. I. 6.* Id enim cum non cadat in hominem, nec in hujus vitæ conditionem: consequens est, ut saltem ad adsequendum bonum sumum ac præstantissimum, quod τὸν ἀγαθὸν μισθὸν eleganter vocat Servator, *Luc. X. 42.* omne studium conferre teneamus. (*Elem. phil. mor. §. CXXXIX. sequ.*)

§. CXLIX.

Præterea, quum is, qui obligatus est ad finem, is & ad media sit obligatus: consequens est, 26) ut nihil eorum, quæ recta ratio præscribit, ad summam felicitatem contententibus, et quæ alibi (*Elem. phil. mor. §. CCXLIX. seq.*) explicavimus pluribus, præmittendum, sed 27) de emendanda mente 28) adfectibus ratione regendis, *) 29) vitiis denique magis ma-

gis-

gisque animo evellendis, dies noctesque serio cogitandum sit.

*) Sæpe enim soli illi animi impetus hominem ita in transversum agunt, ut sine suo excidat, et vel vera felicitate careat, vel tristem ejusdem faciat jacturam. Præterea generatim non faciet umquam officium, quisquis adfectus non habet in potestate, quippe qui ita pervertunt distorquentque animi iudicium, ut nihil recte et ordine fiat. (*Elem. phil. mor. §. XXXV.*) Papin. Stat. Thebaid. Lib. X. v. 626.

Ne frenos animo permitte calenti:

Da spacium, tenuemque moram, male cuncta ministrat.

Impetus.

Nimirum ratio ipsa, cui fræna traduntur, tamdiu potens est, quamdiu diducta est ab adfectibus. Si miscuit se illis, et inquinavit, non potest continere, quos submovere potuisset. Com-mota enim semel, et concussa mens ei seroit, à quo impellitur.

Seneca de ira I. 7.

§. CL.

Superest CORPUS, cujus perfectio quum in eo consistat, ut omnes ejus partes ad motus necessarios idoneæ sint: ex hoc quoque consequitur, 30) ut obligati simus ad tuendam sanitatem, ac proinde 31) et in cibo potuque capiendū, et 32) in laboribus, et 33) in exercendo corpore omnia ad tuendam valetudinem, agilitatemque, et vires tanto majores acquirendas, referre, *) contra ea 34) omnem corporis destructionem et mutilationem membrorum à nobis, quantum fieri potest, amoliri teneamur.

*) Sed hic quoque status quisque sui et conditionis rationem habere tenetur. Aliud enim robur, aliam agilitatem, dexteritatemque requirimus in pugile, quam in fabro: alia omnia in fabro, quam in milite, alia in milite, quam in viro docto. Ex quo patet exercitationes quoque corporis non in omnes easdem cadere, adeoque prudentia hic opus esse, ut et finem quisque suum ob oculos habeat, et media se digna eligat. Quin et ætas discrimen facit. Senex, si sapit, non vires desiderat adolescentis, non plus, quam adolescens tauri aut elephantis, ait Cicero Cat. maj. Cap. IX. Ac proinde et senis alia erit exercitatio, quam juvenis

nis. Id. *ibid.* Cap. XI. Pugnandum tamquam contra morbum, sic contra senectutem. Habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. cetera.

§. CLI.

At frustra hæc omnia urgentur, si quis ea paupertate prematur, ut sibi nec salubrem victus rationem imperare, nec laboris modum suo arbitrio statuere possit. Ac proinde 35) facile intelligitur, carere hominem non posse adparatu rerum, ad vitam statumque suum decore tuendum necessariarum. Qui adparatus quum FACULTATUM, vel, si adfluentior sit, OPUM vel DIVITIARUM nomine veniat: consequens est, 36) ut unusquisque obligatus sit ad tantas facultates, quantas justis mediis parandi occasio est, acquirendas, 37) justeque acquisitas conservandas, et 38) prudenter dispensandas.*

*) Non ergo ideo probamus AVARITIAM. vitiorum omnium pestilentissimum pariter ac turpissimum. Avarus enim opes opum causa querit, homo seipsum prudenter amans vitæ decore agendæ causa. Illi nullum lucrum sordet, nec medium ullum corradendæ pecuniæ tam turpe ac injustum est, quo non utendam existimet Euclio, cui semper, si non in ore, at in mente, est illud *νεχρὸς ἄναξ*.

O cives, cives, querenda pecunia primum:

Virtus post nummos.

Hic non corradit opes, sed occasione illas joste acquirendi injicit manum. Denique quum avarus semper querat, et inventis miser abstineat, et timeat uti: multo aliter rationes componit vir sapiens, cujus vox est illa Horatii *Epod. I. v. 31.*

Haud paravero,

Quod aut avarus ut Chremes terra premam,

Discimus aut perdam ut nepos.

Prudenter ergo dispensat facultates, ne cogatur aliena quadra vivere, vel alios pecunia turpiter emungere, ne inimicis sit ludibrio, ne creditores et improbi foeneratores limina sua dies noctesque obsideant, ne desit, quo amicos & indigos juvet, ne denique jam mortuus à liberis, sua culpa mendicantibus, jure accusetur. Quis vero hæc ad boni viri officium pertinere neget?

O

§. CLII.

§. CLII.

Adeo- que ad obtineri nequeat, nullum autem sit medium, facultates necessarias sibi parandi justius labore ac industria, unumquemque ad labores in eo, quod semel elegit, vitæ genere forti animo obeundos, omnemque adhibendam diligentiam, esse obligatum, ac proinde 40) contra officium facere eum, qui ideo, quod vitam ocio transigit, cum summa inopia ac ignominiosa paupertate conflictatur, quum contra 41) nemini imputari possit paupertas, qui, quamvis nihil, quod suarum partium sit, prætermittat, publica tamen vel privata calamitate fortunis evolvitur, (§. CVI. 27.) vel 42) cui citra suam culpam nulla rem faciendi occasio est.* (§. CXIV. 56)

*) Utrumque ergo ad boni viri pertinet officium, & occasio nem aliquid acquirendi non dimittere è manibus, et honestam paupertatem æquo animo ferre. Utrumque præstitit Jobus, qui et opes honestis mediis quærere, & paupertatem ferre didicerat. Jungit utrumque officium & Horat. Carm. III. 29. v. 53. qui de fortuna volabili suo more conquestus:

*Laudo, inquit, manentem, Si celeres quatit
Pennis: resigno, quæ dedit, et mea
Virtute me in volvo, probamque
Pauperiem sine dote quæro.*

§. CLIII.

Itemque ad tuendam et amplificandam **EXISTIMATIO**, quæ in benigno aliorum de virtute ac perfectionibus nostris iudicio consistit. Cujus enim de virtute et perfectione omnes bene sentiunt: eum dignum felicitate iudicant, ac proinde nihil eorum, quæ ad illam adsequendam, conservandam, amplificandamque

que pertinent, prætermittunt. Itaque **EXISTIMATIO** medium erit adsequendæ, conservandæ, amplificandæque felicitatis, ex eoque sequitur, 44) ut uniuscujusque sit, servire famæ atque existimationi, *) et 45) publicis privatisque in rebus, quæ ratio præscribit, præstare, denique 46) eam non modo præclaris actionibus tueri, sed et 47) si fieri possit, quotidie amplificare.

*) Quum vero hoc et eorum sit officium, qui nulla unquam turpi actione vel enormi facinore aliorum de se opinionem vel deminuerunt vel extinxerunt: quanto magis ad id obligatos dixeris eos, quorum fortassis adolescentia vituperatione et odio non caruit, ut hanc labem eluant virtute, ac proinde famæ serviant? Exemplo esse potest Themistocles, de quo Cornelius Nep. Cap. I. *Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam quum judicasset, si summa industria non posse eam extinguere: totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis FAMÆQUE SERVIENS. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.* Sic Titum quoque Cæsarem, cujus animus in prima adolescentia veluti à seipso exerraverat, pudore ignominiaque metu à vitis retractum esse, observat Sueton. Tit. Cap. VII. Alia exempla dabit Valer. Maxim. VI. 9. Macrobi. Saturn. II. 9.

§. CLIV.

Quumque uniuscujusque ad officium pertineat, famam atque existimationem tueri, (§. CLIII. 46.) eam Et re- vero sæpe deminuant aliorum CALUMNIÆ, id est, mendaces de vitiis ac imperfectionibus nostris sermones: calum- consequens est, 48) ut nihil, quod ad calumnias re- ipsa et verbis refellendas pertinet, omittendum sit, 49) nisi forte illæ tam putidæ videantur, *) 50) vel auctor tam levis sit, ut eas generoso contemptu vindicare præstet.

*) Vocantur hæc **MANIFESTÆ CALUMNIÆ**, quas qui verbis operose refellendas existimant, ne is magno conatu maximas nugas agere velle videtur. Non magis illæ virum bonum terrent, quam latratus catellorum. Et qui eas effutit, is non alterius, sed suam, existimationem turpiter evertit. Simplicius Comment. ad Epictet. Cap. LXIV.

λάβοι, ἢ τὸ συμπλαγμένον βιβλαπται. αὐτὸ γὰρ ἔχα τὸν ἰαυτὸ ἀπόθεον. ἀλλ' ἢ ἀπαύθλιον περὶ αὐτὸ ἴτω καὶ ἢ παρὰ τὸ κατὰ ἔχον λοιδοροῦν σὲ ἢ κακιστοῦν, αὐτοῖσι τινὲ βιβλαπται, σὲ δὲ ἢ βιβλαπται, ἢ δὲ πιπρονδὰς τι κακίον: Veluti: Si dies est, sol super terram versatur. Hoc si quis falsum putet, non ipsum comexum damnnum facit, cui sua constat veritas, sed is, qui falsum de eo sentit. Sic etiam qui secus, ac decet, te conviciatur, aut malefacit, ipse est, cui noceatur, tibi vero ne nocitum quidem est, neque mali quidquam datum. Aliud tamen dicendum de CALUMNIA SPECIOSA, id est, ea, quæ cum aliqua probabilitate conjuncta est, et hic non modo incautos, sed et prudentiores, fallere potest. Hanc enim qui justis modis non reprimat, nec pudorem purgat, is diffidere causæ suæ videbitur, ac proinde non satisfacit officio, quod existimationem et famam, quæ cum vita pari passu ambulat, pro virili tueri jubet.

§. CLV.

Quamvis vero justissimus hic sit sui ipsius amor: nullum tamen dubium est, quin incidat in vitium, simul ac quis turbato amoris ordine, in se ipsum vehementiore amore, quam in ens perfectissimum, putat DEUM, fertur. (§. XCII. 63) Atque inde collegimus jam supra, (§. CXL.) tum demum justam rationem habere omnia hæc officia erga nos ipsos, si ea cum amoris divini violatione non sit conjuncta. Ex quo facile patet, (§. 51) non semper verum esse quod vulgo jancant, necessitatem non habere legem.*)

An officia erga nos ipsos ob necessitatem præferenda officiiis erga Deum?

*) Ea regula nihil frequentius in ore hominum est, eaque ita vulgo utuntur, ac si ex tripode audita esset, et quasi nihil sit turpe et nefarium, quod excuset necessitas. Euripid. in fragm. ex Hyppolyt. oblect.

Ἐγὼ γὰρ φημί, καὶ τίμιον γὰρ μὴ σέβειν
Ἐν τοῖσι δαιμόσι, τῶν ἀναγκάσιων πάλιν.
Quoties periculum est, ex mea sententia
Necessitati debet et lex cedere.

Claudian. in Eutrop. Lib. II. v. 596.
Suprema pericula semper
Dant veniam culpe.

Atqui si hoc abscesse verum esset: adversus se ipsos graviter peccassent martyres, qui, insuper habito illo necessitatis favore, nullo cruciatuum genere adduci se passi sunt.

sunt, ut aliquantulum thuris flammæ injicerent: nec minus stolidè egisset Josephus, qui vitæ libertatisque adire periculum, quam heræ libidini servire maluit. Quin nemo sanus vitio verteret militi fugam, si, imminente hoste, cui se resistere non posse animadverit, stationem deserere non dubitet. Plura exemplâ jam addere supervacuum esset, quum vel hæc satis ostendant, non usquequaque veram ac solidam esse hanc regulam.

§. CLVI.

Quum ergo regula hæc non semper, at aliquando tamen, officio suo fungatur (§. CLV. 51.) consequens est, (§. 52) ut diversi casus distinguendi sint, quumque in hujusmodi actione, quam nobis imperiosa necessitas extorsit, nulla circumstantia alia rem variare possit, quam vel NECESSITAS ipsa, vel LEGIS natura, vel OFFICII, quod prætermittendum est, indoles: facile patet, (§. 53) hæc tria paullo accuratius ac distinctius esse considerata, si quatenus necessitas habeat legem, vel non habeat, explorare velimus.


Favor necessitatis quod habeat fundamentum.

§. CLVII.

Per NECESSITATEM hic intelligimus statum hominis, in quo legi sine periculo suo parere non potest. Quod periculum, quoties ad ipsam vitam pertinet, necessitas erit EXTREMA, quoties ipsi vitæ non imminet, pro magnitudine periculi MAJOR, MINORVE appellabitur. Ita et ABSOLUTA est necessitas, quæ evitari nullo alio modo potest, quam violata lege: RESPECTIVA, quam alius quidem, at non hic homo, qui jam in illa versatur, evitare posset.

Necessitas quid et quotuplex?

*) Ita NECESSITAS EXTREMA imminebat martyribus, quibus aut durissimum subeundum supplicium, aut Christo maledicendum erat. Non vero extrema erat necessitas, qua Christianos ad defectionem impellere conabatur Julianus ὁ πα. ἀβάρης, dum eos abs litterarum studiis, honoribus, militia repellebat. ABSOLUTA erat necessitas, in qua versabatur Daniel, bestiis obficiendus, nisi preces intermisisset: RESPECTIVA, qua cum confictabatur David, dum ei aut fame percundum, aut panibus sacris



cris vescendum erat. Alius enim, qui sine præcipiti fuga inter fecisset, facile procul dubio alium reperisset panem, quo expugnasset inediam.

§. CLVIII.

Jam facile quisque animadvertet, 54) in censum hic non modo venire necessitatem EXTREMAM, sed et eam aliquando, in qua vita non periclitatur. Quum enim quædam sit calamitates ipsa morte acerbiores: quis dubitet, quin viro etiam constantissimo terrorem injicere possint dolores intolerabiles, orbitas oculorum, et similes ærumnæ? Præterea quum ubi effugium patet aliud, ex duobus malis physicis minimum eligendum sit: (*Elem. phil. mor. §. CLII.**) consequens est, 55) ut absoluta quidem necessitas favorem mereatur, (§. CLVII.) 56) respectiva tum demum, si quis non suo sibi jumento hoc malum invenerit.*

Quæ necessitas favorem mereatur?

* Si quis se ultro periculo offert, causa est illius necessitatis, in qua versatur, ac proinde ipsi eventus potest imputari. (§. CV. 22.) Cui actio imputatur, eum nihil excusat, adeoque nec excusabit necessitas, si per eum sterit, quo minus illa urgeretur. Hinc vix favorem meruit necessitas, in quam se conjecerat quidam, qui propositum adversus Christianos edictum diripuit consciditque, statimque productus non modo tortus, sed et legitime coctus est, teste Lactantio *de mort. persecut. Cap. XIII.* Si ergo in his constitutus augustiis aliquid egisset adversus honestatem et justitiam, tantum ut mortem et cruciatus subterfugeret, quis negaverit, eum male egisse? Exemplo esse potest Quintus quidam cujus in Epistola de martyrio Polycarpi meminit ecclesia Smyrnensis, qui, quum sponte se obtulisset martyrio, et alios ad idem faciendum perpulisset, visis bestiis, per genium Cæsaris juravit, nefandoque sese polluit sacrificio. Quare Smyræni graviter monent: *Δὴ τὸ ἐν ἀδελφοῖς, ἐν ἁγιῶν τε ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων ἐκ ἡμῶν διδάσκει τὸ ἐναρπάξαι. Non itaque, fratres, non probamus eos, qui ultro accedunt, ac semet ipsos produnt, quum aliter præcipiatur ἐν Ἐυαγγελίῳ. Similia habes apud Origenem ad Jo. XI. 35. Tom. XXXI.*

§. CLIX.

§. CLIX.

Lex porro quum vel DIVINA sit, vel HUMANA, eaque, vel AJENS, vel NEGANS, (§. LXIV. 9.) homo vero, etsi summus imperans, neminem obligare possit ad mortem gratis subeundam: consequens est, 57) et divinitus leges HUMANÆ regulariter intelligendæ sint cum exceptione necessitatis.* Idemque 58) dicendum videatur de DIVINIS AJENTIBUS, vel AFFIRMATIVIS, quia nemini imputari potest omissio actionis, si agendi desit occasio. (§. CXIV. 56.) nisi forte 59) actionis intermissio ita sit comparata, ut tendat in summi Numinis injuriam, siquidem tunc lex simul concurrat negativa, quod nihil faciendum sit in Dei ignominiam. (§. CXXXI. 36.) Quod referimus factum Danielis. *Dan. VI. 10.*

Leges humanæ adfirmativæ admittunt exceptionem necessitatis.

* Omnia hæc liquida videntur. Homines dum se imperio civilis subjecerunt, in imperantem contulerunt omnia, sine quibus finis civitatum obtineri non posset. Hinc et jus vitæ et necis ei concesserunt, at non promiscue, quia id fini civitatis refragaretur sed tantum, si id exigat salus populi vel reipublicæ. Itaque nec cives legibus suis obligare potest ad mortem gratis subeundam, sed eo tantum casu, si id exigat salus populi et reipublicæ: adeoque ejus leges regulariter intelligendæ sunt cum exceptione necessitatis. Hinc eleganter Grotius *de jure belli et pac. I. 4. 7. v. 2. Ferri ab hominibus leges solent et debent cum sensu humane imbecillitatis.*

§. CLX.

Contra ea quod ad leges divinas NEGANTES attinet, illæ ad officia vel erga ipsum Deum, vel erga nos ipsos, vel erga alios homines nos obstringunt. (§. XC. CXXIV.) Quæ ad officia erga ipsum Deum pertinent, in se ita sunt comparata, ut sine ignominia Dei numquam intermitti possint. Quum vero ad ea omnia, quæ cum ignominia summi Numinis conjuncta sunt, omittenda simus obstricti: (CXXXI. 36.) consequens erga Deum est, 60) ut nullus sit tantus necessitatis favor, qui hominem, leges divinas negativas de officiis erga Deum violaturum, posset excusare.* Contra 61) si duo

Non autem leges divinas negantes, quæ ad officia non ipsos pertinent.

col-

colliduntur officia erga nos ipsos, nihil tutius est, quam ut ex duobus malis physicis, quod minimum est, eligamus.

*) Hinc factum suum excusare non potest, qui quacumque necessitate adduci se passus est, ut in Deum esset blasphemus, idolis sacrificaret, perjurove se pollueret. Quod et ipsi non negarunt scriptores profani, veluti Juvenalis, *Stat. VIII.*

*Ambigua si quando citabere testis
Incertaque rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, et admoto dicet perjuriam tauro,
Summum crede nefas, animam præferre pudori
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

Quamvis vero excusare se nequeant, qui quid tale admiserunt, necessitati succumbentes: non tamen permittit humanæ imbecillitatis sensus, ut eorum vicem non doleamus, quos à constante proposito dimovit imperiosa hujusmodi necessitas, quum noverimus, ipsi Petro, Christum Servatorem neganti, datam esse veniam, quando eum facti poenituit. *Matth. XXVI. 75.*

§. CLXI.

62) Quæ ad officia erga alios homines pertinet, leges agentes favorem necessitatis non respuere certissimum est, partim quod omissio actionis imputari non potest, si deest agendi occasio, (§. CXIV. 56.) partim quod amoris leges nos non obligant, ut alterius felicitate magis, quam nostra delectemur, adeoque illud vehementius, quam nos ipsos, amemus. (§. XCIV. 65.) Et eatenus 63) verum est illud: *Proximus ego-favorem met sum mihi.**

Leges
divinæ
agentes
de offi-
ciis erga
alios ad-
mittunt
favorem
met sum
mihi.*

*) Sic e. g. lex divina non obligat quemquam, ut alium servet, ipseque pereat, vel ut ipse esuriens, quod superest, panis frustulum alteri det. Id ne ipsa quidem sanctissima lex amoris, quam sacræ literæ Christianis inculcavit, exit. *II. Cor. VIII. 13.* Quare recte Seneca de *Benef. II. 15. Dabo agenti, sed ut ipse non egeam: succurram perituro, sed ut ipse non peream.* Nec aliud in animo habuere scholastici doctores, dum finxerunt regulam: *Ordinata charitas incipit a se ipsa.*

§. CLXII.

§. CLXII.

Porro NEGANTES leges de officiis erga alios objecta à Deo necessitate, vel cum officiis de conservatio- An ex-
ne nostri ipsius, vel de perfectione nostra ac felicitate negan-
te tuenda amplificandaque, colliduntur. Priore casu, tes, si
quum alterum non magis, quam nos, amare teneamus, si
necessi-
tas sit à
Deo?

(§. XCIV. 6.) 64) procul dubio, incumbente nobis necessitate, quælibet honesta ratio est expediendi salutem, dumne per nos stetit, quo minus durum illud necessitatis telum declinarem, vel par sit omnium conditio, quia æqualis adversus æqualem nullo favore utitur: (§. CLVIII. 56.) posteriore 65) satius est, nos perfectione aliqua vel felicitate carere, quam alterum perire, ut nos majore perfectione vel felicitate potiamur.*

*) Nam perfectione aliqua vel felicitate carere malum est physicum, si per nos non stetit, ut illa potiremur. At perdere alterum, malum est morale, quod semper majus malo physico habendum est. Quum vero ex duobus malis physicis eligendum sit minus, ac proinde ex concurrentibus malis physico et morali, physicum: (*Elem. phil. mor. §. CLII.* *) non sane peccabit, qui eo casu cum aliquo detrimento suo alium conservare periculumque ab eo amoliri cupiat. Hinc quamvis non reprehendus sit, qui in naufragio inhærens tabulæ, alterum eandem, utrique non suffecturam, adprehensurum depellit: inexcusabilis tamen omnino videretur, qui spe majoris felicitatis, amicum proderet, quem salva religione prode non poterat.

§. CLXIII.

Et hæc justam habent rationem, si ipsius Dei O. Si ea-
M. providentia à malis contingat, ut in ea necessitate dem sit
versemur. (§. CLXII.) Nam si à malitia hominum est à mali-
illa calamitas: aut id illi agunt, ut pereamus, aut ut tia ho-
necessitatem peccandi nobis imponant. Priore casu, minum?
quum alium, nedum pravum, hominem vehementius, quam nos, amare non teneamur, (§. XCIV. 65.) 66) merito erit excusandus, qui alium, quam se perire malit. Postiore 67) dira quævis potius erunt feren-
P. da

da, quam ut quidquam, quod cum ignominia Dei conjunctum sit, admittamus. *) (§. CXXXI. 6.)

*) Hinc si vita nostra incidat in insidias telaque latronum: quælibet honesta ratio est expediendi salutem; quia nulla nos obligat ratio, ut latrones potius, quam nos ipsos, servemus. At male sibi consulisset Josephus, si vincula magis timuisset, quam adulterium, ad quod eum pellicere cupiebat uxor Putipharis. Latrones enim id agunt, ut pereamus: Putipharis uxor Josepho necessitatem peccandi imponere cupiebat.

§. CLXIV.

His observatis regulis, quarum plerasque jam alii acute invenerunt, *) non difficile erit, de variis spectibus, quas PUFENDORFFIUS, et alii proponunt, judicium adicere; quamvis, si recte ponas calculum, multi fingantur casus, qui rarissime contingunt: plures, ubi omnia uno temporis momento transiguntur, intra quod vix de justitia injustitiaque actionis suscipiendæ intermittere tendæ quidquam, adhibita in consilium ratione, statueri liceat. Nimirum cuivis, qui extra teli jactum est, quid factu opus sit, expensis in utramque partem rationibus, judicare non adeo difficile est, quum illi, qui in præsentissimo periculo versatur, in arena capiendum sit consilium. Ut non male de hujusmodi casibus usurpare possis illud poetæ:

Facile omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus,

Tu, si hic esses, aliter sentires.

Terent. *Andr. I. 1. v. 9.* Ergo hic multa Dei potius judicio ac misericordiæ relinquere, quam ad vivum omnia resecare, præstiterit.

*) Proposuit jam has regulas, saltim plerasque, Thomas, *Jurisp. div. II. 2. 143. sequ.* non ex iisdem tamen, quibus nos hic utimur, principiis derivatas. At postea idem eas sequestratas è jure naturæ, et regulam unam revocantem voluit: omnes leges habere tacitam exceptionem necessitatis. *Fundam. jur. nat. et gent. II. 2. 19. †.* Nobis nulla videretur ratio suadere, ut omittamus vel sequestemus exceptiones, quas ex ipsa recta ratione fluere, ea, quæ diximus, abunde ostendunt.

§. CLXV.

§. CLXV.

Sic nemo dubitaverit, 68) quin necessitas excusatura sit hominem, quem in eo articulo fortuna deprehendit, ut ei aut pereundum, aut membro aliquo carendum sit, si ense recidendum putet membrum, ne pars sincera trahatur. Quum enim utrumque officium de servanda vita integritateque membrorum nobis ipsis debeamus, in his vero tutissimum sit, ex duobus malis physicis, id, quod minimum est, eligere, (§. CLX. 61.) denique minus omnino malum sit, membro, quam vita, carere: quis neget, medium istud, vitam jactura membri alicujus redimendi esse justissimum? *)

*) At difficilior est quæstio, an hæc sit lex naturæ præceptiva, et is contra officium faciat, qui in ancipite isto periculo constitutus mori malit, quam dolores, quibus ferendis se imparem existimat, persentiscere? maxime quum non adeo certa spessit, quæ de sectione illa concipitur, et non minus multi, qui hos cruciatus mira constantia pertulerunt, perire, quam servari, soleant? Sane senectus, imbecillitas corporis, morbi indoles, medicorum dissentus, ipsiusque chirurgi in hac encheiresi imperitia et ruditas, in tantillo temporis momento, facile subigent animum, ut medicinam illam ipsa morte acerbiorum putet, et sine tam exquisitis doloribus mori, quam incertam salutem intolerabili cruciatu redimere, malit. Quare hic moniti paulo ante dati (§. CLXIV.) memores, *inixæ*, et rem Dei judicio et misericordiæ committere, quam de hominis in tanta necessitate constituti conscientia temere judicare malimus.

§. CLXVI.

Nullum quoque dubium est, 69) quin, qui in extrema fame cibo quocumque, etiam carne mortuorum hominum, vitam misere tolerarunt, excusandi sint: quum et hic collidentur bina officia, quæ nobis ipsis debemus, ac proinde ex duobus malis physicis, morte, et alimentis, alioquin detestabilibus, minimum omnino eligendum videatur. (§. CLX. 61.) At 70) non ex-

An liceat abscondere membrum vitæ servandæ causa?

An carnea humana vesci fas sit in extrema fame?

cusandus, qui alterum obruncat, ut ejus carne pas-
tus miseram vitam extendat: quia, quantacumque sit
longæ inediæ imperiosa necessitas, ea tamen jus non
dat in vitam alterius, nec fas est, alteri eam eripere,
ut ipsi conservemur, quia par hic est utriusque con-
ditio ac necessitas *, (§. CLXII. 64.)

*) At quid si omnes, pari necessitate pressi, in unius mac-
tationem consentientes rem sorti committant? Quo per-
tinet casus tristissimus de septem Britannis, quem ex
Tulpii *Observ. medic. I. 43.* refert Casp. Ziegler. *ad Grot.
de jure belli & pac. II. 1. 3.* Nihil vero hic mutandum. Ne-
mini enim in alterius vitam jus est. Et qui consentit in
caedem sui ipsius æque peccat, ac qui se aliumve occidit.
*Nec debuit quisquam vitam suam tam vilipendere, ut ejus jac-
tura alterius famem expleret. Nec reliqui etiam ideo in socium
suum revire debuerunt, ut stomacho suo consulere: recte
judicat Ziegler. ibid. p. 189. sequ.* Quibus non usquequaque
satisfecisse videtur Pufendorff. *de jure nat. et gent. II. 6. 3.*

§. CLXVII.

Aliud dicendum, 71) si quis naufragus apprehensa
tabula, uni tantum suffectura, alterum, manus ejdem
injicientem, vi repellat, vel 72) aliqui in scapham in-
silientes, reliquos, quos scapha ferre non potest, præ-
cipitent. Utroque enim casu non est par utriusque con-
ditio, quia qui tabulam adprehendit, quive jam sca-
pham prius occuparunt, in possessione sunt, ac proin-
de jure suo ab aliis, quamvis cum eodem periculo luc-
tantibus, privari nequeunt. Et quis non minus esse
malum animadvertit, aliquos perire, quam omnes, ma-
jus bonum paucos, quam nullum servari? *)

*) Ex quibus fundamentis et aliter decidi poterit casus de
militibus, in castrum vel urbem munitam confugienti-
bus, aliosque, paullo tardiores, excludentibus, ne hos-
tes una irrumpant. Quale est factum Pandari, de quo Vir-
gil. *Æn. IX. v. 722. seq.* aliorumque, de quibus Freinshem.
ad Curt. IV. 16. 8. Ubi tamen probe dispiciendum fuerit,
extremam et absolutam sit necessitas, (§. CLVIII. 55.) an
remotius adhuc periculum, et quod alia ratione, e. g. pau-
cis hostibus admissis, et reliquis dimisso clathro submo-

tis, evitari possit. Inde merito collaudanda Darii, Alexan-
drum fugientis, humanitas, qui, suadentibus aliis, ut
pontem Lyci fluminis rescinderet, *malle se, ait, insequentibus
iter dare, quam auferre fugientibus.* Curt. IV. 16.

§. CLXVIII.

Nec 73) magis excusarim carnificem, vel alium
quemcumque, qui hominem innocentem, proposito mor-
tis supplicio, occidere jussus, parendum existimat, et
imminentis supplicii periculum ad justam sibi excusatio-
nem sufficere credit. A malitia enim hominis est illa
calamitas, qui id agit, ut necessitatem peccandi im-
ponat carnifici. Quo casu dira quævis potius feren-
da, quam quidquam, quod cum ignominia Dei con-
junctum sit, admittendum. *) (§. CLXIII. 67)

*) Accedit, quod nihil agendum sit contra certam conscien-
tiam: (§. XLV. 35.) hic vero ponatur species, quod
carnifex certo sciat, sciendum sibi esse in innoxium cap-
t. Quis ergo eum admissi criminis absolveret? Nec rem
conficit distinctio Pufendorffii, utrum spiculatori hæc ca-
edes imputetur tamquam actio propria, an mera alieni fac-
ti exsequutio. Quamvis enim ille posteriore casu eadem
carnifici illi non magis imputari posse existimet, quam
gladio aut securi: *Fur. nat. et gent. I. 5. 9. VIII. 1. n. 6.*
multum tamen interesse arbitramur inter gladium vel se-
curem, tamquam res inanimatas, et hominem ratione
præditum, cui tam injustam exsequutio sententiam, ip-
sa conscientia reclamat.

§. CLXIX.

Contra ea 74) recte quis, imminente innocenti mor-
te, fuga sibi consulturus, alium sibi obstantem sub-
movet, quamvis se ei damnum illaturum suspicetur. An fu-
Sive enim alter ex malitia iter fugienti intercludat: gienti
necessitas est à malitia hominis, isque id agit, ut tem-
pro fugiens pereat. Sive non nocendi consilio obstet: ab terere li-
ipsius Dei providentia hæc necessitas fugienti objici-
tur. Utroque vero casu quælibet honesta ratio est ex-
pediendæ salutis, *) (§. CLXIII. 66. CLXII. 64.)

*) Nihil ergo moramur dissensum Alberti, *Com. Jur. Nat. or-
thod.*

Esquise, ô
Branquille

loc. nexa la
enxada, con sepi,
ô varandas.

ibod. conform. Cap. III. §. XVII. sequ. Argumentum enim, quo fretus in alia omnia sibi eundem existimat, quod in statu integritatis occidere innocentem nefas fuerit, plane est *αποσβιωστω*, quia nec principium juris naturalis in statu integritatis quaerendum est, (§. LXXIV.) nec in eo statu ullum concipi potest periculum, quod hac tristi fuga fuisset evitandum.

§. CLXX.

Idem dicendum videtur de casibus, 75) si quis res alienas in extrema necessitate, famis vel frigoris expellendi causa, contrectet: *) 76) vel si homines in extremo naufragii periculo, jactum alienarum mercium faciant. Quemadmodum enim priore casu necessitas est à malitia hominum, id agentium, ut famelicus, vel frigore obrigescens, omni humana ope destitutus peccet: (§. CLXIII. 66.) ita posteriore inter duo mala physica eligitur minus, dum homines, imminente naufragio, vident, aut sibi cum rebus pereundum, aut mercium alienarum, à se jactandarum, aestimationem esse præstandam. (§. CLX. 61.)

*) Qui hic dissentiunt, iis furti vocabulum imponit, quod tam grave existimant esse peccatum, ut nulla necessitate urgente quis ad illud compelli debeat. Sed quum ne homicidium quidem in casu necessitatis, puta in modamine inculpatæ tutelæ, pro crimine imputent: cur magis imputent furtum? Præterea quis furtum sine dolo malo, immo sine animo lucrum faciendi concipit? Denique quum paucarum rerum alienarum, quas surripere jussit imperiosa longæ inediæ necessitas, aestimatio facile præstari possit ab hominibus, etiam mendicis, ubi se periculo expedierint: quis vitio illis vertat, quod non perire, quam rem æstimabilem animo restituendi, domino intervertere maluerint. Add. cap. 3. X. de furt.

§. CLXXI.

Sed talia innumera, vel fingi, vel in ipsis rerum argumentis occurrere possunt, ex quibus quædam vere sunt *αποσβιωστω*, et de quibus facile in utramque partem disputari possit. Sed ne obliti videamur ejus, quam ipsi paulo

lo

lo ante dedimus, admonitionis, (§. CLXIV.) plura addere jam nolumus, iis hanc curam relinquentes, qui conscientis dirigendis laborant.

CAPUT. VII.

De Officiis erga alios absolutis, et perfectis, speciatim de nemine lædendo.

§. CLXXII.

Progredimur jam ad OFFICIA ERGA ALIOS HOMINES, quorum fundamentum jam supra in eo positum esse animadvertimus, quod homo homini natura *ÆQUALIS*, ac proinde eatenus amore amicitiae sit prosequendus. (§. LXXXV. et LXXXVIII.) Quumque æqualitas naturæ æqualia etiam officia exigat: inde collegimus, *HOMINEM HOMINEM NON MINUS, QUAM SEIPSUM TERNI AMARE.* (§. XCIII.)

§. CLXXIII.

Deinde amoris hujus duos esse gradus, ostendimus, quorum alterum *JUSTITIÆ*, alterum *HUMANITATIS* et *BENEFICENTIÆ* adpellavimus. (§. LXXXII. sequ.) Quum vero prior in eo consistat, ut nihil quod infeliciorum alium faciat, agamus, ac proinde neminem lædamus, et cuique, quod suum est, tribuamus; posterior ut alterius perfectionem et felicitatem pro virili provehere atque amplificare studeamus, illique tribuamus et ea, quæ jure stricto et perfecto non debemus: (§. cit.) consequens est, 1) ut et officia, quæ alteri debemus, alia sint *justitiæ*, quæ *PERFECTA*; alia *humanitatis et beneficentiæ*, quæ *IMPERFECTA* vocamus.

§. CLXXIV.

Itaque OFFICIA PERFECTA sunt, ad quæ homo perfecte, et per modum coactionis, obligatus est, puta ut neminem lædat, et cuique, quod suum est, tri- Fa vel perfecta,

ibod. conform. Cap. III. §. XVII. sequ. Argumentum enim, quo fretus in alia omnia sibi eundem existimat, quod in statu integritatis occidere innocentem nefas fuerit, plane est *αποσβιωστω*, quia nec principium juris naturalis in statu integritatis quaerendum est, (§. LXXIV.) nec in eo statu ullum concipi potest periculum, quod hac tristi fuga fuisset evitandum.

§. CLXX.

Idem dicendum videtur de casibus, 75) si quis res alienas in extrema necessitate, famis vel frigoris expellendi causa, contrectet: *) 76) vel si homines in extremo naufragii periculo, jactum alienarum mercium faciant. Quemadmodum enim priore casu necessitas est à malitia hominum, id agentium, ut famelicus, vel frigore obrigescens, omni humana ope destitutus peccet: (§. CLXIII. 66.) ita posteriore inter duo mala physica eligitur minus, dum homines, imminente naufragio, vident, aut sibi cum rebus pereundum, aut mercium alienarum, à se jactandarum, aestimationem esse præstandam. (§. CLX. 61.)

*) Qui hic dissentiant, iis furti vocabulum imponit, quod tam grave existimant esse peccatum, ut nulla necessitate urgente quis ad illud compelli debeat. Sed quum ne homicidium quidem in casu necessitatis, puta in modamine inculpatæ tutelæ, pro crimine imputent: cur magis imputent furtum? Præterea quis furtum sine dolo malo, immo sine animo lucrum faciendi concipit? Denique quum paucarum rerum alienarum, quas surripere jussit imperiosa longæ inediæ necessitas, aestimatio facile præstari possit ab hominibus, etiam mendicis, ubi se periculo expedierint: quis vitio illis vertat, quod non perire, quam rem æstimabilem animo restituendi, domino intervertere maluerint. Add. *cap. 3. X. de furt.*

§. CLXXI.

Sed talia innumera, vel fingi, vel in ipsis rerum argumentis occurrere possunt, ex quibus quædam vere sunt *αποσβιω*, et de quibus facile in utramque partem disputari possit. Sed ne obliti videamur ejus, quam ipsi paulo

lo ante dedimus, admonitionis, (§. CLXIV.) plura addere jam nolumus, iis hanc curam relinquentes, qui conscientis dirigendis laborant.

CAPUT. VII.

De Officiis erga alios absolutis, et perfectis, speciatim de nemine lædendo.

§. CLXXII.

Progredimur jam ad OFFICIA ERGA ALIOS HOMINES, quorum fundamentum jam supra in eo positum esse animadvertimus, quod homo homini natura *ÆQUALIS*, ac proinde eatenus amore amicitiae sit prosequendus. (§. LXXXV. et LXXXVIII.) Quumque æqualitas naturæ æqualia etiam officia exigat: inde collegimus, *HOMINEM HOMINEM NON MINUS, QUAM SEIPSUM TERNI AMARE.* (§. XCIII.)

§. CLXXIII.

Deinde amoris hujus duos esse gradus, ostendimus, quorum alterum *JUSTITIÆ*, alterum *HUMANITATIS* et *BENEFICENTIÆ* adpellavimus. (§. LXXXII. sequ.) Quum vero prior in eo consistat, ut nihil quod infeliciorum alium faciat, agamus, ac proinde neminem lædamus, et cuique, quod suum est, tribuamus; posterior ut alterius perfectionem et felicitatem pro virili provehere atque amplificare studeamus, illique tribuamus et ea, quæ jure stricto et perfecto non debemus: (§. cit.) consequens est, 1) ut et officia, quæ alteri debemus, alia sint *justitiæ*, quæ *PERFECTA*; alia *humanitatis et beneficentiæ*, quæ *IMPERFECTA* vocamus.

§. CLXXIV.

Itaque OFFICIA PERFECTA sunt, ad quæ homo perfecte, et per modum coactionis, obligatus est, *Ea vel tri-* puta ut neminem lædat, et cuique, quod suum est, perfecta,

vel im-tribuat. *IMPERFECTA*, ad quæ imperfecte sine coac-
perfecta. tione, et ex ipsa virtute, obligamur, puta, ut alte-
rius perfectionem ac felicitatem æque, ac nostram, pro
virili amplificare studeamus. * (§. LXXXIV.)

*) Itaque officia *PERFECTA* nobis necessitatem imponunt,
ne alterum imperfectiorem infelicioremque reddamus:
IMPERFECTA movent, nos nondum veræ virtutis laudem
adsequutos, nisi et alios perfectiores ac feliciores red-
dere, pro virili annitatur. Ea officia jam veteres ju-
reconsulti accurate distinxerunt, veluti Paulus, dum *que-
dam voluntatis, et officii magis, quam necessitatis, esse,*
scripsit l. 17. §. 3. *D. commodati.* Adde locum Senecæ,
quem attulimus supra. §. LXXXIV.

§. CLXXV.

Quandoquidem igitur, quod ad OFFICIA PERFECTA

Ad §. 174.

Imperfecta ad quæ imperfecte sine coactione. Notan-
tur hæc à Werenko p. 1. c. 4. n. 627. sed eorum me-
moriæ elabi non sinas, quæ dicta sunt supra §. 84.
nempe loqui hic de coactione externa, ita ut alii jus
exigendi actum tamquam stricte debitum non habeant,
ut ipse Werenkus explicat n. 645. non autem sine
coactione morali, quia cadunt sub legem naturalem,
quæ licet ad honestatem pertineat, ea tamen præci-
pit: quia morum honestas in plerisque casibus est
simpliciter necessaria, et debita ex parte debentis, et
quo ad Deum naturæ auctorem, etsi non sint pres-
sius loquendo debita ex parte proximi, vel passim
careant coactione seu vi externa; forte quia non ab-
solute necessaria ad conservationem generis humani.
Licet enim fere omnia officia imperfecta proveniant ex
lege affirmativa præcipiente mutuum amorem, seu carita-
tem fraternam in genere proximo nostro, aliquando vero
transeunt in jus strictum, veluti in extrema necessi-
tate, quod ipse Heineccius innuere quodammodo vo-
luit infra 2. 10. 196. alias sibi contrarius ibidem exi-
ret. Consule tamen Werenkum l. c. et rursus Heinecc.
infra. 389. in calce ubi has debiti differentias agnoscit.

attinet, illa in eo posita sunt, ut *NEMINEM LÆDAMUS*, item ab-
et cuique, *QUOD SUUM EST TRIBUAMUS*, (§. CLXXIV.) soluta, a-
lædere autem est alterum infeliciorem, quam natu-
ra est, reddere, (§. LXXXII.) *SUUM* denique ali-
thetica.
quis dicere potest, quod juste acquisivit: (§. cit.) sequi-
tur sane, 2) ut obligatio ad neminem lædendum sit
conata; ad suum cuique tribuendum, *acquisita*. Un-
de prius officium *ABSOLUTUM*; posterius, quod suum
cuique tribui jubet, *HYPOTHETICUM* vocamus. *)

*) Itaque *ABSOLUTUM* officium nobis est, quod homo ab
homine exigere potest nullo posito jure, quod per factum
aliquod adquisiverit: *HYPOTHETICUM*, quod, demum
posito aliquo jure, per factum adquisito, exigitur. Sic ho-
mo ab homine jure exigit, ne occidatur, nullumque ideo
ponit factum, quo sibi hoc jus adquisiverit. At non pos-
set quisquam jure conquæri de rebus sibi ab altero præreptis,
nisi jus aliquod circa illas res, veluti dominium, facto ad-
cuisisset. Itaque *neminem occide* est officium absolutum;
furari noli officium hypotheticum. Quod discrimen si non
neglexisset *inarr* Salmasius, de *usur. Cap. IX.* facile intel-
lexisset, non fugisse rationem jurisconsultos, qui *furtum ad-
mittere naturali jure prohibitum esse*, contendunt, l. 1. §. 3.
D. de furt. §. 1. Inst. de obl. qua ex delict.

§. CLXXVI.

Quamque porro jus, quod circa rem aliquam ad-
quisivimus, vel ex *DOMINIO*, vel ex *PACTO* seu *CON-
VENTIONE* proficiscatur: consequens est, 3) ut om-
nia officia *HYPOTHETICA*, vel ex *DOMINIO*, vel ex *PAC-
TO* nascantur, adeoque 4) is commodissimus futurus
sit tractationis nostræ ordo, ut primum de officiis
PERFECTIS ABSOLUTIS, deinde de *IMPERFECTIS*, tum
porro de *HYPOTHETICIS*, quæ ex *DOMINIO*, ac deni-
que de iis, quæ ex *PACTO* oriuntur, paullo accura-
tius agamus. *Imperfecta enim hypotheticis* ideo præ-
mittenda putavimus, quia homines, frigescente de-
mum atque oblanguescente humanitate, invecito domi-
nio, pactisque interpositis, consulere sibi cœperunt.

Quo or-
dine de
his agen-
dum?

Q

§. CLXXVII.

§. CLXXVII.

Homo
h o m i
nem, ut
sibi æ
qualem,
tractare
debet.

Primo ergo omnium ponendum est hominem homi-
ni esse natura æqualem, (§. CLXXII.) iisdem quip-
pe cum altero partibus essentialibus constantem. Et
quamvis alteri præ altero perfectio aliqua veluti sorti-
to obtigerit: diversos tamen perfectionis gradus nihil
mutare circa hominis essentiam, sed unum æque esse
hominem, ac alterum. Ex quo sequitur, 5) ut alter
alterum, tamquam æque hominem tractare, nec in re-
bus, quæ pluribus jure perfecto competunt, præ aliis
prærogativam sine justa causa adfectare, adeoque 6)
quod sibi fieri non vult, nec alteri facere teneatur. *)
(§. LXXXVIII. 54.)

*) Hac regula tam est recte rationi consentanea, ut eam hæc
pagani ignorarint. Saltem eam sententiam in deliciis fuisse
Alexandro Severo Imp. auctor est Æl. Lampridius, Cap. LI.
Clamabatque raptus, quod à quibusdam, sive Judæis, sive
Christianis audierat, et tenebat, idque per præconem, quem ali-
quem emendaret, dicit jubebat: **QUOD TIBI FIERI NON
VIS, ALTERI NE FECERIS.** Quam sententiam usque a-
deo dilexit, ut et in palatio, et in publicis operibus, præscribi
juberet. Probabile est, quod observavit Lampridius, Ale-
xandrum hanc sententiam à Christianis accepisse. In sensu
enim ajente totidem verbis habetur, *Matth. VII. 12. Luc. VI.
31.* At inde non sequitur, ut non et ratio eam veritatem
perspicere potuerit. Similia enim sunt apud Simplicium ad
Epictet. Enchirid. Cap. XXXVII.

§. CLXXVIII.

Quum ergo quod nobis fieri nolumus, nec alteri
Ac pro-
inde ne-
habet, vel
mo læ-
dendus.
facere debeamus, (§. CLXXVII. 6.) nemo vero nos-
trum perfectione ac felicitate sua, quam jam natura
habet, vel juste adquisivit, ab alio privari, vel res
suas deteriores reddi, id est, **LÆDI** velit: (§. LXXXII.)
consequens est, 7) ut et nos neminem imperfectio-
rem vel infeliciorum reddere, adeoque 8) et nemi-
nem lædere debeamus. Et quia ad felicitatem nostram
ac perfectionem non modo **CORPUS**, sed et **MENS** præ-
cipue, pertinet: 9) ad utramque hominis partem per-
ti-

tinere hoc præceptum, quin 10) læsionem mentis tan-
to esse corporis læsione graviorem, quanto mens ip-
sa corpore præstantior est, (*Elem. phil. mor. §. XIV.*)
facile intelligitur. *)

*) Hinc graviter Epictetus invehitur in eos, qui id tantum
damnum reputant, quò corpori rebusve suis aliquid dece-
dit, non illud, quo mens redditur deterior. *Ὅπως τι, ἰν-
quit, σωματικὸν ἔλατ' ἢ τὸ πνεῦμα, ἢ τὸ δὲ βλάβη. ἔσθ' εἰς τὴν
προαίρεσιν, ἢ εἰς τὴν βλάβη. ἔτι γὰρ τὸν ἄλλοτερον ἀλλὰ δὲ ἑξαπατηθείς,
ἢ ἀδικησάς, ἢ τὸν ἰσθλαπὴν, ἢ τὸν ἰσχύου, ἢ τὸν ἀγρὸν ἀποδιδόν.
ἡμᾶς δ' ἄλλο δὲ ἰδιόμοιον, ἢ ταῦτα τὴν προαίρεσιν δὲ ποτιζόν
αὐτὸ μὲν καὶ πρὸν ἔξενον, ἢ ἀναίσχυτον, καὶ ἀπίστον δὲ ἔγγυε
διαφραγεύειν.* Ubicumque in his, quæ ad corpus pertinent, possessio-
nibus aliquid damni acceperimus, illico jacturam nos fecisse ar-
bitramur: sed in voluntatis proposito quum detrimenta nobis e-
veniunt, nihilominus tamen, damnum nos accepisse nullum, cen-
semus: quandoquidem ei, qui corrumpit alterum, aut corrup-
pitur, nec caput dolet, nec oculus, nec coxa, sed nec fundum
amittit, atqui aliud nihil volumus, quam ista. Inter nos vero
disceptatio nulla est, ne mediocris quidem, utrum satius sit,
voluntatem habere pudicam, et fidelem, an vero impudicam, et
infidelem. *Arrian. Diss. Epict. II. 10.*

§. CLXXIX.

Totius hominis perfectio ac felicitas consistit in
vita, id est, in unione mentis, et corporis, (§. CXLIII.) quæ quidem perfectio inter eas, quas à na-
tura accepit, præstantissima, et reliquarum veluti fundus, nul-
fulcrum ac fundamentum est. Quum ergo alterum per-
fectione ac felicitate, quam à natura accepit, priva-
re nefas sit, (§. CLXXVIII. 7.) nec nos ab altero vi-
ta privari velimus: per se patet, (§. CLXXVIII. 6.)
11) officii nostri esse, nec alium occidere, vel 12)
ejus sanitati detrimentum inferre, vel 13) mortis aut
morbi causam dare, vel 14) eum citra jus, aut oc-
cidendi animo, periculo exponere. *)

*) Neque enim magis peccat, qui hominem, in quem sibi
nihil imperii est, periculis objicit, quam qui jure atque
imperio suo ita abutitur, ut alterum, quem perire capit,
eo consilio exponat periculo. Sunt talia exempla apud Po-
lyb. I. 9. Diod. Sic. Bibl. XIV. 73. XIX. 48. Justin. Hist.

Nemo
occiden-
dus, nul-
lius sani-
tati ac
corpori
damnum
infern-
dum.

XII. 5. Curt. VII. 2. immo in ipsis sacris litteris, 2. Sam. XI. 15. ubi et sequente Cap. XII. 9. ideo homicidium Davidi exprobratur à Nathane, quod Uriam eo animo, ut periret, in pericul. sissima statione collocari jussisset. Add. Pufed. de jur. nat. et gent. VIII. 2. 4.

§. CLXXX.

Nisi necessitas ipsa nos cogat moderamine inculpatæ tutelæ.

Attamen, quum nemo teneatur alterum magis, quam seipsum, amare, (§. XCIV. 65.) et sæpe contingat, ut aut alicui ipsi, aut alteri, pereundem sit; consequens est, 15) ut eo casu, si quis nos agrediat, in ancipiti illo periculo quælibet sit honesta ratio expediendæ salutis, (§. CLXIII. 66.) adeoque 16) et cum cæde repellere adgressorem liceat, dumne quis 17) limites justæ defensionis excedat.

§. CLXXXI.

Ejus limites.

Quinam vero sint justæ defensionis limites, nemini erit obscurum, qui absolutam præcipue necessitatem, id est, nullo alio modo evitabilem, (§. CLVIII.) favorem mereri, meminerit. Ex hoc enim consequitur, 18) ut tum demum moderamini inculpatæ tutelæ sit locus, si quis in absoluta necessitate, vel respectiva quidem, sed in quam sua culpa non inciderit, versetur. (§. CLVIII. 55. 56.) 19.) Ut defunctus omni periculo, nullo amplius defensionis jure gaudeat. 20) Ut qui vel sine adgressoris læsione, vel levioere malo adgressori repræsentato periculum evitare potest, ei jus non sit, ad cædem temere provolandi, *) quum ex duobus malis physicis id, quod minimum est, malum eligendum esse, vel ipsa recta ratio nos

Ad §. 181.

Vel respectiva quidem. Adde in qua par sit omnium conditio, ut prædixerat. §. 162. dum rationem expediendi salutem incumbente necessitate invenerat, et ita cohærebit doctrinæ lib. 2. §. 132. infra ubi civibus, in summa calamitate constitutis, arma corrumpere adversus Principem non licere tradit.

doceat. (Elem. phil. mor. §. CLII. *)

*) Homo obligatus semper est, ad eligendum id, quod est optimum. (§. XCII. *) Optimum ergo quum sit medium, quo facillime ac tutissime finem nostrum obtinemus: obligatos nos esse oportet ad medium facillimum tutissimumque expediendæ salutis, adeoque ad evitandam alterius cædem, si aliud supersit periculo nos expediendi medium. Recte Theocrit. Eidyllia. XXIII.

Ὀλίγῳ τοι ἴσται κακῶ πρὶν ἢ καὶ οὐκ ἀναγκαῖον.
Par est, exiguo malo magnam litem tollere.

§. CLXXXII.

His vero observatis principiis evidentissimis, nihil facilius est, quam ad quæstiones omnes, quæ de hoc Advermoderamine inculpatæ tutelæ incidere possunt, respondere. Si enim quæras, adversus quos eo uti liceat? eo uti recte respondebis, 21) adversus omnes, per quos in periculum illud sine tua culpa adductus sis: (§. LXXXI. 18.) adeoque 22) et adversus furiosos, mente captos, itemque 23) eos, qui alium invadere parantes, te per errorem invaserint. Uti enim præclare observavit Grotius de jure belli et pac. II. 1. 3. jus defensionis hic non nascitur ex peccato atque injustitia ejus, à quo intentatur periculum, sed à jure nostro periculum nobis intentatum propulsandi quovis modo, nec alterius vitam eo casu propriæ saluti anteposendi. *)

*) Et huc pertinet fabula Oedipi qui patrem se adgredientem invadentemque tuendi sui causa ignarus occiderat, quod factum ita purgat apud Sophoclem in Oedipo Colon. v. 1032.

Ἐν γὰρ μὲν ἀμαρτὰν μόνον, ὡς σ' ἀνιγγοῦ
Ἐἴ τις οἱ τὸν δίκαιον αὐτὸν ἰσθᾶδε
κτενεῖ παραστὰς, πῆριγὰ πινθαῖναι ἄν εἴ
πατὴρ σ' ἢ καί ποτε, ἢ τί ποτε ἂν ἰσθῆας;
Δουκὸν μὲν, ἀπὸ τῆν φίλων, τὸν αἰετοῦ
Τί ποτε ἂν εἴδῃ τούτῳ πειθλίπαις.
Τεῖσιν ἅ μιν τοὶ κύνες ἀσθῆν κακὰ,
Θεῶν ἀγέτων, δὲς ἰγὼ εἰδὶ τὴν καλῆν
Ἵνδρῶν ἂν εἴποις ἴσταν αὐτῶν ἰσθῆας.
Unam enim responde mibi, quod te interrogo.
Si quis te, virum iustum, statim hic

*Opprimens occidere vellet: quæresne,
Utrum pater is esset, qui te occideret, an vero statim ulcisceris?*

*Existimo, siquidem vitam amares, auctorem cadis
Ulcisceris, neque, quid justum, circumspiceres.
In talia mala, et ego incidi,
Diis impellentibus, de quibus ne quidem patris
Anima, si reviviscat, mihi contradictura esset.*

§. CLXXXIII.

Spatium ejus in libertate naturali. Nec minus inde disces, quamdiu illud jus sese ad- versus invasorem defendendi duret? Recte enim hic distinguunt doctores inter eos, qui in statu naturali nulli magistratui, à quo defendi possent, subjecti vivunt, et qui cum aliis in civitatem coaluerunt. Quum enim in libertate illa naturali, nemo sit, à quo nobis de injuria caveri possit: 24) defendendi jus non potest non incipere ab eo tempore, quo in periculo esse cœpimus, et durare tamdiu, quoad extra periculi aleam simus constituti. (§. CLXXXI. 18. 19.) Quandoquidem vero periculum nostrum incipit à tempore, quo alter hostilem animum adversus nos ostendit, et tantisper durat, dum illum animum hostilem nondum deposuit: 25) tamdiu etiam durare jus defendendi, manifestum est. *)

*) Atque hoc est fundamentum, quo universum jus belli nititur, ut alteri, qui hostilem adversus nos animum manifesto prodit, omnesque æquas pacis conditiones pertinaciter respuit, mala intentare tam diu possimus, donec deposito hostili animo nobiscum redierit in gratiam. Qua de re infra suo loco plura erunt dicenda.

§. CLXXXIV.

Et in statu civili. Quum contra in statu civili, civis, qui hostilem animum adversus civem prodit, minas spargit, insidiasve alteri struit, à magistratu possit coerceri: consequens est, 26) ut civis nec insidiantem sibi alterum opprimere, nec 27) periculo defunctus, vindictam, quam à superiore sperare potest, vi et armis

pe-

petere possit; adeoque 28) tempus inculpatæ defensionis expediendæ angustis admodum finibus circumscriptum, cum ipso periculo incipiat, nec duret diutius, quam ipsum periculum. *)

*) Et ita recte jureconsulti violentam defensionem quidem permittunt, sed non nisi in continenti. Ulpianus l. 3. §. 9. *D. de vi et vi arm. Eum igitur, qui cum armis venit, possumus armis repellere, sed hoc confestim, non EX-INTERVALLO.* Et alibi expressioribus verbis concedit Paulus, ut, qui lapidem, quum aliter se tueri non posset, in irruentem projecisset, non teneretur lege Aquilia, *quum id tuendi dumtaxat, non etiam ULCISCENDI causa, factum sit. l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquil.*

§. CLXXXV.

Præterea ex his principiis (§. CLXXXI. 20.) facile intelliges, 29) non licere ei defensionem ad eandem usque adgressoris porrigere, qui de ejus impetu præmonitus, aut eundem in tempore conspicatus, domi se continere, aut 30) in tutiorem locum sese recipere, aut 31) vulnere, vel mutilatione aliqua ejusdem impetum cohibere potest, *) quamvis 32) ad fugam, ipso jam fervente conflictu, capessendam, ob anceps illius periculum, nemo omnino obstrictus videatur, nisi forte tutum ipsi pateat perfugium. Pufendorf. *de jure nat. et gent. II. 5. 13.* Ubi tamen de novo monendum, 33) quum in statu civili tam breve sit defensionis tempus, ut in tanta animi perturbatione omnes evadendi vias circumspicere non liceat, merito non omnia tam amare exigenda, ac veluti ad vivum resecanda esse.

Modus
violentiæ
defensionis.

*) Multo minus ergo quis ad vim, et eandem jure provolat, si alter ab adgressione desistit, ostenditque, se cum adversario in gratiam redire velle. Unde recte Aristides in *Leucætic. I.* observat, *Thebanis ad æqua omnia paratis, Lacedæmoniis vero ultra tendentibus, bonam causam ab his ad illos transiit.* Vid. *Grot. de J. B. et P. II. 1. 18.* Pufend. *de jur. nat. et gent. II. 5. 19.*

§. CLXXXVI.

§. CLXXXVI.

Denique inde non minus intelligi posse videtur, pro quibus rebus quis ad violentam illam defensionem sese accingere possit? Quum enim quædam sint calamitates, quæ homini aliquando ipsa morte videntur acerbiores, nec extrema tantum necessitas, sed et ea, quam salva vita ferre possumus, favorem mereatur: (§. CLVIII. 54.) consequens est, 34) ut, quæ pro vita, eadem pro sanitate, nec non 35) pro integritate corporis, immo et 36) pro pudicitia tuenda, *) nec non 37) pro magistratum, parentum, liberorum, amicorum, sed et omnium aliorum, quos in periculo constitutos esse animadvertimus, defensione sint permissa.

Pro quibus rebus sit licita?



*) At hic multi dissentiunt, veluti Augustinus de libero arbitrio I. §. Thomas. Jurisp. div. II. 2. 114. Buddeus Theol. moral. Part. II. Cap. III. Sect. III. §. XX. * ex ea ratione, quod pudicitia, tamquam virtus animi, eripi aut vi extorqueri nemini possit. Sed quamvis pudicitia mentis satis in tuto sit: attamen honesta virgini ac matronæ non atrocior ulla videri potest injuria, quam stuprum violentum, maxime quum alteri prolem ex se excitare cogatur, et castitatis etiam externæ jactura sit irreparabilis. Quare recte Quintilian. Declam. CCCXLIX. Puellam usque in eam injuriam traxit, quæ nihil gravius bella habent. Quis ergo vitio vertat honesta femina, si eam atrocem et in tolerabilem injuriam etiam cum stupratoris interitu à se amoliri conetur?

§. CLXXXVII.

An et pro honore Paulo difficilior quæstio est, an et is, qui pro honore atque existimatione tuenda, e. g. pro amolienda alapa

Ad §. 187.

Pro honore. Pro amolienda alapa. Damnatæ ab Innocentio XI. anno 1679. hæc propositiones: Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumiam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit, item:

alapa, ad eadem provolvit, moderamine inculpatæ noxæ et tutelæ usus esse videatur? At quamvis nihil, si à existimatione vita discesseris, existimatione sit præstabilius, et hinc matione sint, qui hic quoque locum esse violentæ defensioni, tuenda existiment: (vid. Grot. de jure belli et pac. II. 1. 10.) tamen, quia solum periculum vitam, aliaque, quæ cum vita pari passu ambulant, amittendi, jus nobis det utendi inculpatæ tutelæ moderamine, (§. CLXXXVI.) existimatio vero et honor propter injuriam non amittitur, immo potius in statu civili non desunt legitima injuriam vindicandi media: non possumus non 38) eorum suffragari sententiæ, qui hic cessare jus violentæ defensionis prudenter censent.

§. CLXXXVIII.

Quum porro officium erga alios absolutum de nemine lædendo ad MENTEM non minus, quam ad corpus, pertineat, (§. CLXXXVIII.) 9) et mentis facultates sint INTELLECTUS et VOLUNTAS: quod ad prioribus ratione intellectus. rem attinet, nemo temere negaverit, 39) eum graviter lædere alterum, qui juvenem, vel alium minus acutum, mendaciis ac sophismatibus in errorem inducit, 40) eundem à veritate avertit, 41) præjudicatisque opinionibus imbuit, immo et is, 42) qui vel tædiosa docendi ratione, vel adfectata severitate efficit, ut suæ disciplinæ traditus ab omni veritatis ac sapientiæ studio abhorreat. *) (c)

*) pejus faceret qui, quemquam dementem redderet, atque ineptum....

*) Ita graviter omnino Maximilianum I. Imp. læsit Petrus, postea Novæ civitatis antistes, de quo Cuspinian. p. 602. Uti vero habilis per atatem ad litteras addiscendas fuit Maximilianus, magistro Petro traditus, aliquot annis cum nobilium quorundam filiis contubernaliibus Latinas didicit litteras. Sed quum ejus præceptor, solis dialecticis argutiis doctus, sophismata illi inculcare vellet, ad quæ capessenda aptus non erat: sapius atrociter

item: Idemque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, et post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat. Desing. lib. 2. c. 19. 13.



citer verberatus ab eo, magis ipse verberandus, quam verbera servos deceant, non liberos, tandem effecit, ut litteras magis odio haberet, quam diligeret. Mansit etiam alta mente repositum, quantum detrimenti hoc ipso ceperit. Idem enim auctor est Cuspinianus, idemidem de hoc fato suo graviter conquestum esse Maximilianum, et aliquando inter prandendum, multis adstantibus, dixisse: *Si bodie preceptor meus viveret Petrus, quamquam multa preceptoribus debeamus, efficerem, ut se instituisse me pœniteret.* Add. Ger. à Roo. Lib. VIII. p. 288.

§. CLXXXIX.

Quumque non minus gravis sit læsio VOLUNTATIS, quæ CORRUPTIONIS nomine venit: consequens est, 43) ut contra officium faciant, qui alterum corrumpunt, 44) ad voluptates, libidines, aliaque vitia pelliciunt, 45) et vel verbis minus honestis, vel 46) exemplis turpibus, animum deteriore reddunt, vel denique, 47) quum eum à vitiis prohibere, et in viam reducere possint debeantque, id vel plane non, vel non ea qua par est, animi contentione faciunt, sed 48) quantum in ipsis est, peccantem adjuvare student. *)

*) Quam gravis et hæc sit læsio, satis intellexit Dionysius, tyrannus Siculus, qui quum ægre facere cuperet Dionem, quem in Pelopouneso manum comparare, sibi que bellum facere conari, audiverat, filium ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Quamobrem puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur, vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. Is deinde usque eo vitæ statum commutatam ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater, (namque adpositi erant custodes, qui eum à proutino victu deducerent) ut se de superiore parte adidum dejecerit, atque ita interierit. Corn. Nep. Dion. Cap. IV. Non ignota eadem ars Romanis adversus hostes suos, aut dubiæ fidei amicos, ceu docent exempla apud Tacit. Histor. IV. 64. Agric. XXI. 1. Immo arcanum hoc tyrannicum esse, observat Forstner. in Taciti Annal. Lib. I. Utinam inde demum hunc fructum caperet ætas cerea in vitium flecti, monitoribus aspera, nullos se habere hostes magis infensos, quam eos, à quibus à veris virtutibus abducta ad mollem et luxuriosam vitam pellicitur: quin se tyrannis servire, dum se ab illis corrumpi patitur!

§. CXC.

§. CXC.

CORPUS porro alterius quum non magis, quam mentem, lædere deceat: (§. CLXXVIII. 9) nefas sane est, 49) alterum verberibus, plagis, aliisque injuriis adficere, 50) vulnera infligere, 51) membris eorumve parte quem mutilare, 52) corpus alterius inedia, vinculis, tormentis, injuria excruciare, res, quibus ei ad conservandam suaviterque transigendam vitam opus est, eripere, intervertere, deterioresque reddere, et si quæ alia sunt, quibus usus corporis, quod sanum et integrum aliquis à natura acceperat, alterius dolo vel culpa redditur deterior. Quum enim ab his omnibus nos natura adeo abhorreamus, ut mors nobis minus, quam hæc injuriæ, acerba videri soleat: sane, quod fieri nobis nolumus, nec aliis faciendum esse, satis unusquisque intelligit *)

*) Et hinc esse videtur, quod pleræque antiquæ leges pœnam talionis iis proponerent, qui membrum alterius rupissent. Vid. Exod. XXI. 25. Lev. XXIV. 50. Gell. Nott. Att. XX. 3. Diod. Sic. Bibl. XII. 17. Quamvis enim vix probabile sit, vel apud Hebræos, vel apud Romanos, juri illi talionis natura à proutis locum fuisse: Joseph. Antiq. Jud. IV. 7 Gell. ibid. eo ipso tamen, justissimum esse, ostenderunt legislatores sapientissimi, illi, quod nolit, fieri, qui alteri, quod sibi fieri nolisset, fecerit.

§. CXCI.

Quod ad statum hominis attinet, ad hoc caput præcipue pertinet primo EXISTIMATIO, tum SIMPLEX, tum COMPLEXA, qua quis pro non malo habetur, tum INTENSIVA, qua ob merita præ aliis gaudet. De opibus enim et facultatibus, quia sine dominis concipi non possunt, infra demum erit dicendi locus. Quum vero, quod ad famam, atque existimationem attinet, aliquis lædi non possit nisi per CALUMNIAS, (§. CLIV.) et dicta factaque, ad contumeliam ac ignominiam alicujus comparata, quæ INJURIAS vocamus: 53) ab utrisque abstinendum esse, eo minus obscurum est, quo ægrius

R ii

cas

eas ferre solemus, ab aliis illatas. *)

*) Hinc recte Simplicius ad Epictet. Enchirid. Cap. XXXVIII. p. 247. injurias et contumelias vocat *παρὰ φύσιν ὄντας διαβροσὰς τῆς ψυχῆς*, *καὶ ὄντες καὶ ἀλογὰ καὶ ἀνίαν τῆς ψυχῆς*, *adfectio- nes animæ, naturæ contrarias, quin morbos, probra, et vitium animarum.* Quod vero naturæ mentis contrarium, et in se malum est: illud consentaneum esse non potest juri natu- ræ, quod nos ad bonum obligat. (§. LXXVIII.)

§. CXCII.

Deinde et ratione pudicitia lædi potest hominis status, quia illa sive blanditiis sollicitata, sive vi pô- sitione pu- trata, et existimatio detrimentum capit, et ipsæ tur- bantur familia. Quum ergo nemo lædendus sit: (§. CLXXVIII. 8) facile patet, 54) nullius pudicitia struendas esse insidias, 55) omniaque supra, tum violenta, tum 56) voluntaria *) multoque magis 57) adulteria et 58) reliquas nefandas ac intolerabi- les injurias juri naturæ omnino repugnare.

*) Quamvis enim hic cessare videatur axioma: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, quum uterque consentiat, adeoque id, quod fit, sibi fieri velit: primo tamen genera- tim nemo sibi quidquam vult fieri, quo fiat infelicior. In- felicior vero fit, qui ad voluptates, libidines, aliaque vi- tia pellicitur, adeoque ratione voluntatis læditur. (§. CLXXXIX.) Deinde plerumque læduntur et alii, ve- luti parentes, sponsi, cognati, ac saltim, quod ad hos attinet, manifesto stuprator violat axioma illud juris natu- ræ præcipuum: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* De- nique qui stuprum feminæ persuadet, is eam corrumpit. Quum vero nos, si sapiamus, corrumpi nolimus: nec fe- minam illam corrumpere licet. Tantum ergo abest, ut ex- cusanda sit illa alienæ pudicitia sollicitatio, ut eam qui- dam legislatores gravius puniendam existimarint, quam stuprum violentum, *quod eos qui vim faciunt, odio haberi cen- suerunt, ab illis, quibus vis illata est: quum qui se insinuando persuadent, adeo animos pervertant, ut aliorum uxores sibi red- dant benevolentiores, quam maritis, et universam domum suam fa- ciant potestatis, liberosque reddant incertos, maritorumne sint, an adulterorum.* Lysias Orat. I.

§. CXCIII.

§. CXCIII.

Ex his vero, quæ adhuc diximus, satis intelli- gatur, 59) lædi aliquem posse actionibus tum *internis*, lædi a- liquis po- test co- gitando, gestibus, verbis et factis, puta COGITATIONIBUS, ad alterius læsionem compara- tis, tum *externis*, veluti GESTIBUS, VERBIS, et FACTIS. (§. XVIII. 36) Hinc satis patet, 60) etiam odium, con- temptum, invidiam, aliaque animi vitia juri naturæ adversi. * 61) Abstinentum quoque esse à gestibus, factis, ex quibus odium, contemptus, invidia elucent, quique alterius animum perturbare possunt. 62) Multo gra- vissimam in foro humano esse læsionem, quæ in ver- bis factisque consistit.

*) Quia auctor juris naturæ est Deus *ἡ ἀσichtoyvός*, sane non minus ejus voluptatem violat, qui quid contra legis suæ præscriptum cogitat, quam qui illam verbis factisque trans- greditur: ac proinde jam supra jus naturæ ad actiones in- ternas non minus, quam ad externas, pertinere observavi- mus. (§. XVIII. 36.) Deinde quum juris naturæ genui- num principium sit AMOR, (§. LXXIX. 37.) is vero non primario in actione externa, sed in adpetitione boni, cum percepta ex alterius perfecti one et felicitate delectatio- ne conjuncta, consistat: (§. LXXX.) non potest non juri naturæ repugnare etiam odium alterius, adeoque aver- satio cum percepta ex alterius infelicitate, atque imper- fectione delectatione conjuncta, quamvis illa interna sit, et in sola cogitatione consistat. Hinc Servator noster, op- timus legis divinæ, tum naturalis, tum positivæ, inter- pres, et actiones internas legi adversas damnat *Matth. V. 22. 28.* Et hæc iis opponenda duximus, qui jus naturæ et gentium tantum ad actiones externas pertinere existi- mant.

§. CXCIV.

Ad §. 193.

Hinc satis patet etiam odium. Propositio duplex dam- nata ab Innocentio XI. *Non tenemur proximum dilige- re actu interno, et formali præcepto proximum diligen- di satisfacere possumus per solos actus externos.* Desing. Lib. 2. c. 18. 11.

§. CXCIV.

Sermo- Quum vero et VERBIS, seu SERMONE, lædi alter
nem ho- possit: (§. CXCIII. 62) operæ pretium fuerit, de of-
mo præ faciis circa SERMONEM agere paullo accuratius. Tanta
brutis pe nimirum erga nos est providi numinis clementia, ut
culiarens non modo mentem nobis dederit, quæ percipere, ju-
habet. dicare, ratiocinari, adpetere item et aversari possit,
suarumque cogitationum sibi sit conscia, sed et fa-
cultatem cum aliis comunicandi animi sensa, ut et hi
quid cogitemus, velimus, nolimus, non ignorent.
Quamvis vero et bruta animantia hinnitu, rugitu,
murmure, boatu, latratu, similivè sono incondito a-
nimi sensa et adfectus obscure et confuse prodere vi-
deamus: *) homini tamen id præterea divinitus da-
tum est, ut, quid cogitet, clare et distincte eloqui,
de eoque alterum certiolem reddere possit.

*) Sic canis alio sono iram, alio dolorem, alio *φιλανθρωπίας*
alio alios adfectus prodit: at quid speciatim cogitet, nec
clare distincteque exprimit, nec ullo sono exprimere potest,
quum tamen et canes, et pleraque animalia perfectiora iis-
dem pæne organis loquendi, quibus homo gaudet, instruc-
ta sint. Quin quo imperfectius est animal, eo minus ullum
sonum, quo animi sensa indicet, edit, veluti pisces, cochleæ,
ostrea. Unde non potuisset Pythagoras magis cordatoribus
omnibus debere ludibrium, quam dum se brutorum sermo-
nem non modo intelligere, verum etiam cum iisdem collo-
qui posse, jactavit, seque hoc ipso vel fanatici ingenii ho-
minem, vel insignem impostorem esse, ostendit. Vid.
Jamblich. vit. Pythag. Cap. XIII.

§. CXCIV.

Quid ser- Quandoquidem ergo id, quod circa sermonem præ
mo? brutis peculiare habemus, in clara, et distincta cogi-
tationum nostrarum communicatione cum aliis consis-
tit: (§. CXCIII.) experientia porro docet, id nos
consequi per sonos articulatos, *) id est, per sonos,
per organa loquelæ tam diversimode modificatos, ut
diversæ inde voces, quibus res omnes, earumque mo-
dos, statum, actiones et passiones denominare pla-
cuit,

cuit, emergant. Quare SERMO est sonus articulatus,
quo animi nostri sensa cum aliis clare, et distincte
communicamus. *)

*) At ingenium humanum in eo non adquevit, quod rebus
omnibus certa ac distincta nomina imposuit, sed et alia in-
venit signa, quibus loco sermonis uteremur, si non esset
eo utendi occasio. Sic enim invenimus modum, et cum ab-
sentibus animi nostri sensa per figuras litterarum, ita dis-
tincte comunicandi, ut verba nostra non audiant, sed vi-
su percipiant. Quod sane tam stupendum est *ἰννομα*, ut qui-
dam id ipsi Deo tribuere non dubitent. Est et modus ve-
luti colloquendi per digitos, quem in Turcia ab elinguibus
inventum, magnatibus ibi admodum familiarem esse, re-
fert Ricaut *tableau de l' Empire Ottomanique Cap. VII. p. 12.*
Ut jam non dicam de *oculiloquio* et *pediloquio*, de quibus sin-
gulares exstant Molleri Altorffensis *dissertationes*. Hæc om-
nia quamvis SERMONIS nomen non mereantur, tamen sunt
loco sermonis, ac proinde, quod circa sermonem, idem
et circa hæc signa justum est.

§. CXCVI.

Ex qua definitione satis patet, 63) sermonem no-
bis nec Dei, nec brutorum, 64) sed nostri aliorum-
que hominum causa datum esse, ac proinde 65) Deum
velle, ut eo animi sensa, quatenus id amor, quem
nobis imperavit, exigit, cum aliis comunicemus, *)
adeoque 66) ut ne sermone quidem nostro alios læ-
damus, sed 67) nostris aliorumque commodis etiam
sermone nostro pro virili serviamus.

*) Rectè nimirum ratiocinamur, sermonem non Dei causa
nobis datum esse, quia Deus omnes cogitationes nostras,
et sine ullo sermone nostro intelligat; nec brutorum caus-
sa, quæ sermonem nostrum non tamquam sermonem, sed
tamquam alia, quibus adsueta sunt, signa percipiunt: adeo-
que nihil superesse, quam ut nos sermocinandi facultatem
nostri aliorumque hominum causa primario accepisse sta-
tuamus. Nostri causa, non ut nobiscum cogitationes nos-
tras comunicemus, quippe quarum jam tum nobis sumus
conscii, sed ut alios reddamus, certiores, quid nobis fie-
ri velimus, et qua in re alios nobis utiles esse velimus. A-
liorum causa, ut et his, quæ scire eorum interest, et quid il-

Quomo-
do eo u-
tendum
sit?



illis utile futurum sit, indicare possimus. Quum ergo alii amandi sint æque ac nos ipsi, et quod nobis fieri nolumus, id nec aliis faciendum sit: consequens sane est, ut neminem sermone nostro lædere, aliis vero pro virili prodesse teneamur.

§. CXCVII.

Quum ergo ad animi sensa cum aliis communicanda comparatus sit sermo, (§. CXCVI. 65) idque fiat per sonos articulatos, quibus res omnes, earumque modos, statum, actiones, passionesque denominatione re-nare placuit: (§. CXCIV.) consequens est, (68) ut colloquuntur verbis non aliam, quam quæ semel placuit, notionem tribuere, vel (69) si verbo insolito, aut notione minus vulgari utantur, mentem suam accurate explicare teneantur, nec (70) ægre ferre possint, si ceteroquin verba eo sensu, qui semel inter linguæ peritos obtinet, vel hoc tempore receptus est, accipiantur, si id verborum *εὐραψή*, aliæque circumstantiæ ferant.

§. CXCVIII.

Quumque Deus velit, ut sermone animi sensa, quatenus id amor exigit, cum aliis communicemus, (§. CXCVI. 65.) amor vero hic non patiat, ut alterum sermone nostro lædamus, (ib. 66.) denique lædere sit, aliquid perfectionis felicitatisve alteri detrudere: (§. LXXXII.) sequitur sane, (71) ut nihil, cujus notitiam jure perfecto imperfectove *) à nobis exigere alter potest, tacere: (72) nihil, quod falsum est, eo casu eloqui, neque (73) quemquam sermone in errorem inducere, vel ei ullum detrimentum adferre debeamus.

*) *Jus perfectum est correlatum obligationis perfectæ, imperfectum imperfectæ. Prius exigit, ut neminem lædamus, suumque cuivis tribuamus: (§. CLXXIV.) adeoque toties veritatem jure perfecto à nobis exigere quis potest, quoties, illa dissimulata, vel conversa in mendacium, vel adulterata saltim, à nobis læderetur: vel quoties ex pacto, ipsiusve negotii, quod nobis cum illo intercedit natura id illi debemus, ut veritatem eloquamur.*

Quum-

Quumque posterius nos ex virtute obliget ad alterius perfectionem ac felicitatem, æque, ac nostram, pro virili amplificandam: facile patet, toties nos teneri ad veritatem aperte, et sine dissimulatione eloquendam, quoties alterius perfectionem felicitatemque sermone nostro amplificare licet. Jus ergo alterius perfectum lædit, qui sciens, alteri insidias à percussore strui, id dissimulat, vel illi plane persuadet, percussorem, tamquam amicum, salutandi causa accessurum, itemque, qui suscepta rerum alienarum custodia, fures adesse sciens dissimulat, vel eos tamquam viatores apud se divertere, mentitur. Jus imperfectum alteri intervertit, qui errante altero, negat, sibi rectam viam notam esse, vel ei plane viam aliam monstrat.

§. CXCIX.

Qui tacet id, cujus notitiam alter jure perfecto lædere vel imperfecto ab eo exigere potest, is DISSIMULAT. Qui eo casu eloquitur aliquid, quod falsum est, ut alteri detrimentum inferat, is MENTITUR. Qui denique alterum, cui mali quid facere cupit, in errorem inducit, eum DECIPERE alterum dicimus. Ex quibus definitionibus, cum superiore paragrapho comparatis, liquido patet, (74) tum dissimulationem, qualem deseripsimus, tum (75) mendacium omne, tum (76) deceptionem, juri naturæ ac gentium repugnare.

§. CC.

Attamen quum ita comparatus sit, quem aliis debemus, amor, ut hos non majore, quam nos ipsos, sed pari amori prosequi teneamur: (§. XCIV. 65.) consequens est, (77) ut tacere liceat, si sermo nostro alteri non profuturus, nobis vero aliusve detrimentum aliquod adlaturus sit. (78) *Ut et falsi* quid dicitur.

Ad §. 200.

Ut et falsi quid dicere. Falsum dicere, vel sermone subdolo ambiguove exprimere nefas est, quidquid proferant in contrarium Heinec. Puffendorfius, Barbeyracus, alique Protestantes. Obligamur enim ad ve-

xi-

*in p[ro]xi[mo] sen-
tentia cap[er]en-
dum in portio[n]e
et exponendus
est a[ut]h[or]ita.*

re, et 79) *sermone* ambiguo uti non sit nefas, 80) si alteri nullum jus sit, veritatem à nobis exigendi, (§. CXCVIII.) 81) vel nos *sermone* aperto ei, cui honeste non possumus non respondere, nihil commodi, nobis vero aliisve multum detrimenti essemus adlaturi, vel si denique 82) hujusmodi *sermone* ad alterum non modo nihil detrimenti, sed et haud parum utilitatis, sit redundaturum. *)

*) Sic sane nemo vicio verterit mercatori, si à curioso interrogatus, quam dives sit, taceat, vel alio sermonem inflectat, per n. 77. Nec magis reprehensione videbitur dignus imperator, qui hostem vel sparso falso rumore, vel fama ambigua, decepit, quia hosti nullum neque perfec-

ritatem proferendam jure naturæ, ut plenius ex nota sequenti discas. Nam absque hac sinceritatis veritatisque confidentia sermo ad societatis humanæ conservationem, quæ præcipua illius virtus, minime prodesset, quia suspicaces, et infidos redderet homines, cum aliorum sermonibus decipi, si falsiloquium licitum ipsis est, jure quisque metuat.

Ibid. *Et sermone ambiguo uti non sit nefas.* Theologi distinguunt inter restrictionem mentalem puram i. e. cum aliud à mente conceptum loquimur, non contrarium, sed ita diversum, ut nullo modo sensa animi intelligi queant, et hæc prorsus damnata est; et restrictionem quam vocant semiexternam, cum aliud loquitur, sed ex quo quodammodo elici veritas possit, si attentius contempletur, hancque aliquando permittunt ex rei circumstantiis, ubi verum dicere non possunt, quia tacere coguntur, et aliunde deceat respondere. Quo referrî debet factum Athanasii quod attulit Puffendorffius lib. 4. 1. et inde Heineccius in scholio illius sententiam audacter amplexus sermonem ambiguum rejicit, quia Puffendorffius, et alii Protestantés, ut Scholasticos sugillant restrictionem etiam non pure mentalem exhibant, dum pro lubitu sibi amplam concedunt mentiendi licentiam. v. Desing. lib. 2. c. 24. et Werenk. p. 1. c. 4. à num. 554.

fectum, neque imperfectum jus est, veritatem ab hoste, tamquam hoste, exigendi, per n. 78. 79. 80. Porro Athanasii potius prudentiam laudaveris quam accuses dolum, quod se fugientem persequentes ambiguo *sermone* ita detinuit, ut cum Athanasio se colloqui non intelligerent. Theodor. *Histor. Eccl. III. 8.* Sine periculo enim tacere non poterat, et sermo apertus persequentibus nihil utilitatis; Athanasio multum detrimenti attulisset. per n. 81. Denique nemo dubitat, non agere contra officium, qui, si id vel docentis conditio, vel captus auditoris exigere videatur, fabulis, fictionibus, parabolis, symbolis et ænigmatibus alios meliores reddere, et veritatem sub hoc vehiculo aliis ingerere student, quum his prosint, nemini vero eo ipso nocent per n. 82.

§. CCI.

Ex quo colligimus merito, 83) injustam esse omnem
S ii nem

Ad §. 201.

Ex quo colligimus. Ita sermonis officia dispertuntur, ut sex jam nomina sint facta pro justis à vitiosis secernendis, cujus divisionis causam aperit Heineccius in scholio. Eam primum doctrinam vir gravis et doctus invexerat Grotius in jus. naturæ lib. 3. c. 1. *de jure belli, et pac.* quam postea Puffendorffius sinistro animo elevare admissus est, sed ut latiore, et late sibi liberio rem campum detegeret, quem ceteri Protestantes gregatim sequi sunt. Magno insuper ipsi verborum apparatu, et luculentis undique conquisitis exemplis causam deploratam perorarunt, ut non destituti specie fucum incautis facere facile possint. Omnis vero fraus latet in argumento correlationis, quo usus alias Heineccius supra §. 109. et nonnulla præfatus erat §. 7. etsi innoxie tamen, ubi illud penitus diluimus, nunc autem vero proculdubio damnandus. Cum enim legem, et obligationem à voluntate superioris, nempe Dei deduxisset, par utique erat, hanc nostram obligationem non aliunde quærere, si sibi constaret. Sic etiam ipse supra §. 77. felicitatem, §. 147. in scholio vocationem divinam, §. 182. defensionem, et alia alibi rimatius etiam scrutatus est natu-

nem *DISSIMULATIONEM*, (§. CXCIX 74) non omnem

TA-

ræ humanæ contemplatione, quin eadem via §. 194. 196. pulcre caussam sermonis investigavit. Qua propter quia sermo hominibus à Deo datus ad nostros sensus, et res aliis communicandas, inde causa obligationis proferenda ad veritatem enuntiandam, non à peculiari jure illius cum quo loquimur; ex absoluto quippe, ac generali præcepto voluntatis Dei oritur, qui hanc institutionem ad generis humani præservationem introductam, in hunc finem dirigi, ac exerceri vult. Quibus conficitur veritatem debitam esse quodammodo proximo nostro non semper ex parte ipsius, sed ex parte nostra, ne turpes unquam simus, neve vita nostra sæpius periclitetur; et inde simul probatur obligatio ad servanda pacta, quam leniter nimis substruit Heineccius infra §. 387. 388. Igitur ne proximo unquam mentiamur obligatio nobis incumbit absoluta naturalis, perfectum constituens officium, utpote proveniens ex præcepto negativo, ne scilicet ille laudatur quæ dictis, quæ factis nostris, pariter ac ne illum odio mere interno prosequamur. Contra autem ut ei veritatem dicamus, neque ille semper habet jus id à nobis exigendi, neque nos semper obligamur, quia hoc alterum promanat ex præcepto affirmativo, quod nos non semper adstringit, nam sæpe expedit mentem non aperire, sed occultare, quando id exigat justa causa, et veritatis occultatio absque mendatio fieri potest, ut cumque alter qui nullum jus requirenda à nobis veritatis habet, ambigua locutione nostra, vel signo in utramque partem explicabili, fallatur. Quod quo modo fieri licitum diximus nota præced. cum Theologis, qui veram viam monstrant. v. Werenk. jus nat. p. 1. c. 4. à num. 551. et Almici. 1. 7. n. 10. seqq. Hinc perspicere nobis licet dissimulationem, mendacium, falsiloquium, et deceptionem juri naturæ repugnare, non autem taciturnitatem, et sermonem acutum. Quamvis falsiloquium non ita expresse damnatum uti mendacium putat Anton. Genuensis, quod equivoca sit ejus notio, et spectandum Ecclesiæ judicium Elem. Christ. Theol. lib. 4. c. 5.

TACITURNITATEM, per quam intelligimus reticentiam Quid tamen ejus, ad quod aperiendum alteri, nec perfecte, nec citurni-imperfecte obligamur. (§. CC. 77.) 84) Injustum est, falsisse omne *MENDACIUM*, (§. CXCIX. 75.) non omne loquium *FALSILOQUIUM*, (§. CC. 78. sequ.) 85) Injustam esse fictionem *DECEPTIONEM* alterius, (§. CXCIX. 76.) non autem *SERMONEM ACUTUM* et *FICTUM*, (§. CC. 79. sequ.) adeoque 86) hæc omnia, nisi judicio nostro decipi velimus, accurate esse distinguenda. *)

*) Apud Græcos quodammodo ambiguum est vocabulum *ψῆδος*, quod et *mendacium*, et *falsiloquium* significare potest. Pro mendacio enim accepit Demosthenes, dicere solitus, *ὁδὸν ἀρα, ἢ, τι μᾶλλον ἀδικεῖν τις, ἢ ψῆδον λέγειν*, nullam esse rem, qua gravius quis ledere possit, quam dicendis mendacium. Pro falsiloquio Chariclea, cujus fertur apophthegma: *ἀρα τὸ ψῆδος, ἔταν ἀφαιδύτης λέγουτας, μὴτε καταβλάπτω τὸς ἀκούσας*. Bonum esse aliquando falsiloquium, quum videlicet ita juvet eo utentes, ut interim audientes non ledat. Heliod. *Aethiop. Lib. I. Cap. III. p. 52*. At non ita *ἰστρομίτιν* est vocabulum mendacium, quod, quum semper turpe atque detestabile vitium notet, à falsiloquio merito distinguitur. Quod et de reliquis, quæ hic conjunximus, vocabulis est observandum.

§. CCII.

Idem observandum de VERITATE, et VERACITATE.
Quum

Ad §. 202.

Idem observandum de veritate, et veracitate. Reprobanda prorsus distinctio ab Heineccio male excogitata inter veritatem, et veracitatem. Veritas non indifferens, nec unquam mala, sed virtus, bona, usus aliquando noxius, et via ad hoc noscendum data in præced. nota. Sed cum regulæ Protestantium cunctæ nitantur solo fulcro privationis juris proximi, inde liquet, male ab ipsis definiri veritatem, et mendacium ex repugnantia, vel conformitate juris existente in alio ad quem sermo dirigitur. Nam veritas est conformitas verborum, seu signorum exteriorum cum mentis cogitationibus, mendacium vero cum signa exter-

Quid ve- Quum enim is VERAX dicatur, qui veritatem sine dis-
ritas et simulatione eloquitur, quoties alteri eam ex nobis in-
veraci- telligendi perfectum imperfectumve jus est: consequens
tas? est, 87) ut VERACITAS semper in laude ponenda sit;
contra 88) indifferens videatur, et mala non minus,
ac bona esse possit VERITAS, quippe quæ in conven-
nientia verborum signorumque externorum cum cogi-
tationibus mentis consistit, (*Elem. phil. rat. §. XCIV.*)
siquidem 89) is non semper facit officium, qui om-
nes cogitationes suas aperit. *)

*) Notum illud Syracidis, *sapienti os in corde, stulto cor in ore*
esse. Vera ergo dicit dives, qui thesauros suos furi prodit,
nec tamen ideo ejus virtutem et veracitatem quisquam lau-
daverit: quum contra illi mendacium exprobrari non possit,
si expiscante fure, tacuerit, aut sermonem alio inflexerit.
(§. CC. *) Hinc illa Simonidis: *μὴ πρὸς τὸν ἀντὶ τῆς ἀληθείας*
αἰσχροῦ, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ πᾶσι, νῦνquam σε ποενίτις ἰ-
λεντί, sermonis sapenmero. Nec non hoc Thaletis: *Ἄνθρωπος*
πολλά ἰσχυροῦν ἀνογαίνεταί δι' ἑαυτὸν, non multa verba pru-
dentis animi indicium esse. Et quæ sunt his similia.

§. CCIII.

Quid ad Sermo, quo nos veritatem eloqui, vel falsi nihil
severa- dicere, serio confirmamus, dicitur ADSEVERATIO. Ad-
tio, jusju- severationem, quæ fit invocato Deo tamquam vindice,
randum, JUSJURANDUM vocamus. Denique sermo, quo alteri
benedic- fausta quævis à Deo precamur, BENEDICTIO, quo dira
tio, ma- quævis adprecamur, MALEDICTIO, quo quis, exæstuan-
ledictio, te ira, capiti suo diras imprecatur, EXSECRATIO so-
exsecra- let adpellari.

§. CCIV.

Quando Quum ergo, qui aliquid adseverat, serio confir-
uti liceat met, se verum eloqui, nec falsum dicere, (§. CCIII.)

id
terna cum internis cogitationibus minime conveniunt,
et utraque absolute seu virtus, seu vitium sunt. v. Al-
mici 1. 7. n. 10. seqq. Werenk. à num. 551. Desing.
lib. 2. c. 24.

id vero nemo sanus faciat, nisi qui suspicatur, pel- ad seve-
lucere mendacium, qualis suspicio conscientiae malæ rationi-
indicium est: (§. XXXV.) 90) nemo prudens adse- bus?
verationibus temere et præter necessitatem, sed 91)
tum demum utetur, si quis alter sine causa in dubium
vocat ea, quæ dicit, et 92) nec aliter eum convin-
cere potest, et 93) ejus tamen interest, sibi fidem
haberi. Ex quo porro colligimus, 94) tanto magis
eum agere contra officium, qui multis gravissimisque
adseverationibus ad lædendum decipiendumque alterum
utitur. *)

*) Quum enim alterum circumvenire et decipere, in se tur-
pe ac contra officium sit: (§. CXCIX. 76.) quid turpius
atque injustius posset excogitari, quam decipere per adse-
verationes? Et huc pertinet Romanorum formula: UTI
INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, UTI NE
PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAU-
DATUSVE SIEM. Cic. de Offic. III. 16. Turpe enim est
alterum capere et defraudare, et multo turpissimum capere
et fraudare per fidem tuam. Unde et famosum fuisse judi-
cium fiduciæ, observat V. C. Franc. Car. Conradi de pacto
fiduc. Exerc. II. §. IV.

§. CCV.

Quumque, cujus perfectione et felicitate delecta-
mur, ei fausta quævis non minus, ac nobis ipsis,
contingere velimus: 95) non iniquum sane erit, al-
teri bene dicere, eique fausta quævis adprecari, dum
id fiat serio, et ex amore, non ex consuetudine, et
veluti dicis tantum causa. *) Contra ea 96) quum
odiam spirent maledictiones, eas esse injustissimas, ni-
si cum misericordia quis alteri denunciaret, quæ ejus
furfuris hominibus ipse Deus jam interminatus sit. crationi-
Denique 97) execrationes, quippe et amoris sui ip- bus?
sius adversas, et ex desperatione et ira immodica pro-
fectas, nunquam esse excusandas: neque hic, dum ex
recta ratione rem æstimamus, in censum venire de-
bere exempla quædam heroica, quorum consideratio
ad aliam cathedram videtur pertinere.

*) Itaque pleræque faustæ acclamationes, quæ ex variis causis

sis occini solent illustribus ac potentioribus viris, in adulationibus abeunt. Immo aliquando sunt tamquam venenum, melle conditum, quoties eum, cui bene precantur, perisese mallent, vel vitæ ejus ac fortunæ struunt insidias. Hæc omnia quum non ex amore, sed odio, proficiscantur, contra jus naturæ esse, nemo negaverit.

§. CCVI.

Quod ad **JUSJURANDUM** attinet, quum per illud intelligatur adseveratio, Deo, tamquam vindice invocato, facta, (§. CCIII.) et ne ipsa quidem simplice adseveratione temere et promiscue utatur vir bonus: (§. CCIV. 98) multo minus temere et sine necessitate utatur jurejurando, sed 99) tum demum, quando id vel à superiore, veluti iudice, vel ab alio deferatur, si quidem tunc vel ipse amor exigit, ut alterum de veritate reddam certiore, eique suspicionem metumque falsitatis eximamus. Id vero 100) locum habet in omni jurejurando, adeoque 101) ne opus quidem est tot divisionibus in **JUSJURANDUM PROMISSORIUM**, et **ADSEVERTORIUM**, et hujus in **TESTIMONIALE** et **LITIS DECISORIUM**, *) quum eadem ubique regulæ obtineant.

*) Accedit, quod si rem expendamus paulo accuratius, omne jusjurandum sit *promissorium*. Quisquis enim jurat, si ve superiore, si ve adversario deferente, ille promittit, se veritatem eloquuturum bona fide. Ceterum id interesse ajunt inter **PROMISSORIUM** et **ADSEVERTORIUM**, quod illud super facto futuro; hoc super præterito præstetur, quod posterius siquidem de facto alieno juratur, **TESTIMONIALE**; si de proprio, **LITIS DECISORIUM**, et quidem, si à iudice deferatur super facto ipso, vel **SUPPLETORIUM** vel **PURGATORIUM**; utrumque vero **NECESSARIUM**; si super quantitate obligationis, **JUSJURANDUM IN LITEM**; si super conscientia litigatoris, **JUSJURANDUM MALITIÆ** vel **CALUMNIÆ**, denique si pars parti jusjurandum extra iudicium defert, **VOLUNTARIUM**, sin in iudicio, **JUDICIALE** vocari solet. Enimvero hæc ex jurisprudentia magis Romana, quam ex naturali esse, vel inde patet, quod aliæ gentes, veluti Hebræi et Græci, eas divisiones non agnovissent. Vid. Codex Talmudicus **תנן דב** Tom. IV. edit. *Surenhus.* Maimonid. de *Jurejurando*, editus à Diethmaro Lugd.

Bat. MDCCVI. Selden. de *Synedr. Hebr. II. 11.* Jac. Lydius de *juramento*. Quibus addi possunt, quæ Petrus, aliique antiquitatum scriptores, de usu forensi jurisjurandi apud Græcos passim commentati sunt.

§. CCVII.

Quumque à jurantibus Deus, tamquam vindex, invocetur; (§. CCIII.) consequens est, 102) ut in ludibrium abeat jusjurandum athei, *nec leviter peccet*, qui homini ejus *commatis* jusjurandum defert. 103.) Ut jusjurandum tum quod ad formulas, tum quod ad ritum attinet, cujusvis religioni sit attemperandum, *) debeat adeoque ne jurisjurandi quidem nomen mereatur *adseveratio* per res, quarum nulla mentem vincit religio. 104) Ut perjuri merito det pœnas, qui per falsos Deos pejeravit, immo 105) & atheus, qui dissimul-

T

mul-

Ad §. 207.

Nec leviter peccet. Peccat quia male ipse facit, et nos eum ad malum inducimus, cum ei juramentum deferimus, ut habet Covarruv. de *Juram. p. 1. §. 1. n. 10.* quod ex Heineccii quoque sententia hauriri potest, nam supra §. 129. obligatos nos esse monuit errantes in viam deducere.

Ibid. *Adseveratio per res.* Cum distinctione admittit. Div. Thomas 2. 2. q. 8. art. 6. negat quippe per contestationem, seu in fidem, ait per execrationem. Nam jurare per res creatas exhibendo eis illam reverentiam, quæ soli Deo debetur, aut in eas dirigendo juramenti finem, hoc ad idolatriam pertinet, nec licitum. Si tamen ita juratur, veluti juramentum per falsos Deos factum servandum est, quia rationem habet veri juramenti, quo ad perjurium, et alios juris effectus. Aliter juratur per execrationem, cum creaturam justitiæ Dei in confirmationem veritatis sic adstringimus, et obligamus, ut si aliter res habeat quam affirmamus, Deus in illa creatura ulciscatur perjurium nostrum, utiquis per propriam vitam, per filium suum cet. v. Covarruv. de *Juram. p. 1. §. 1. nu. 5. 6.*

mulato atheismo, per Deum pejeravit, tamquam qui alios decepti, jure puniatur.

*) Modo formula hujusmodi non simul tendat in ignominiam veri Dei, quippe quum actiones hujusmodi ne necessitas quidem extrema excuset. (§. CLX. 60.) Hinc experientia docet, jusjurandum, Judæo delatum, ejus religioni attemperari, quia formula illa nihil complectitur, quod in Dei veritatisve Christianæ ignominiam vergat. *Contra dubitarim ego*, an excusandus sit iudex Christianus, qui Mahumedanum apud se jurare jubeat *per Mahumedem, maximum unius Dei prophetam*, maxime, quum non sit talis Mahumedanorum religio, ut præcito per verum Deum, celi terræque conditorem, jusjurando non æque alloquentem veritatem adstringantur, ac si simul impostoris illius faciant mentionem.

§. CCVIII.

Ex eo porro, quod non ultro et temere, sed, deferente altero, jurandum est, (§. CCVI. 99.) colligimus, mente jusjurandum præstari in gratiam non jurantis, sed deferentis, adeoque 107) illud ex ejus, non ex jurantis, mente atque intentione esse explicandum, ac proinde 108) absurdissimas esse cavillationes illas, vel reservationes mentales, quas vocant, quibus homines improbi jurisjurandi vim eludere conantur: 109) absurdissimas etiam interpretationes eorum, qui turpia vel absona postulant ab iis, qui ultro jurarunt, alterum repulsam à se non laturum. *)

*) Quamvis enim multipliciter peccet, qui se tali jusjurando obstringit, primo quod ultro ac præter necessitatem, et nemine deferente, jurat: (§. CCVI. 98. 99.) deinde, quod in antecessum promittit, alterum non laturum repulsam, quum nondum præscire possit, qualia petitus sit alter: denique quod hoc ipso se sine necessitate vel perjurii, vel temerarii jurisjurandi periculo exponit: non

In scholio: *Contra dubitarim ego*. V. Lk. regias 19. 20. 21. Partit. 3. tit. 11. ubi formulas Judæi, et Mahumedani citra Dei ignominiam concipiuntur, ita *per mahumedem; quem tu Dei prophetam credis.*

tamen hujusmodi jusjurando quisquam obstringitur ad id, quod juratus promissit, præstandum, si quid alter, quod factu impossibile, turpe, atque iniquum sit, petat. Quum enim sibi ipse detulerit jusjurandum; illud procul dubio ex ejus tantum mente ac consilio erit interpretandum (§. CCVIII. 107.) Nemo vero, cui sana mens est, sese ad ea, quæ vel per naturam, vel per legem fieri non possunt, obstringere velle creditur. Peccavit ergo Herodes *Matth. XII.* dum filix saltatrici jusjurando temerario promissit, se, quicquid esset petitura, daturum; at multo graviore se scelere obstinxit, dum ei petenti Joannis caput indulgere non duxit.

§. CCIX.

Ceterum quum jusjurandum sit adseveratio, cum invocatione Dei tamquam vindicis, conjuncta: (§. CCIII.) Effectus consequens est, (§. CXXXI. 36.) 110) ut quisque obligatus sit ad jusjurandum religiose servandum. 111) Ut nota incavillationibus iurando non satisfaciat. *) Ut tamen de obligatione 112) legi cedere debeat obligatio jurisjurandi, adeoque 113) illud nullam obligationem producat, si quis se eo ad rem turpem, legibusve prohibitam, devinxerit, quamvis, 114) si legibus directe non refragetur jurata promissio, omnino quis teneatur, nisi dolo alterius malo deceptus, vel vi injusta adactus, jurarit. (§. CVII. §. CVIII. 43.) Ex quo denique patet,

Ad §. 209. *Vel vi in justa adactus jurarit.* Tenetur vi juramenti qui metu aut vi juravit. Duplex enim est obligatio orta ex juramento, qua et homini cui juratur, qua et Deo per quem juramus; et quamvis quo ad hominem jus ei non conferat, vel conferat, sed aliquid sit, quod ei opponi possit, reliqua est altera erga Deum, ita dubium hoc transigit Grotius lib. 2. c. 13; §. 14. de jur. belli et pac. verbis fere Div. Thomæ 2. 2. q. 89 art. 7. Sed ab eo dissentit Pufend. lib. 4. c. 2. n. 8. Berbeyracus et ceteri Protestantes, ad quos propius accedere videtur Heineccius, nam et Canonistas contemnit dum ait: *ex quo denique patet, quid statu-*

115) quid statuendum sit de canonistarum axioma: *omne jusjurandum esse servandum, quod sine sempiternæ beatitudinis detrimento servari possit.*

*) Est vero satisfactio per CAVILLATIONEM, si quis verbis non menti deferentis satisfacit. Quod quam impium sit, facile patet. Qui per cavillationem satisfacit jurijurando, is alterum decipit. Decipere alterum in se injustum est, (§. CXCIX. 76.) & multo quidem injustius, si quis invocato summo numine, tamquam vindice, decipiat. Hinc vere perjurium admisit Hatto, Archiepiscopus Moguntinus, dum Alberto Bambergensi pollicitus, se eum salvum reducturum in castellum, simulata fame, reduxit ad capiendum jentaculum, exolutum se eo ipso ratus jusjurandi religione. Otto Frising. Chron. VI. 15. Marian. Scot. ad ann. DCCCCVIII. Miratur hanc Archipræsulis versutiam Ditmarus Merseb. Lib. I. incunte, et recte miratur, quum ne Romani quidem sine censura ac nota dimiserint captivum, qui simili jurejurando astute hostes deceperat. Gell. Noct. Att. VII. 18. De eo recte Cic. de offic. III. 32. Liberatum se esse jurejurando interpretabatur. Non recte. Fraus enim adstringit, non dissolvit perjurium. Fuit igitur stultitia calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit Senatus ut ille veterator et callidus vincitus ad Annibalem duceretur.

§. CCX.

tuendum sit de Canonistarum axioma cet. fissus trita alia sed perniciosore regula correlationis, scilicet quia deficiente jure, et actione alterius propter vim et metum, cessat invicem obligatio, quæ communis illorum cantilena est. Grotius vero monstrat sæpius in nobis esse obligationem, quin jus nullum sit in alio, sicut in debito misericordiæ, gratiæ reponendæ, constantiæ, et fidelitatis lib. 2. c. 11. §. 3. immo §. 7. contendit eum, qui metu promittit aliquid, obligari, quia consensus adfuit non conditionalis, sed alterum teneri, qui metum injustum intulerit, ad liberandum ob damnum injuria datum v. supra de correlatione. §. 7. 109. 201. Hanc eandem sententiam tuetur cum Div. Thom. l. c. et q. 98. art. 3. Concina de jur. nat. Diss. 1. c. 5. Werenkus vero in jure nat. c. 3. n. 189. obligationem jure naturali deficere asserit; ceterum religione, vel ex principiis religionis proficisci cum juratum est.

§. CCX.

Sic satis demonstrare nobis videmur, neminem nec verbis, nec factis, nec ipsa cogitatione, esse lædendum. Quum vero quicumque alterum infeliciorem reddit, LÆDERE dicatur: is vero vel maxime alterum reddat infelicem, qui quod ei intulit, damnum non resarcit: consequens est, 116) ut, qui damnum dedit, ad illud resarciendum satisfaciendumque omnino sit obligatus. 117) Ut, qui satisfactionem illam alteri denegat, novam illi injuriam inferre, ac denuo illum lædere recte dicatur. *) 118) Ut si plures damnum dederint, circa satisfactionem idem observandum sit, quod supra de imputatione actionis à pluribus perpetratæ diximus. (CXII. sequ.)

*) Obligationem hanc ad satisfactionem Aristoteles Ethic. ad Nicom. V. 2. ex contractu involuntario; Pufendorffius de jure nat. et gent. III. 1. 2. ex eo derivat, quod frustranea futura esset lex de nemine lædendo, nisi, simul vellet legislator, ut damnum resarciretur. At nos ex ipso LÆSIONIS conceptu id officium elicimus. Non enim magis imperfectiores nos atque infeliciores reddit, qui quid nobis, quod nostrum est, intercipit et aufert, quam qui, quod intercipit et abstulit, non restituit, vel alio modo non satisfacit. Quum ergo nemo sit lædendus: nec reparatio damni vel satisfactio erit deneganda.

§. CCXI.

PER SATISFACTIONEM hic intelligimus præstationem ejus, quod lex à lædente exigit. Duo autem lex quævis perfecta exigit, I) ut, quia facto suo quis alteri damnum dedit, id resarciatur. *) II.) Ut, quia et ipse legislator per denegatum obsequium læsus est, malum aliquod passionis ferat, quisquis alteri contra legem damnum intulit. Quamobrem 119) satisfactio semper et poenam, et reparationem damni, suo ambitu complectitur. Grot. de jure belli et pac. II. 17. 22. et 120) una alteram vel ideo non tollit, quod vitiositas actus, ob quam poena irrogatur, et damnum, quod resarciendum est, in omni delicto semper conjuncta sunt. Sed de POENA alibi erit dicendi locus.

VIXO 2

*) Si

Qui lædit, tenetur ad satisfactionem.

Quomodo tenetur ad satisfactionem.

Quid satisfactio, et quomodo duplex.

*) Si damnum nullius facto illatum est, nemo etiam ad satisfactionem est obligatus, neque casus, à sola providentia divina profectus, ulli mortalium potest imputari. (§. CVI. 27.) Et inde sequitur, ut, si quis in rebus suis tale damnum passus sit, eum dominus ferre teneatur. Quod enim nemini imputare possumus: id ipsi ferre cogimur. Casum ergo, qui nemini imputari potest, ipse dominus ferre cogitur.

si quis proprio suo bono se obligat ad casum fortitiorum ad damnum ab omnibus sanctorum.

§. CCXII.

DAMNUM porro datum aut ita comparatum est, ut res omnis in pristinum locum restitui possit, aut ut factum infectum fieri nequeat. Priore ergo casu (21) Quomodo pres-tanda? res ipsa exigit, ut res omnino in priorem statum restituantur, simulque (22) damnum quod læsus hoc ipso, quod eum re sua carere oportuit, et (23) quod pro recuperanda illa impensas facere coactus est, sensis, resarciatur. Postiore, (24) ut æqua æstimatione in tantum, quantum fieri potest, læso præstetur indemnitas, et (25) ea in re non modo veri pretii, sed et adfectionis ratio merito habeatur. Quod exemplis homicidii, vulnerationis, mutilationis, adulteri, stupri, simillunque criminum illustat. Pofendorffius *de jur. nat. et gent. III. 1. 7. sequ.*



CAPUT VIII.

De Officiis erga alios imperfectis.

§. CCXIII.

ITA satis nobis demonstrasse videmur, neminem esse lædendum: quin et ostendisse, in quo consistat alterius læsio. Jam ergo proximum esset, ut quomodo suum cuique tribuendum sit, eadem industria explicaremus; (§. CLXXV.) nisi hæc officia hypothetica essent comparata, ut sine imperfectorum natura et indole intelligi nequeant. (§. CLXXVI.) Quare consulti-ssimum fuerit, tractationem hanc præmittere, attamen id iterum iterumque monere, ne quod in hoc crimine, ævi nostri Rhodanensis capitale, scientes deolo malo perpetrasse videamur.

§. CCXIV.

§. CCXIV.

Fons horum officiorum omnium est AMOR HUMANITATIS vel BENEFICENTIE, (§. LXXXIV.) quo ei, quem amamus, et id libenter tribuimus, quod ei non debemus jure stricto, et quod tamen ad ejus felicitatem pertinere animadvertimus. Quum vero HUMANITAS nos sine detrimento; BENEFICENTIA et cum detrimento aliis prodesse jubeat: (§. LXXXIII. *) i) OFFICIA etiam IMPERFECTA duorum generum esse, et in officia HUMANITATIS vel INOXIE UTILITATIS, et BENEFICENTIE, et divi-

Officio- rum im- perfectorum fundamentum et divi- no.

Ad §. 214.

Officia humanitatis vel innoxie utilitatis, et beneficentiae. Locum hunc et alios nempe lib. 1. c. 7. §. 180. 182. ubi honesti mentionem facit, notat Desing. lib. 1. c. 8. 14. quia in principia honesti, justii, et decori Thomasi incurrat. Et justa quidem hujus erit censura si adeo libere uti Thomasius de honesto sentiamus, quasi nulla id juris obligatione vinciat. Quare intelligendus Heineccius uti supra §. 84. ita ut obligationem imperfectam eis tribuat, et veram ipsam quidem obligationem ex Dei voluntate proveniente, (§. 9.) quamvis sine coactione externa, non autem sine coactione morali uti notavimus ibid. et §. 174. hoc ipsum fere tenet Werenk. p. 1. c. 4. à num. 643. seqq. et Heineccium sequitur Almici. Nec quia officia humanitatis ob multarum rerum necessariorum indigentiam, et quia homines sine illis vitam suaviter et commode traducere non possint adstruat Heineccius, ideo decori, et utilis principia nude amplecti credendus, quasi voluerit ob hoc solum esse prestanda. Ratio hæc vulgaris et obvia ad captum humanum facile accommodata, nam apertius §. 216. 218. et 221. præstanda tradit ex amore proximi à Deo jussu ut ipse Werenk. num 626. et alias Heineccius causam generalem officii posuerat. §. 130. in schol. in voluntate Dei. Quemadmodum enim cum de pactorum fide, cum de veritate loquimur præter alia addimus etiam ut tuta humana



*) Si damnum nullius facto illatum est, nemo etiam ad satisfactionem est obligatus, neque casus, à sola providentia divina profectus, ulli mortalium potest imputari. (§. CVI. 27.) Et inde sequitur, ut, si quis in rebus suis tale damnum passus sit, eum dominus ferre teneatur. Quod enim nemini imputare possumus: id ipsi ferre cogimur. Casum ergo, qui nemini imputari potest, ipse dominus ferre cogitur.

§. CCXII.

si quis proprio suo bono se obligat ad casum fortitudo eventuum, tunc ad damnum ab omnibus liberum.

DAMNUM porro datum aut ita comparatum est, ut res omnis in pristinum locum restitui possit, aut ut factum infectum fieri nequeat. Priore ergo casu (21) Quomodo pres-tanda? res ipsa exigit, ut res omnino in priorem statum restituantur, simulque (22) damnum quod læsus hoc ipso, quod eum re sua carere oportuit, et (23) quod pro recuperanda illa impensas facere coactus est, sensis, resarciatur. Posteriore, (24) ut æqua æstimatione in tantum, quantum fieri potest, læso præstetur indemnitatis, et (25) ea in re non modo veri pretii, sed et adfectionis ratio merito habeatur. Quod exemplis homicidii, vulnerationis, mutilationis, adulteri, stupri, simillunque criminum illustat. Pofendorffius *de jur. nat. et gent. III. 1. 7. sequ.*

CAPUT. VIII.

De Officiis erga alios imperfectis.

§. CCXIII.

ITA satis nobis demonstrasse videmur, neminem esse lædendum: quin et ostendisse, in quo consistat alterius læsio. Jam ergo proximum esset, ut quomodo suum cuique tribuendum sit, eadem industria explicaremus; (§. CLXXV.) nisi hæc officia hypothetica essent comparata, ut sine imperfectorum natura et indole intelligi nequeant. (§. CLXXVI.) Quare consulti-ssimum fuerit, tractationem hanc præmittere, attamen id iterum iterumque monere, ne crimen, ævi nostri Rhodanensis capitale, scientes deolo malo perpetrasse videamur.

§. CCXIV.

§. CCXIV.

Fons horum officiorum omnium est AMOR HUMANITATIS vel BENEFICENTIE, (§. LXXXIV.) quo ei, quem amamus, et id libenter tribuimus, quod ei non debemus jure stricto, et quod tamen ad ejus felicitatem pertinere animadvertimus. Quum vero HUMANITAS nos sine detrimento; BENEFICENTIA et cum detrimento aliis prodesse jubeat: (§. LXXXIII. *) i) OFFICIA etiam IMPERFECTA duorum generum esse, et in officia HUMANITATIS vel INOXIE UTILITATIS, et BENEFICENTIE,

Officio- rum im- perfectorum fundamentum et divi- no.

Ad §. 214.

Officia humanitatis vel innoxie utilitatis, et beneficentiae. Locum hunc et alios nempe lib. 1. c. 7. §. 180. 182. ubi honesti mentionem facit, notat Desing. lib. 1. c. 8. 14. quia in principia honesti, justi, et decori Thomasi incurrat. Et justa quidem hujus erit censura si adeo libere uti Thomasius de honesto sentiamus, quasi nulla id juris obligatione vinciat. Quare intelligendus Heineccius uti supra §. 84. ita ut obligationem imperfectam eis tribuat, et veram ipsam quidem obligationem ex Dei voluntate proveniente, (§. 9.) quamvis sine coactione externa, non autem sine coactione morali uti notavimus ibid. et §. 174. hoc ipsum fere tenet Werenk. p. 1. c. 4. à num. 643. seqq. et Heineccium sequitur Almici. Nec quia officia humanitatis ob multarum rerum necessariorum indigentiam, et quia homines sine illis vitam suaviter et commode traducere non possint adstruat Heineccius, ideo decori, et utilis principia nude amplecti credendus, quasi voluerit ob hoc solum esse prestanda. Ratio hæc vulgaris et obvia ad captum humanum facile accommodata, nam apertius §. 216. 218. et 221. præstanda tradit ex amore proximi à Deo jusso ut ipse Werenk. num 626. et alias Heineccius causam generalem officii posuerat. §. 130. in schol. in voluntate Dei. Quemadmodum enim cum de pactorum fide, cum de veritate loquimur præter alia addimus etiam ut tuta humana

recte dispesci, patet. Utraque 2) ob multarum rerum necessarium indigentiam, tam sunt necessaria, ut homines sine iis vitam suaviter et commode traducere non possint.

§. CCXV.

Quum ergo et horum officiorum non alia esse possit norma, quam nostri ipsius amor, adeoque alios De iis amare teneamur, tamquam nos ipsos: (§. XCIII. 66.) consequens est, 3) ut quod nobis fieri ab aliis volumus, id et aliis facere teneamur. (§. LXXXVIII. 55) Unde et supra, dum certum principium, ad quod omnia, quæ aliis hominibus præstanda sint, officia referri possint, præmisimus, invenimus regulam: **HOMO HOMINEM NON MINUS, QUAM SEIPSUM, TENETUR AMARE, NEC ALTERI, QUOD SIBI NON VULT, FACERE,** (unde officia perfecta deduximus,) **CONTRA ILLA FACERE OMNIA, QUÆ SIBI AB ALTERO FIERI CUPIT.** (§. XCIII. 68.) Unde officia omnia imperfecta, tum humanitatis, tum beneficentiæ pro alveo fluere, res ipsa docebit.

§. CCXVI.

Primo itaque nemo sibi vult ea denegari quæ alter sine detrimento suo præstare potest. Ergo alteri, quisque talia liberaliter præstare tenetur. Inhumanissimum ergo dixeris merito, 4) qui alterum, quum officia, possit opè et consilio non juvat, vel ejus res non servat pro virili, 5) errantem non revocat in viam, 6) detrimendo sitienti aquam profluentem, 7) argenti ignem, æstu languenti umbram, negat, vel 8) aliquid ab altero cum ejus incommodo exigit, quod facilius et sine suo alteriusque detrimento consequi posset. Quin 9) adeo levis ac tralatitia est hæc benignitas, ut sæpe per leges vel consuetudines officia hæc imperfecta in perfecta transire videamus.*)

*) Sic legibus cautum fuerat apud Athenienses, ut diris devot-

societas servetur, ita hic trita hæc alia sane ratio injuncta, cum aliunde eadem hæc officia Evangelio consona probasset. §. 88.

voveretur, quisquis erranti non monstrasset viam. Hinc sententia Diphili: ἀγνοῦν, ἢ τὰς ἀγνοίας, ἐστὶν ἰσχυρὸν, ἢ τὸ μὴ γινῶσκαι τὸν ἰσθμὸν ἰδῆν; An nescis, quod in execrationibus quoque, si quis rectam viam non ostenderit? Sic legibus quoque Romani caverint, ut quis alterum actione compellere posset ad rem exhibendam, qui sibi nec ex pacto ullo, nec ex delicto, esset obligatus. Ad consuetudinem vero provocat Latona apud Ovid. *Metamorph. VI. v. 349.*

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Et Seneca *Controv. I. 1. Iniquum est, collapsis manum non porrigere. Commune hoc jus generis humani est.* Commune jus, id est, consuetudo, communi omnium gentium consensu recepta.

§. CCXVII.

Ejusdem prope innoxie utilitatis est 10) præstatio rerum, quarum tanta nobis affluentia est, ut eas sine notabili aliquo detrimento cum aliis possimus communicare itemque 11) earum rerum, quæ alioquin quibus apud nos essent periturae, in aliorum utilitatem dispensatio: ut adeo 12) et illi valde inhumani sint, qui res tales corrumpunt, flammis absumunt, in mare projiciunt, in terra clam defodiunt, tantum ut nemo aliorum inde aliquid capiat utilitatis.*)

*) Est et hæc satis tralatitia humanitas, et veluti alter ejus gradus. Quemadmodum vero, qui cuiquam hæc officia denegant, valde inhumani sunt: ita iniqui actionum suarum aestimatores videntur, qui ideo maximas sibi gratias debere existimant. Terent. *Andr. II. 1. v. 31. Neutiquam officium liberi esse hominis puto, quum is nihil promereat, postulare, id gratiæ adponi sibi.* Quis vero magnam rem præstitisse hospiti dixerit Calabrum, de quo Horat. *Epist. I. 7. v. 14.*

Quo more piris vici Calaber jubet hospes.

Tu me fecisti locupletem. Vesce te, podes.

Jam satis est. At tu quantumvis tolle. Benigne.

Non invisâ feret pueris munusculo parvis.

Tam tenor dono, quam si dignitor onustus.

Ut libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.

Prodigus et stultus donat, quæ spernit et odit.

Perquam inhumanus est, qui talia aliis indigentibus negat; non multo plus quam inhumanus, qui dum ea offert, tam beneficis sibi videtur, ut ideo alterum sibi perpetuo obstrictum habere debeat.

§. CCXVIII.

At quum talia aliis præstare teneamur ex amore, quo nos alios prosequi jubet Deus O. M. (§. CCXV.) nemo vero alterum se ipso magis amare teneatur: (§. XCIII. 65.) consequens est, 13) ut si his officiis nobis ipsis, vel amicis, nos obfuturos esse, prævideamus, ea jure aliis denegemus. Quod quum vel maxime contingere possit in statu naturali, ubi nullus nos tutos præstat magistratus, si hostibus manifestis prodesse hoc modo non dubitemus: facile reddi potest ratio 14) cur in statu naturali hosti, quatenus hostili erga nos animo est, etiam innoxie utilitatis officia jure denegemus: 15) contra in statu civili eo obtentu nemo temere sine reprehensione utatur. *)

Quid si noxia nobis futuri rasi humanitas?

*) Sic in bello hostes jure prohibemus a quatione, jure item corrumpimus commeatum, ne illis, nos invasuris, utilitatem præstet. Sed hæc omnia eatenus jure fiunt, quatenus hostili in nos sunt animo. Alioquin enim, si nobis obesse non possunt, omnino humanitatis insignem ferunt laudem, qui et hostes, e. g. captivos, vel morbo decumbentes, sine insigni detrimento suo juvant. Quumque in statu civili non temere nobis nocere possit hostis, quem saltim magistratus auctoritas in ordinem cogere potest: inhumanus omnino est, qui et hosti, immo et scelerato homini, has innoxie utilitatis res subtrahit, quum hic misereri oporteat *ὁ τὸν τρέπον, ἀλλὰ τὸν ἀνθρώπον, ἢ τὸν ἀνθρώπον, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον*, non mores, sed hominem, vel si non hominem, at saltim humanitatem, uti recte vidit Aristoteles apud Diogen. Laert. V. 21. Quare vix excusanda est inhumanitas Atheniensium, qui Socratis accusatores ita aversati sunt, ut nec ignem iis accenderent, nec interrogantibus responderent, neque in balneo aqua uterentur eadem, donec illi odii impatientia sese suspenderent. Plutarch. de invid. et od. p. 538.

§. CCXIX.

Immo potius, quum amor, ex quo hæc officia proficiscuntur, non ob alterius merita, sed ob æqualitatem naturæ, debeatur: (§. LXXXVIII.) facile patet, 16) et inimicis, non denegandas esse res, quibus



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

DIRECCION GENERAL DE ESTUDIOS

bus abundamus, et quæ sine detrimento nostro præstari possunt, quin 17) tanto splendidiorem fore hanc humanitatem, quanto minus illa cum spe aliqua insignem gratiam ab hostibus ineundi conjuncta est *)

*) Novimus hæc Christianis inculcari *Matth. V. 45. Luc. VI. 35.* iisdemque ob oculos poni exemplum ipsius Patris coelestis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. At ejusdem veritatis ipsam rectam rationem, considerata humanæ naturæ æqualitate, non esse ignaram, vel inde patet, quod Socrates ex instituto profligavit vulgarem sententiam, amicis bene faciendum, male inimicis: teste Themistio *Orat. ad Valent. de bello victis.* Et quid excellentius ab homine, experte sacrarum litterarum, scribi potuit, quam illud Hieroclis in *aur. Pythag. carm. p. 69.* *ὁ καὶ λέγεται ἰσθῆς, ὡς ὁ θεὸς ἐχέει τὴν σπουδαίαν καὶ μίσην ὁ ἀγαθὸς αὐτῶ φίλος, ἢ μὴ γὰρ τὸν ἀγαθὸν φίλῃ, ὁ δὲ τὸν κακὸν ἐχέειν τὸν κακόν, ἢ δὲ τὸν ἀγαθὸν ἐμισσημένον ἢ τῆ πρὸς κοινωσίαν, τὸν ἀγαθὸν ἐν πάντων ἠλεείτω, μισθόμενος καὶ ἐν τῆς φίλιας μετριοῖς τὸν θεόν, ὁ δὲ πρὸς μὴ δὲ τὸν ἀνθρώπων, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀπαρτίζου.* Unde fit etiam, ut recte dicatur, virum bonum odisse neminem, solumque bonum et amicum existere. Quum enim bonum diligit, non eum qui malus sit, putat inimicum. Sin autem virtute præditum querit ad societatem, ex omnibus eum diligit, qui probus sit, atque in amicitia legibus Deum ipsum imitatur, qui nullum quidem solet odisse, sed eum potissimum, qui bonus est, amplecti et diligere.

§. CCXX.

At quum tamen amor ille humanitatis, ex quo hæc officia, tamquam ex fonte limpidissimo, promanant, directricem veluti habeat sapientiam, (§. LXXXIII. 45.) sapientia vero sit facultas, ea, quæ ad nostram aliorumque felicitatem pertinent, discernendi: (§. eod.) inde colligimus, 18) non solum personarum, sed et necessitatis, qua alter premitur, habendam esse rationem, adeoque 19) in pari causa, si omnibus non possit satisfieri, plus humanitatis deberi viro bono, quam scelerato, 20) plus amico, quam inimico, 21) plus cognato et necessario, quam extraneo; *) 22) plus denique ei, qui magis, quam qui minus opis nostræ indiget. Et eatenus recte illus-

Observandi tamen gradus necessitudinis.

trīs LEIBNITIUS, justitiam amorem sapientis esse statuit.

*) Hinc et Pythagoras certos amoris hujus gradus distinxit

in aureo carm. v. 4. sequ.

Τὸς τε γυνᾶς τιμᾶ, τὸς τ' ἀγγίξ' ἐγγυῶνται.

Τῶν δ' ἄλλων ἀγέτη πένυ φέλει, ἔστι ἀγίτης.

Inde parentis honor sequitur : tum sanguinis ordo.

Post alii iusto, virtus ut maxima, amici.

Quam Pythagoræ sententiam præclare, uti solet, interpretatur Hierocles p. 49. sequ.

§. CCXXI.

Sublimior est amoris gradus, quem supra BENEFICENTIAE vocavimus, (§. CCXIV.) quia amor ille ita comparatus est, ut nos et cum aliquo detrimento aliis pro virili prodesse jubeat. Quum enim, quæ nobis fieri eupimus, ea, et aliis facere teneamur, (§. LXXXVIII. 55.) et sæpenumero incidant casus, ut infelicissimi nobis videremur, nisi alii nobis, quæ desunt, liberaliter elargirentur, tunc vero nemo temere sit, quin illa sibi præstari cupiat: consequens est, 23) ut his casibus aliis et cum detrimento ea, quæ illis deesse animadvertimus, liberaliter elargiamur. *)

Obligatio ad beneficentiam.

*) ELARGIRI vero dicimur, non quod commodamus, vel pro certa mercede concedimus, sed quod alteri sine spe vel restitutionis, vel retributionis, damus. Itaque si rem do, ut recipiam, vel, ut saltem mercedem feram: actus hic incidit in contractum. Si do sine spe restitutionis vel retributionis: vera hæc beneficentia vel largitas est. Seneca de Benef. VI. 14. Illos ex toto præteribo, quorum mercenarium beneficium est, quod qui dat, non computat, cui, sed quanti daturus sit, quod undique in se conversum est. Vendit mihi aliquis frumentum, vivere non possum, nisi emerō: sed non debeo viam, quia emi. Nec quam necessarium fuerit, attimo, sine quo victurus non fui: sed quam gratuitum, quod non habuissem, nisi emissem, in quo mercator non cogitavit, quantum auxilium adlaturus esset mihi, sed quantum lucrum sibi. Quod emi, non debeo. Quamvis vero hamata non esse oporteat beneficia: nemo tamen benefacit alteri, quin hunc sibi ad amorem mutuam devincere velit. Ac proinde alter, qui beneficia accipit, eo ipso se tacite ad mutuam amorem omnino obstringit.

§. CCXXII.

de amnulo.

§. CCXXII.

Itaque BENEFICIUM est, res vel actio, alteri profutura, quam ei sine spe restitutionis, aut retributionis præstamus. Studium vero alteri talia præstandi BENEFICENTIAM, vocamus: quemadmodum studium et promptitudinem, alteri ea cum obligatione restitutionis vel compensationis præstandi, quæ ipsi prosunt, OFFICIOSITATEM adpellavit. Sidon. Apollin. Carm. XXIII. v. 478. Quamvis vero ea, quæ ita præstantur, beneficiorum nomine non veniant: magni tamen fieri omnino debent, et grato animo accipienda sunt, si vel majoris sint, quam ut mercedem admittant, vel ab eo, quem ad id præstandum non obligat officii ratio, præstentur. *)


Quid beneficentia? quid officiositas?

*) Vidit et hoc Seneca ibid. Cap. XV. Isto modo, inquit, ne medico quidquam debere te, nisi mercedulam, dices: nec præceptorī, quia aliquid numeraveris. Atqui omnium horum apud nos magna charitas, magna reverentia est. Adversus hoc respondetur, quædam plurius esse, quam emuntur. Emis a medico rem inestimabilem, vitam ac valetudinem bonam: a bonarum artium præceptore studia liberalia, et animi cultum. Itaque his non rei pretium, sed operæ, solvitur, quod deserviunt, quod a rebus suis avocati nobis vacant. Mercedem non meriti, sed occupationis suæ, ferunt. Postea tamen et aliam rationem, cur et iis, qui talia præstant, gratum animum debeamus, reddit, dum Cap. XVI. ista subjungit. Quid ergo? quare medico et præceptorī plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor? Quia ex medico, et præceptore in amicum transerunt, et nos non arte, quam vendunt, obligant, sed benigna et familiari voluntate.

§. CCXXIII.

Quum ergo beneficentia sit studium ea, quæ alteri profutura animadvertimus, præstandi (§. CCXXII.) nemo non videt, 24) ejus virtutis laudem sibi frustra adrogare eos, qui, ut ille servulus Terentianus, Hecyr. V. 4. v. 39. plus sæpe boni ignorantes imprudentesque faciunt, quam scientes antea umquam: (§. XLVIII.) vel 25) qui consilio nocendi alteri benefa-

Beneficentia proficisci debet ex voluntate aliis uti-



litatem adferendi. ciunt, vel 26) non alia ratione ad beneficiendum ex- citantur, quam quod id beneficium sibi magis, quam aliis, profuturum existiment. Ex quo porro patet, 27) in dijudicandis beneficiis animum magis, et consilium benefactoris, quam ipsum actum atque effectum, esse æstimandum. *)

*) Ut exemplis illustremus has conclusiones: nemo dixerit, beneficio adfici alterum, cui rei ignari litteras, boni quid nunciantes, tradidimus: nec quem quis commendat, tantum ut alio loco sit, ipseque vacua dominetur in aula: nec qui arbores suæ voluptatis causa plantavit, si umbra earum et vicinus, præter ejus animi sententiam fruatur. Huc pertinet elegans fabella Phædri I. 22. de mustela, ab homine prehensa, quæ, quum instantem effugere cupiens necem, rogaret, ut sibi parceretur, quum molestis muribus purget domum, triste hoc tulerit responsum:

Faceres, si causa mei:

Gratum esset, et dedissem veniam supplicii:

Nunc quia laboras, ut fruaris reliquis,

Quæ sint rosuri, simul et ipsos devores,

Noli imputare vanum beneficium mihi.

Hæc enim, ipso interpretante Phædro, in se dictum debent illi agnoscere, quorum privata servit utilitas sibi, et meritum inane jactant imprudentibus.

§. CCXXIV.

Beneficia Quumque ex amore hæc beneficia proficisci debeant, isque semper conjunctus sit cum sapientia: (§. LXXXIII. 45.) facile patet, 28) profusionem, et quidvis potius, quam liberalitatem, esse, cui ratio non constat: nec 29) beneficiorum vocabulo digna videri, quæcumque ex ambitione magis et jactantia, quam ex amore, vel 30) non indigis, sed opulentioribus, *) immo 31) indignis potius, quam viris bonis, vel quæ denique, 32) turbato illo necessitudinum ordine, de quo supra quædam monuimus, (§. CCXX.) prestantur.

ala necesse sit adot.

*) Præterquam enim quod hæc beneficia præripiuntur indigis: plerumque etiam sunt hamata et captatoria, ac proinde eo quoque nomine merito indigna sunt beneficiorum vocabulo. *Matth. V. 46. 47. Luc. VI. 32. sequ.* Præterea apud opulentiores, quidquid iis beneficii præstiteris, nec gra-

gratum est, nec beneficii rationem habet. Hinc risisse Alexandrum M. novimus beneficium, quum illi jus civitatis offerrent Corinthii, quamvis se id, præter Herculem et Alexandrum, nemine dedisse gloriarentur. Seneca *de Benef. I. 13.* Fieri tamen potest, ut hujusmodi beneficia excusent officium, beneficiorum ab aliquo antea perceptorum memoria, immo et civitatis, in qua versamur, mores, ac proinde Romæ, nemo vitio clienti vertere potuisset hujusmodi liberalitatem, quia jus illud patronatus, à Romulo institutum, exigebat etiam, ut patronis benefacerent clientes. Dionys. Halic. *Lib. II. p. 84.* Plutarch. *Romul. p. 24.* Polyb. *Hist. VI. p. 459.* Nec magis Persæ Regi suo offerentes dona et munera, ullius reprehensionem jure incurrerant, quum lex exstaret, *πᾶσι τὰς βασιλῆα κατὰ τὴν ἰαυτῶ δὲναμῆν ἰναξοῦ προσνομίζου*, ut omnes Persæ Regi, singuli pro suis facultatibus, munera offerent. *Ælian Var. Hist. I. 31. sequ.*

optimi.

§. CCXXV.

Præterea ex eo, quod prodesse alteri debeant beneficia, (§. CCXXII.) non abs re colligere nobis videtur, 33) beneficia attemperanda esse cujusvis conditioni et necessitatibus: adeoque 34) non esse beneficia, quæ alteri nullam adferunt utilitatem, 35) multoque minus id nomen mereri, quæ cum manifesto alterius detrimento, vel saltim 36) cum maximo incommodo, conjuncta sunt. *)

Et alterius necessitati, et conditioni attemperanda.

*) Hinc beneficium non est, qui famelico gemmam, sitienti vestem pretiosam, ægroto epulum offert, *per n. 33.* Nec minus id nomen meretur Bessus, qui catenas aureas Dario injecit. *Curt. Lib. V. Cap. XII. per n. 34. 35.* Denique Romanus ille, servatus inter proscriptos, ac deinde perpetuo circumductus ludibrioque habitus, recte exprobravit benefactori suo, *nihil se illi debere, si servaverit, ut haberet, quem ostenderet.* Seneca *de Benef. II. 11. per n. 36.*

si toties quod Bessio los gni illo de morte summa.

§. CCXXVI.

Quemadmodum vero amor ille humanitatis et beneficentiæ, qui nos ad beneficia aliis præstanda inflammavit, ne quidem inimicos negligi patitur: (§. CCXXIX. 16.) ita facile unusquisque intelliget, 37) tinguendum.



di gra- multo magis amandos esse, qui nobis, quantum in ip-
 sis fuit, beneficia præstiterunt: adeoque 38) eos esse
 cessitu- pessimos mortalium, ipsisque brutis ferociores, qui se
 dinis. ne beneficiis quidem ad concipiendum nostri amorem
 moveri patiuntur: quin 39) eosdem eo esse injustio-
 res, quo minus negari potest, eos, acceptando be-
 neficia, se ad mutuum benefactorum amorem obstrin-
 xisse. (§. CCXXI. *)

§. CCXXVII.

Amor erga benefactores vocatur GRATUS ANIMUS,
 vulgo GRATITUDO. Quamobrem quum unusquisque ad
 amandum eum, à quo beneficiis ornatus est, obstric-
 tus sit: (§. CCXXVI. 37.) consequens est, 40) ut
 unusquisque etiam obstrictus sit ad gratum animum
 benefactoribus quavis ratione ostendendum: 41) id
 tamen officium imperfectum esse, adeoque 42) nec
 quemquam ad illud alteri exhibendum cogi, nec 43)
 ingratum actione forensi conveniri posse, *) nisi le-
 ges civiles ejusmodi actionem diserte invexerint. Qua-
 le quid de Persis tradidit Xenophon *Cyropæd.* I. 2. 7.
p. 9. edit. Oxon.

*) Equidem vulgo distinguunt inter ingratitude SIMPLI-
 CEM, cujus vitii reus est, qui benefactori non benefacit,
 et PRÆGNANTEM, si quis beneficia malefactoris atque
 injuriis pensat. Et illam quidem extra legem civilium pœ-
 nas, hanc pœna dignissimam esse, statuit Pufendorf. *de*
jure nat. et gen. III. 3. 17. Sed si dicendum quod res est,
 hoc quoque casu non in ingratum animadvertitur, sed in
 injuriosum, quippe pœnas daturum, etiamsi homini, nul-
 lis sibi beneficiis cognito, intulisset injuriam. Quamvis
 facile largiamur, eo gravius merito haberi delictum, cum
 turpissimo isto animi ingrati vicio conjunctum. Sic sane
 gravius merito animadvertitur in eos, qui in parentes,
 educatores, patronos, quam qui in extraneos, fuere in-
 jurii.

§. CCXXVIII.

De care- Quandoquidem vero gratitudo est amor erga be-
 gulæ. nefactorem: (§. CCXXVII.) consequens est, 44) ut,
 de-

delectari unumquemque benefactoris sui perfectione et
 felicitate, et 45) ejus benevolentiam verbis ornare et
 prædicare, quin et 46) beneficia beneficiis, non iis-
 dem quidem semper, at beneficiis tamen, et officiis,
 quantum fieri potest, plurimis pensare oporteat: ac
 proinde, 47) ut desint vires, tamen et voluntatem
 gratum ostendendi animum magnopere esse laudan-
 dam.

§. CCXXIX.

Denique quum et cum detrimento nostro prodesse,
 et sine spe restitutionis ac retributionis benefacere a-
 liis teneamur: (§. CCXXI. 23.) consequens est, 48) ut
 ut multo minus alteri denegare debeamus, quæ sibi
 ille, certam restitutionem et retributionem spondens,
 præstari petit, adeoque 49) unusquisque obligatus sit
 ad studium illud alteri gratificandi, quod supra OFFI-
 CIOSITATEM vocavimus, (§. CCXXII.) dummodo 50)
 non manifestum sit, illam alios juvandi promittendum
 cum periculo ac detrimento nostro non fore conjunc-
 tam. (§. XCIII. 65.)

CAPUT IX.

*De officiis erga alios Hypotheticis, et primo quidem, cir-
 ca dominii acquisitionem Originariam.*

§. CCXXX.

Quæ hactenus disseruimus, ea partim ad amorem Conne-
 JUSTITIÆ, partim ad eum, quem supra HUMANO-
 NITATIS, et BENEFICENTIÆ amorem adpellavimus,
 (§. LXXXIV.) pertinent. Ex hoc officia imperfecta,
 de quibus superiore capite disseruimus; ex illo per-
 perfecta, tamquam ex fonte, promanant. Perfecta in eo
 consistere diximus, ut primum neminem lædamus,
 (quod officium ABSOLUTUM vocavimus,) deinde, ut
 suum cuique tribuamus, quod nobis officium HYPOTHE-
 TICUM est. Quum igitur de illo *Cap. VII.* actum sit, de
 hoc jam erit eadem cura exponendum.

X

§. CCXXXI.

Obliga-
 tio ad of-
 ficiosita-
 tem.

®

di gra- multo magis amandos esse, qui nobis, quantum in ip-
 sis fuit, beneficia præstiterunt: adeoque 38) eos esse
 cessitu- pessimos mortalium, ipsisque brutis ferociores, qui se
 dinis. ne beneficiis quidem ad concipiendum nostri amorem
 moveri patiuntur: quin 39) eosdem eo esse injustio-
 res, quo minus negari potest, eos, acceptando be-
 neficia, se ad mutuum benefactorum amorem obstrin-
 xisse. (§. CCXXI. *)

§. CCXXVII.

Amor erga benefactores vocatur GRATUS ANIMUS,
 vulgo GRATITUDO. Quamobrem quum unusquisque ad
 Obligatio ad gratitudinem. amandum eum, à quo beneficiis ornatus est, obstric-
 tus sit: (§. CCXXVI. 37.) consequens est, 40) ut
 unusquisque etiam obstrictus sit ad gratum animum
 benefactoribus quavis ratione ostendendum: 41) id
 tamen officium imperfectum esse, adeoque 42) nec
 quemquam ad illud alteri exhibendum cogi, nec 43)
 ingratum actione forensi conveniri posse, *) nisi le-
 ges civiles ejusmodi actionem diserte invexerint. Qua-
 le quid de Persis tradidit Xenophon *Cyropæd.* I. 2. 7.
p. 9. edit. Oxon.

*) Equidem vulgo distinguunt inter ingratitude SIMPLI-
 CEM, cujus vitii reus est, qui benefactori non benefacit,
 et PRÆGNANTEM, si quis beneficia malefactis atque
 injuriis pensat. Et illam quidem extra legem civilium pœ-
 nas, hanc pœna dignissimam esse, statuit Pufendorf. *de*
jure nat. et gen. III. 3. 17. Sed si dicendum quod res est,
 hoc quoque casu non in ingratum animadvertitur, sed in
 injuriosum, quippe pœnas daturum, etiamsi homini, nul-
 lis sibi beneficiis cognito, intulisset injuriam. Quamvis
 facile largiamur, eo gravius merito haberi delictum, cum
 turpissimo isto animi ingrati vicio conjunctum. Sic sane
 gravius merito animadvertitur in eos, qui in parentes,
 educatores, patronos, quam qui in extraneos, fuere in-
 jurii.

§. CCXXVIII.

De eare- Quandoquidem vero gratitudo est amor erga be-
 nefactorem: (§. CCXXVII.) consequens est, 44) ut, de-

delectari unumquemque benefactoris sui perfectione et
 felicitate, et 45) ejus benevolentiam verbis ornare et
 prædicare, quin et 46) beneficia beneficiis, non iis-
 dem quidem semper, at beneficiis tamen, et officiis,
 quantum fieri potest, plurimis pensare oporteat: ac
 proinde, 47) ut desint vires, tamen et voluntatem
 gratum ostendendi animum magnopere esse laudan-
 dam.

§. CCXXIX.

Denique quum et cum detrimento nostro prodesse,
 et sine spe restitutionis ac retributionis benefacere a-
 liis teneamur: (§. CCXXI. 23.) consequens est, 48) ut
 Obligatio ad officiositatem. multo minus alteri denegare debeamus, quæ sibi
 ille, certam restitutionem et retributionem spondens,
 præstari petit, adeoque 49) unusquisque obligatus sit
 ad studium illud alteri gratificandi, quod supra OFFI-
 CIOSITATEM vocavimus, (§. CCXXII.) dummodo 50)
 non manifestum sit, illam alios juvandi promittendum
 cum periculo ac detrimento nostro non fore conjunc-
 tam. (§. XCIII. 65.)

CAPUT IX.

*De officiis erga alios Hypotheticis, et primo quidem, cir-
 ca dominii acquisitionem Originariam.*

§. CCXXX.

Quæ hactenus disseruimus, ea partim ad amorem Conne-
 JUSTITIÆ, partim ad eum, quem supra HUMANO-
 NITATIS, et BENEFICENTIÆ amorem adpellavimus,
 (§. LXXXIV.) pertinent. Ex hoc officia imperfecta,
 de quibus superiore capite disseruimus; ex illo per-
 perfecta, tamquam ex fonte, promanant. Perfecta in eo
 consistere diximus, ut primum neminem lædamus,
 (quod officium ABSOLUTUM vocavimus,) deinde, ut
 suum cuique tribuamus, quod nobis officium HYPOTHE-
 TICUM est. Quum igitur de illo *Cap. VII.* actum sit, de
 hoc jam erit eadem cura exponendum.

X

§. CCXXXI.

§. CCXXXI.

Quid SUUM proprie quisque vocat, quod in DOMINIO SUUM? suo est. DOMINIUM vero vocamus jus, seu facultatem dominiū alios usu rei alicujus excludendi. *) Ipsam detentio- nem rei, cujus usu alios excludere statuimus, POSSES- sio, pro- sionem adpellare mos est. Ceterum jus nobis vindica- prietas, mus, aut omnes præter nos, aut exceptis quibusdam commu- aliis personis, reliquas omnes usu alicujus rei exclu- nio? dendī. Priore casu res in PROPRIETATE; posteriore in COMMUNIONE POSITIVA esse dicitur, quæ vel ÆQUALIS est, quando æquale omnibus jus in re communi com- petit, vel INÆQUALIS, quando alter altero plus mi- nusve juris in illa habet. Itemque vel PERFECTA, quan- do omnibus in re communi jus perfectum est, vel IM- PERFECTA, quando nemini tale jus perfectum est, qua- lis est inter milites exercitus, quibus certæ pecuniæ summæ præmium à principe destinatum. Si nec uni, nec pluribus, jus animusve est, alios usu rei, non- dum ab ullo possessæ, excludendi: res in COMMUNIO- NE NEGATIVA est, quæ sola dominio opponitur, quia tunc res in nullius dominio est constituta.

*) In hac sola facultate, usu alicujus rei alios excludendi dominium consistere, palam est. Omnia enim reliqua dominiū effecta, quæ alias in definitione dominiū enume- rari solent, ita separari possunt à dominio, ut nihilomi- nus quis maneat dominus. Sic e. g. facultatem omnem ex re utilitatem percipiendī constituto usufructu à proprietate se- parari, animadvertimus, salvo dominio. Facultatem li- bere de re disponendi non competere pupillis notum ac pervulgatum est. Et hos tamen dominos rerum suarum esse, nemo negaverit. Unde Seneca de Benef. VII. 11. Non est argumentum, ideo aliquid tuum non esse, quia ven- dere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius, aut melius. Tuum enim est etiam, quod sub certa lege tuum est. Denique et facultatem vindicandī rem commodatam vel de- positam à tertio possessore domino ademtam esse, obser- vamus, multis locis, ubi obtinet juris regula: *Hand mus hand woahren.* Quum ergo definitionem id duntaxat ingredi debeat, quod ad rei essentiam ita pertinet, ut ab- esse nequeat, sublata vero facultate alios rei usu exclu-

dendi illico quis dominus esse desinat: dubitari nequit, quin hæc sola dominiū definitionem absolvat. Idque velle existimo Arrianum disert. Epict. II. 2. dum dominum de- finit, τὸν τῶν ἄλλ' ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ἢ ἐπιτοχῆς ἔχοντα ἐξουσίαν, qui, quæ alii expetenda fugiendaque cenent, in po- testate habet.

§. CCXXXII.

Jam quum ipsa ratio nos convincat, Deum con- Jus ho- didisse homines: (§. CXXVII. 18. sequ.) eundem sa- minum ne voluisse etiam, ut existerent, manifestum est. in res Quumque qui finem cupit, is et media velle videatur: creatas. consequens est, 1) ut homines rebus omnibus, ad conservandam eorum existentiam necessariis, quas hæc tellus producit, uti frui voluerit. Præterea quum Deus hominem, animal præstantissimum insigni præ reliquis amore prosequatur: (*Phil. mor. elem. §. CLXXX.*) dubitari profecto non potest, 2) quin et felicitate ac perfectione nostra delectetur, (§. LXXX.) adeoque et iis nos frui velit, quæ vitam nostram red- dant perfectiorem, feliciorem, ac suaviorem, dummo- do 3) rebus creatis non abutamur. * (§. XC.)

*) Dubitatum est à quibusdam, an et brutis, quæ sine dolore destrui, usibusque humanis adhiberi nequeunt, uti liceat ad vitam conservandam? Idque haud pauci nega- runt, quod et injuriam his animantibus fieri existima- rent, et brutorum non usus, sed abusus esse videretur, si quis, ut carne eorum vescatur, ea jugulare non du- bitet: maxime quum et sine feralibus istis epulis vitam conservare possent homines. Addunt alii, esum carnis et minus salubrem esse, et homines effertos reddere, idque in primis ursisse novimus Pythagoram, et postea Por- phyrium in libris *περὶ ἀνοχῆς*. Vid. Scheffer, *de philos. Italica* Cap. IX. Sed 1) tota illa hypothesis, quod injuria et brutis inferri possit, nititur alio errore de transmigratio- ne animarum, seu *κοινὴ δυνάμις* *luxus*, communi, quod no- bicum habeant, anime jure, uti vocavit Pythagoras apud Diog. Laert. VIII. 13. quod explicaturus Empedocles apud eundem Laert. VIII. 77,

ἠδὲ γὰρ περὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν
ὁμοίως τ' ἔστιν ἡ ψυχή, καὶ ἐξ ἀνδρῶν ἰμάντες ἔχουσιν.

Nam, memini, fueram quondam puer, atque puella,

Plantaque, et ignitus piscis, pernixque volucris.
 Add. Jamblich. vit. Pythag. XXIV. n. 108. Porphyr. vit. Pythag. p. 188. sequ. Sed falsum est, ullam nobis cum brutis esse juris communionem, (§. XC.) atque hinc falsum etiam, brutis fieri injuriam. 2) Non ideo abstinendum est à rebus, quia iis carere posumus, quia Deus nos non modo esse, sed suaviter vivere cupit. Nec is usus abusus est, qui Dei voluntati non refragatur. Denique 3) insalubritas illa, quam urgent, nec satis probata est, et procul dubio non à moderato carnis usu, sed ab ingluvie, et rerum creaturarum abusu, quem et ipsi damnamus, proficiscitur.

§. CCXXXIII.

Initio Quum ergo Deus omnia, quæ ad conservandam
 omnia suaviterque transigendam vitam humanam pertinent,
 in com- utenda fruendaque dederit hominibus: (§. CCXXXII.)
 munitio- utenda fruendaque dederit hominibus: (§. CCXXXII.)
 ne nega- procul dubio etiam voluit, 4) ut nullus earum usu ab
 tiva fue- ullo excluderetur: adeoque 5) ex intentione Dei ini-
 runt. tio rerum omnia in negativa communione, adeoque
 6) vere in nullius dominio fuerunt constituta. * (§. CCXXXI.)

*) Atque ita primævam hominum conditionem describunt non modo sacræ literæ, Genes. I. 28. 29. verum etiam poëta, qui et eo nomine laudarunt sæculum aureum, quod illo tempore, uti ait Virgil. Geor. I. v. 125.

nulli subigebant arva coloni,

Nec signare quidem, aut partiri limite campum

Fas erat: in medium querebant: ipsaque tellus

Omnia liberius, nullo poscente, ferbat.

Negant ergo tum ullos agrorum fines, ullos limites fuisse, rebus adhuc in medio positis, ac universi humani generis usibus ita relictis, ut nullus earum usu excludi poterit.

§. CCXXXIV.

Sed ab Quod ipse Deus voluit, id voluit sapientissime, ac
 ea disce- proinde illud sine summa necessitate mutari ab homi-
 dere li- nibus non debuit. Quum vero et leges divinæ adfir-
 cuit, ur- mativæ, qualis est illa, ut res omnes creatæ veluti in
 gente ne- medio positæ omnium usibus pateant, exceptionem ob
 cessita- necessitatem admittant, (§. CLIX, 58.) in censum
 te.

autem hic veniat non modo extrema necessitas, sed et illa quæ efficit, ut vitam suaviter ac commode transigere non possimus: (§. CLVIII. 54. §. CCXXXII. 2.) consequens est, 6) ut, urgente necessitate, homines à negativa illa communionem discedere, adeoque 7) dominium, quod communioni illi opponitur, (§. CCXXXI.) introducere omnino potuerint.

§. CCXXXV.

Jam facile quidem patet, si intra paucos stisset humanum genus, nulla circa primævam illam ac negativam rerum omnium communionem mutatione operus fuisse futurum, sufficiente quippe omnibus naturæ ubertate, ad vitam si non suaviter, at commode saltem, et qualiter qualiter tolerandam. At ex quo, per universum terrarum orbem dispersis, et in innumeras familias distractis hominibus, quædam res non sufficerent omnibus cœperunt, quædam omnino ob insignem copiam suffecerunt: ipsa homines impulit necessitas, 8) ut in ea, quæ non omnibus sufficerent, dominium aliquod inducerent: (§. CCXXXIV. 7.) 9) solis, inexhausti usus, rebus, quas in dominio esse nulla jussit necessitas, nec non 10) rebus, nihil ad vitam conservandam suaviterque traducendam pertinentibus, in pristina communionem negativa permanentibus. *)

*) Et hinc hujusmodi res communes esse jure naturali dixerunt jureconsulti, §. 1. Inst. de rer. divis. et quidem non ita, uti publica, quæ in patrimonio sunt alicujus populi, sed ut ea, quæ primum à natura prodita sunt, et in nullius adhuc dominium pervenerunt, uti ait Neratius l. 14. pr. D. de acquir. rer. dom. Nimirum hæc res omnes, quamvis optimæ omnium ac pulcherrimæ, tamen ob insignem copiam in primæva illa ac negativa communionem permanserunt. Hinc Petron. Satyr. Cap. C. Quid non commune est, quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna, innumerabilibus comitata sideribus, etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formosius potest? in publico tamen manant. Nec magis quisquam adfectat dominium in muscas, mures, glires, vermes, aliaque, quæ vel noxia humano generi, vel cum nulla saltem utilitate conjuncta sunt.

§. CCXXXVI.

§. CCXXXVI.

Institu-
tum hoc
non in-
justum
esse.

Sic ergo dominium, sublata negativa communio-
ne, invexit ipsa necessitas. Illud vero humani generis
institutum 11) cum nullius injuria fuisse conjunctum,
vel inde patet, quod in communione negativa nulli
mortalium sit jus alterum rerum usu excludendi, (§.
CCXXXI.) adeoque cuivis licere oporteat, rem quam-
vis nullius ita sibi vindicare, ut deinceps nemini il-
lius usum concedere cogatur, sed eam sibi detinere,
suisque seponere usibus possit. *)

*) Nam in quo alteri nullum jus animusque est, me usu
rei excludendi, illud est nullius. At nullius esse desinit, si-
mul ac eam usibus meis adhibere, ac jure a Deo mihi
concesso uti statui. (§. CCXXXII.) Nam quum is me
lædere dicatur, qui me imperfectiorem infelicioremque
reddere conatur: (§. CLXXXVIII.) procul dubio et is
me lædit, qui eo, quod vitæ servandæ suaviterque tra-
ducendæ causa semel mihi vindicavi, me privare non
dubitat. Hinc idem hic contingit, quod de theatro, quam-
vis positive communi, ait Arianus *dissert. Epict. II. 4.*
ἄγε, τί δὲ θέατρον ἐστὶ κοινὸν τῶν πολιτῶν; ὅτι ἢ καθ' ἑαυτὸν,
ἢ ὅτι ἂν οἱ γὰρ, ἢ ἕκαστ' ἑκάστῳ. Age, commune nonne
est theatrum omnium civium? In eo vero, si contederint, e
loco, si libet, aliquam eorum ejicito. Et Seneca de Benef.
VII. 12. Propterea non mentiar, si dicam me habere in e-
questribus locum. Sed quum in theatrum veni, si plena sunt
equestria, et jure habeo locum illic, quia sedere mihi licet:
et non habeo, quia ab his, quibuscum jus mihi loci com-
mune est, occupatus est.

§. CCXXXVII.

Quum ergo homines, coacti necessitate, invexerint
Ex eo rerum dominium: (§. CCXXXV.) hoc vero vel in com-
tempore munione positiva vel in proprietate consistat: (§.
res, vel CCXXXI.) consequens est, 12) ut ex quo a commu-
positive nione negativa dicessum, omnes res vel positive com-
commu- munes pluribus, vel singulis propriæ esse cœperint,
nes, vel et 13) communio quidem nata sit inde, quod plures
propriæ. eandem rem pro indiviso possidere, omnesque alios
ejus


ejus usu excludere statuerunt: *) 14) proprietates ve-
ro vel initio statim ex rerum nullius adprehensione ac
possessione, vel ex post facto ex divisione vel cessione
rerum positive communium traxerit originem.

*) Id procul dubio initio statim factum, quum gentes et
familiz in diversis terrarum partes secedere cœperunt.
Tunc enim alia familia aliam regionem sibi communiter
pro indiviso tantisper vindicavit, donec urgente neces-
sitate res communes dividerent, vel ex pacto singulis, quan-
tum indigerent, occupandi facultatem darent. Plurium sa-
ne gentium, quæ initio totas provincias communiter pro
indiviso possederint, mentionem faciunt veteres, veluti
Aboriginum. Justin. XLIII. 1. Scytharum et Getarum,
Horat. Carm. III. 24. Germanorum, Tacit. Germ. Cap.
XXVI. incolarum insulæ Liparæ, Panchæorum, et Vaccæo-
rum Diod. Sic. Biblioth. V. 9. et 45.

§. CCXXXVIII.

Et quidem, si tanta esset generis humani felicitas,
ut omnes peræque virtutis amore flagrarent: sane ne-
que dominio, neque pactis ullis, indigeremus, quia
et nihil habentibus nihil tamen, quod ad conservan-
dam suaviterque transigendam vitam pertinet, esset
nobis defuturum. Quum enim tunc homo hominem, tam-
quam seipsum, amaturus, eique ultro facturus esset
omnia, quæ sibi ab altero fieri cupit: quid opus esset do-
minio inter amicos, quorum omnia communia sunt? Enim-
vero, quum pro præsentem rerum humanarum indole
vix sperandum sit, aliquam multitudinem virtutis adeo
studiosam esse futuram, ut alterius utilitati non mi-
nus, quam suæ, serviat: facile patet, 15) communio-
nem positivam naturæ hominum, qualis nunc est, non
congruere, adeoque eos, 16) cur ab ea quoque disce-
derent, causas non pœnitendas habuisse. *)

*) Quicumque sane communionem hujusmodi aliquando
observatam memorant, ii simul homines illos fuisse exi-
mia virtute præditos, posuerunt. Id sane jure dixeris de
ecclesia Hierosolymitana. Act. IV. 32. Nec credibile fore sus-
picari sunt, pœtæ, quod de communione illa inter ho-
mines auri sæculi retulerunt, nisi simul illos fingerent
vir-



virtutis ac honestatis studiosissimos fuisse, qui, uti ait
Ovid. *Metamorph. l. v. 90.*

vindice nullo,

Spirite tua, sine lege, fidem rectumque colebant.

Porro Scymnus Chius communem hujusmodi rerum omnium usum tribuit Scythis Nomadibus ultra Maotin, sed eosdem simul vocat *τὸς ἐπίδρα, ἰσθμὸς ἄρτος, gentem piissimam.* Sed et à Pythagora institutam rerum communionem ex justitia, tamquam ex fonte, promanasse, tradit Jamblich. *vir. Pythag. segm. CLXVII.* Refrigescente itaque virtute, pietate, justitia, etiam communioni non esse locum, facile unusquisque intelligit.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS §. CCXXXIX.

Ex quo simul patet, quomodo invecta sit rerum
Quis sit proprietatis, et quot sit modi illam in certa re acquirendi. Res enim vel adhuc *extradominium* est, vel jam in *alterius dominio* constituta. Si prius: tunc modos acquirendi cum Grotio vocamus *ORIGINARIOS*, quibus quum vel substantiam, in nullius dominio constitutam, adquiramus, vel quæ ei quacumque ratione accedant, incrementa: priorem acquisitionem *OCCUPATIONEM*, posteriorem *ACCESSIONEM* adpellamus.

§. CCXL.

Sin res jam in alterius dominio sunt: tunc vel in *Quinam plurium commnitione*, vel in *proprietate* singulorum. *derivati-* (§. CCXXXI.) Priore casu res communes in proprietatem rediguntur per *DIVISIONEM* et *CESSIONEM*: posteriore per *TRADITIONEM*. Neque ullus est dominium acquirendi modus *DERIVATIVUS*, quin ad hos paucos quam commodissime referri possit.

§. CCXLI.

OCCUPATIO est adprehensio possessionis rerum nullius. *NULLIUS* vero esse dicuntur res, in quibus cupatio? vel nemini umquam alios usu istarum excludendi jus quid res fuit, vel de quarum saltim domino nihil certi consullius? tare potest, vel in quibus denique possessor sese ultro ju-

jare alios usu earum excludendi abdicavit, quæ *PRO DERELICTO HABITÆ* dicuntur. Quum ergo in rebus nullius nulli sit jus alios earum usu excludendi: (§. XXXI.) consequens est, 17) ut quæ nullius sunt, merito cedant occupantibus, nec tamen 18) id intelligendum sit de rebus amissis, furtim vel vi surreptis, imminente naufragio jactis, per bruta ablatis, quæ neutro sensu res nullius dici possunt, quum et habuerint antea dominos, et hi dominio suo sese ultro numquam abdicarint.*)

*) Hinc recte de piscibus, à se in mari captis, philosophatur Gripeus piscator apud Plautum *Rud. IV. 3. v. 32.* dum suos illos factos contendit, quod à nemine eorum usu jure excludi possit.

Ecquem esse dices mari piscem meum?

Quos quum capio, siquidem cepi, mei sunt: habeo pro meis:

Nec MANU ADSERUNTUR, neque illic partem quisquam postulat.

Inforo palam omnes vendo pro meis venalibus.

At pessime ille sibi ex eadem ratione vindicat vidulum, *bolsa de cruceo.* naufragio amissum, et à se mari extractum, dum ait:

In manu non est mea,

Ubi demisi rete atque hamum, quidquid hasit, extrabo.

Meum, quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est.

Cui recte v. 42. obvertit Trachalio:

Quid ais, impudens,

Ausus etiam, comparare vidulum cum piscibus?

Eadem tandem res videtur?

§. CCXLII.

Quumque occupatio sit adprehensio possessionis rerum nullius, (§. CCXLI.) possessio vero detentio rei, cujus usu alios excludere statuimus: (§. CCXXXI.) Occupatio facile patet, 19) occupationem animo et corpore simul fieri, et 20) nec solum animum sufficere ad rem occupandam, si alius suo jure uti velit, nec 20) solum adprehensionem sine animo alios usu rei excludendi: sæpe tamen 21) tacita hominum conventionem pro adprehensione haberi declarationem animi sibi rem ha-

bendi, cum signis quibusdam, in sensus incurrentibus, conjunctam. *)

*) Sic adprehendisse videtur prædii possessionem, qui vacua possessione, non quidem singulas glebas circumambulaverit, l. 3. §. 1. l. 48. D. et l. 2. C. de acqu. vel omitt. poss. sed titulum adfixerit, festucam è janua, cespitem ex agro ramus culum ex arbore exciderit, simulque testatum præsentibus fecerit, se id animo prædium sibi tamquam suum habendi facere. Quum vero ex conventionione tacita hæc signa effectum habeant: ea sane non sunt arbitraria, adeoque is, qui jaculum immisit urbi à civibus desertæ, non magis videtur occupasse urbem, quam venator feram, quam jaculo petitam, nec occidit, nec vulneravit. Atque inde decidi potest in illis Aædriorum et Chalcidensium, de Acantho occupata inter se decertantium, illis urgentibus legati sui solertiam, qui quum se cursu à legato Chalcidensium superari animadverteret, jaculum portæ prior infixerit: his contra nitentibus, urbesque jaculis occupari, negantibus, adeoque Acanthum sibi vel ideo vindicantibus, quod à legato suo prius esset introita. Historiam habes apud Plutarchum *Quest. Græc. XXX.*

§. CCXLIII.

Quum porro omnia, quæ nondum in ullius dominio sunt, possint occupari: (§. CCXXI.) 17.) perinde

Et qui de profecto erit, sive toti terrarum tractus, dominio vel vacui, à pluribus; sive res singulares à singulis occupentur. Et priorem quidem occupationem PER UNIVERSITATIM; posteriorem PER FUNDOS fieri, ait Grotius *de jure belli et pac. II. 2. 4.* Quia vero, qui totum occupavit, singulas quoque partes occupasse censetur: consequens est, 22) ut in tractu terræ, à pluribus, velui populo, per universitatem occupato, nihil omnino sit nullius, sed omnia, quæ illius ambitu continentur, si à singulis occupata non sint, ad populum universum, vel ad ejus rectorem, pertinere merito dicantur. *)

*) Hinc in aliquo terræ tractu singuli possunt res singulares tamquam sibi proprias possidere, quam tamen totum territorium sit populi vel reipublice. *Dis Chrysost. in Rho. diaco XXXI.*



Territorium est civitatis: at nihilominus tamen possidentium quisque rerum suarum dominus est. Plura eam in rem veterum loca accumulavit Grotius de jure belli et pac. II. 3. 4.

§. CCXLIV.

Hinc nemo negaverit, 23) VENATIONEM, PISCATIONEM, AUCUPIUM esse species occupationis non modo in locis desertis et dominio vacuis, verum etiam 24) in territoriis jam occupatis, sicubi tanta sint ferarum, piscium aut volucrum multitudo, ut sufficere omnibus videantur: (§. CCXXXV. 9.) at 25) non injuria tamen populum, si qua justa causa id suadere videatur, *) hæc animalia omnia, tamquam ad honora, sibi vindicare, (§. CCXLIII. 24.) vel 26) eadem summo imperanti, tamquam *εὐαγγέλιον τι*, assignare: eoque facto, 27) illum adversus amorem justitiæ agere, qui sibi jus venandi, jam ab alio acquisitum, temere adrogare non dubiter.

Anferz, pisces, volucres sint res nullius.

*) Plures hujusmodi causas, quamvis parum idoneas, accumulavit Pofendorff. *de jure nat. et gent. IV. 6. 6.* Maximi momenti est illa, quod feræ, pisces et volucres non tam inexhausti ubique usus sunt, ut non mettuendus sit tot specierum interitus, si venandi jus omnibus promissum concederetur. (§. CCXXXV. 8.) Ex quo simul intelligere licet, cur nusquam terrarum homines venari et occidere prohibeantur animalia rapacia, truculenta, et humano generi noxia, quin alicubi præmia auferant, qui, oblati eorum unguibus vel capitibus, fidem faciant magistratibus, se hujusmodi animalibus purgasse provinciam.

§. CCXLV.

Ubi cumque vero cuiquam venandi jus est: ipsa recta ratio satis unumquemque docebit, 28) venationem non pertinere ad animalia mansueta, quippe in dominio constituta, nec 29) ad mansuefacta, quamdiu illa dominus possidet, vel animo recuperandi persequitur, vel se ea derelinquere nolle, luculentis quibusdam signis ostendit *) Immo 30) ne ad feras quidem bestias, vivariis, piscinis, alvearibus, inclusas, sed

In quibus animalibus venationi sit locus?

31) ad eas, quæ, ut eleganter scribit Cajus, *terra, mari, cælo capiuntur. l. 1. §. 1. D. de acqu. rer. dom.*

*) Sic vix venationis obtentu excusabitur, qui cervum, crepundiis ornatum, quantumvis fugitivum, ceperit, si de domino constet. Nec magis ferendum putem, qui dominum, persequentem examen, area sua excludit, ut illo ipse potiatur; licet id justum visum fuerit *jureconsultis Romanorum §. 14. Inst. de rer. division.* Quamvis enim domino sit facultas, alios usu rei suæ excludendi: is tamen qui suâ reperiturus ades nostras ingreditur, non re nostra utitur, sed suam repetit. Et qui magis justum sit, examen suum persequentem ædibus et area excludere, quam domo abigere vicinum, gallinas turbatas, et in aream nostram avolantes, repetiturum? Itaque æquissima lex Platonis *Lib. VIII. de legibus. Si aliena examina quis prosequitur, atque æra pulsans apes delectatione ad se trahit: damnatum reiciat.*

§. CCXLVI.

Ceterum quum in occupatione præter animum alios usu rei excludendi, opus etiam sit adprehensione corporali: (§. CCXLII. 19) consequens est, 31) ut non sufficiat sola vulneratio feræ bestię, multoque minus 32) animus, illam, ex vulnere casuram, sibi vindicandi, sed 33) præterea requiratur, ut ipsa à venante eam persequente, vel viva capiatur laqueis, canibus, aliisque instrumentis venatoris, vel jaculis conficiatur: 34) neutro autem facto, unicuique jus sit, vulneratam ab alio capiendi occidendive, quippe in nullius adhuc proprietatem ac dominium redactam.*)

*) Sed ea in re magna semper fuerunt sententiarum divortia, et hinc leges gentium diversissimæ. De Trebatii aliorumque juris consultorum dissensu videnda est *l. 5. D. de acqu. rer. dom. Lex Salica tit. XXXV. §. IV. sequ.* ne excitatam quidem ab alterius canibus feram ab alio impune in-

Ad §. 245. in Scholio.

Jureconsultis Romanorum. Fallitur, nam de alio casu loquuntur, nempe integra re et antequam occupationi cederet examen.

intercipi patitur. *Lex Longob. Lib. I. tit. XXII. §. IV. et VI.* hoc casu capienti armum cum septem costis, reliquam prædam vulneranti addicit. Has similesque veterum leges collegit Pufend. *ibid. IV. 6. 10.*

§. CCXLVII.

Occupationis alteram speciem vulgo dicunt OCCUPATIONEM BELLICAM, qua personas æque ac res hostium, justo bello captas, ipso gentium jure capientium fieri contendunt. *l. 1. D. de acqu. vel amitt. poss.* Enimvero quemadmodum occupationi locus est tantum in rebus nullius, (§. CCXLI. 17) res vero hostiles non aliter, quam per fictionem, *) personæ vero liberæ ne per fictionem quidem pro rebus nullius haberi possunt: (§. LXVIII. 17) ita 34) occupationem bellicam nec ad modos acquirendi originarios, nec 35) ad occupationem pertinere, sed 36) ex alio fonte, puta ex ipso belli jure, derivandam esse, facile intelligitur.

*) Equidem Pufend. *de jur. nat. et gent. IV. 6. 14.* hanc fictionem ita explicat: *In bello res hostium in ordine ad alium hostem redduntur veluti dominio vacua: non quod hostes per bellum ipso jure rerum suarum domini esse desinant, sed quia illorum dominium non obstat hosti, quo minus eas res auferre, sibi que habere possit.* Sed ubi res redduntur veluti dominio vacua, ibi nemini est jus alios earum usu excludendi. (§. CCXXXI) Hosti autem salvum semper est jus, hostem usu rerum suarum excludendi, nec ulli facit injuriam, dum pro servandis rebus suis, tamquam pro aris et focis, pugnat. Quis ergo, ejus res dominio vacuas esse dixerit? Quæ quum ita sint: hostis res suas ab hoste captas amittit, non quod jus ipsi deest excludendi hostem, sed quod viribus, quibus hostis reprimi posset, destituitur.

§. CCXLVIII.

Rectius huc refertur INVENTIO, quippe quæ et ipsa in adprehensione rerum nullius consistit. Itaque nullum quidem est dubium, 37) quin res, in nullius adhuc redactæ dominium, vel pro derelictis habitæ, inventori cedant, qui eas cum animo sibi habendi primus adprehendit, ac proinde 38) juri naturali non

An huc pertineat occupatio bellica?

*dat jus in super
vabili vis...*

Inventio rerum nullius.

con-

consentanea sit lex Stagiritarum, Bibliensium et Atheniensium: *ἡ μὴ ἴδῃ, μὴ ἀπῆρξεν: Quæ non posuisti, ne tolle,* nisi de rebus amissis intelligatur. *Ælien. Var. Hist. III. 45. IV. 1. Diog. Laert. I. 57. nec minus 39)* errent ii, qui rem inventam inventori, eique, qui eam tolli viderit, communem esse existimant: *) attamen 40) id jus non producendum sit ad res, quas populus sibi jure occupationis, per universitatem factæ, vindicavit, vel 41) summo imperanti, tamquam *ἐπιεικῶς τῷ, cessit.* Quod eum jure potuisse, supra jam vidimus. (§. CCXLIII 23.)

*) Inoleverat olim mos, id, quod ab aliquo inveniretur in commune poscendi: quod fiebat formula IN COMMUNE, vel apud Græcos *κοινῆς ἔργου*, itemque *κοινῆς τῆς πόλεως*. De qua formula præter Erasmus in *adagiis* plura moment viri docti ad Phædr. *Fab. V. 6. v. 3.* Add. Plaut. *Rudent. IV 3. v. 72. seq.* At quum, quæ nullius sunt, cedant occupanti, (§. CCXXI. 17.) nec in ejusmodi rebus ulli fit jus, alium usu earum excludendi: (§. CCXXXI.) is denique, qui solis oculis rem usurpavit, nec adprehendit, tamen occupasse non dicitur: (§. CCXLII. 20.) hunc etiam partem prædæ poscere non posse, nisi id leges civiles vel mores ac consuetudines alicujus provinciæ permittant, facile adparet.

§. CCXLIX.

Nec minus inde patet, 42) inventori cedere res, ab hominibus fanæ mentis sui que juris animo abdicandi dominium abjectas, adeoque 43) et sparsa missilia, immo et 44) **THESAUROS**, quorum de prioribus dominis nullo certo argumento vel indicio constat, casu fortuito inventos, nisi 45) et hos sibi vindicet populus, vel summus princeps. (§. CCXLIII. 23.) Qua de re varias gentium leges recesuerunt Grot. *de jure belli et pac. II. 8. 7.* Pufend. *IV. 6. 13.* et ibi Hertius. *Ed. Otto ad §. 29. Inst. de rer. divis. 46.)* Merito tamen rationem etiam habendam domini soli, ut pote quem fructus ex solo suo quoscumque percipere, æquum est, *) ac proinde 47) recte, et plane ex regulis æquitatis naturalis unum semissem thesauri, casu fortuito reperti, in-

inventori, alterum domino soli adjudicasse Hadrianum. Spartiant. *in Hadriano Cap. XVIII. §. 39. Inst. de rer. divis.*

*) Quod adeo verum est, ut hunc quædam gentes inventori plane præferendum putarint, veluti Hebræi, *Matth. XIII. 44.* Selden. *de jure nat. et gent. sec. discipl. Hebr. VI. 4.* Syri, Græci, quin et ex ipsis Romanis haud pauci. *Philostr. Vit. Apollon. Tyan. II. 39. de vit. Sophist. II. 2.* Plaut. *Trinum. I. 2. v. 141. l. 67. D. de rei vid.* Ubi tamen inventori pars cedit, non nihil interesse videtur, mercede conductus quis terram nostram foderit, an operas nobis haud locarit. Quamvis enim mercenarii nobis operis conductis adquirant: id tamen justam habere rationem non videtur, si quis operas nobis non ad investigandos thesauros, sed ad cellam excavandam, vel simile opus, locarit. V. A. Corn. van Bykersh. *obs. II. 4.*

§. CCL.

Alter modus acquirendi dominium originarium est **ACCESSIO**, per quam jus ea, quæ substantiæ, nobis acquisitæ, accedunt, incrementa similiter nobis vindicandi intelligimus. Incrementum vero quum res nostræ capiant vel ipsius naturæ beneficio, vel industria nostra, vel natura industriaque nostra simul, accessio à jureconsultis accuratioribus in **NATURALEM, INDUSTRIALEM, ET MIXTAM** recte dispescitur. *)

Accessio quid et quotuplex?

*) Sic naturæ solius beneficio debemus foeturam animalium, alluvionem, novam insulam, alveum derelictum. **Industria** nostræ novam speciem, rem rei nostræ adjunctam, adplumbatam, adferruminatam, intextam, adfusam vel admixtam, scripturam chartæ nostræ, picturam tabulæ nostræ illatam. Denique messem et auctumni dotes partim ubertati soli coelique clementiæ, partim culturæ nostræ, adeoque et naturæ beneficio, et industriae nostræ imputamus, ac proinde primi generis accessiones **NATURALES**; secundi **INDUSTRIALES**; tertii **MIXTAS** merito adpellamus. Quæ enim à nonnullis additur, **FORTUITA** ad occupationem rerum nullius rectius refertur.

§. CCLI.

Quod ad **NATURALEM** accessionem attinet, vel tale res

Funda- res nostra capit incrementum, cujus de origine et priore
 menta domino nullo certo argumento constat, vel aliquid, quod
 access- jam in alterius dominio est, rei nostræ accedit. Prio-
 sionis re casu, quum res illa, cujus de domino nihil certi const-
 natura- tare postet, pro re nullius merito habeatur, (§. CCXLI.)
 lis. nihil obstat, 48) quo minus hujusmodi incrementum
 cedat in accessionem rei nostræ, cui accessit, adeo-
 que nobis adquiratur. At posteriore casu res habet do-
 minum, qui alios usu rei suæ jure excludit: (§. CCXXXI.)
 atque inde merito inferimus, 49) hujusmodi rem, rei
 nostræ quacumque ratione adjunctam, nobis non mag-
 is adquiri, quam si ventus vehementior vestes lineas,
 à Titio in horto suo expansas, in aream nostram pro-
 jecerit. *)

*) Nulla sane fingi potest ratio, quamobrem prior domi-
 nus, de quo satis constat, dominio rei suæ, adhuc ex-
 stantis ac superstitis, excidere debeat, quum nec suo se do-
 minio umquam abdicarit, nec illud facto ullo in alterum
 transtulerit, nec ob solam calamitatem dominio suo quis-
 quam jure privetur. Si quis ergo dominus manet rei, al-
 terius rei casu quocumque adjunctæ: isti procul dubio ad-
 hac jus est alterum rei usu excludendi, (§. CCXXXI.)
 adeoque, illo invito, huic adquire non posse dominium,
 manifestum est.

§. CCLII.

Ex his vero evidentissimis principiis (§. CCLI. 48.
 seq.) jam porro colligimus, 50) PARTUM cujus de ori-
 gine non liquido constat, (quod plerumque fit in ani-
 malibus, immo et in hominibus, extra legitimum ma-
 trimonium natis) ventrem tamquam accessorium sequi,
 idque legi naturæ non absurde tribuere Ulpianum, l. 24.
 D. de statu hom. Id tamen 51) vix æquum videtur, si
 de utroque parente constet, *) nisi forte 52) ad pro-
 creanda animalia communibus sumtibus alatur dignio-
 ris sexus animal, veluti bos communis, vel 53) do-
 minus equum admisfarium vel bovem pro certa merce-
 de vicinis locare soleat.

*) Hinc saltim in servis hoc casu passim obtinet partitio
 ver-

Specia-
 tim de
 foetura
 anima-
 lium.

Gaxanon.

vernarum, ita ut primus domino ventris, alter domino
 servi patris cedat, et sic servilem sobolem ambo domini
 per vices partiantur. Diximus ea de re Elem. Jur. Germ. l.
 1. 30. ubi id jus et apud Wisigothos et apud Alama-
 mos, et apud Bojos obtinuisse, ex lege Wisigoth. X. 1. 17.
 Goldasti rer. Alam Tom. II. charta II. et Aventin. Annal.
 Boic. Lib. VII. 14. 23. p. 708. ostendimus.

§. CCLIII.

Nec minus facile erit intellectu, ad quem pertineat
 nova INSULA, sive in mari, sive in flumine nata. Quum
 enim de dominio particularum terræ, quæ demum in
 insulam coaluerunt, constare non possit: (§. CCLI. 48.)
 consequens est, 54) ut insula cedat in accessionem
 maris vel fluminis, *) ac proinde 55) si mare vel flu-
 men in nullius dominio est, insula quoque sit nullius
 ac proinde cedat occupantibus: 56) sin vero, quod
 plerumque fit, vel mare, vel flumen ad populum, ejus-
 ve rectorem pertinet: (§. CCXLIII. 23.) is quoque
 insulam illam merito sibi vindicet. Denique quum res,
 cujus de dominio certo constat, non possit ulli per ac-
 cessionem adquiri: (§. CCLI. 49.) fieri non potest, 57)
 ut dominus amittat agrum, quem flumen superius di-
 vergens, et inferius alveo suo junctum, insulæ for-
 mam redegit. Quod et Jetti agnoverunt l. 7. §. 4. l. 30.
 §. 2. D. de acqu. rer. dom.

*) Itaque nulla ratio est, cur vicinis prædiis, et quidem vel
 in utraque ripa, si insula in medio flumine nata sit, vel
 in alterutra, cui propior est, accrescere debeat nova in-
 sula: quod tamen plerisque Jetti placuisse novimus §. 22.
 Inst. de rer. divis. l. 7. §. 3. l. 29. l. 30. §. 1. D. de ad-
 qu. rer. dom. Particulæ enim terræ, à cujus prædio avul-
 sæ sint, non constat: et magis probabile est, eas ab
 agris superioribus, quam à vicinis avulsas esse. Quin ali-
 quando ipsum flumen particulas, quæ deinde in insulam coa-
 lescent, è fundo abrasas, secum vehit, teste Seneca na-
 tur. quest. II. 9. Sed fuit hæc sententia Cassi Longini,
 quam deinde sectatores ejus, tamquam ex compacto pro-
 barunt. Aggen Urbic. de limit. agr. p. 57. Eam vero more
 suo exposuerunt Proculiani, quorum antesignanus, Labeo
 apud Paulum l. 65. §. 4. D. de adquir. rer. dom. Si id, in-
 quit,

De no-
 vis insu-
 lis, sive
 natis, si-
 ve factis.

®

Z

quit, quod in publico innatum aut edificatum est, publicum esse insula quoque, quae in flumine PUBLICO nata est, PUBLICA esse debet.

§. CCLIV.

Nec alia ALLUVIONUM, et terræ VI FLUMINIS avulsæ, ratio est. Quemadmodum enim, quod ad priorem attinet, de origine particularum, agro nostro paulatim adjectarum, certi quid constare non potest: (§. CCLI. 48.) ita nullum est dubium, 58) quin id quod agris nostris hoc modo accedit, nobis; 59) quod agro publico, viæve publicæ adicitur, publico cedere debeat.*) Contra ea quum in vi fluminis de domino terræ avulsæ satis constet: (§. CCLII. 49.) 60) ea jure naturali circa dominium nihil mutari, palam est, 61) nisi forte dominus terram hoc modo avulsam pro derelicta habere malit. Quod in civitatibus ex intermissa per tempus legitimam vindicatione colligi solet. §. 21. *Inst. de rer. divis. l. 7. §. 2. D. de adqu. rer. dom.*

*) Et hoc fundamento nititur jureconsultorum et agrimensorum distinctio inter agros *arbitrarios*, qui non aliis, quam naturalibus, limitibus finiuntur, et *limitatos*, qui ad certum pericarum pedumque numerum assignantur. *l. 16. D. de adqu. rer. dom. l. 1. §. 6. D. de flumin.* De qua agrorum differentia vid. *Isidor. Orig. XI. 13. Auctores de limitib. p. 298. edit. Guil. Goesii, Jo. Fr. Gronov. ad Grot. de jura belli et pac. II. §. 16. num. 1.* Quidquid enim inter agros limitatos et flumen interjacet, id vel publicum, vel alicui privato proprium esse, nemo non intelligit. Neutro autem casu agro limitato aliquid accedit.

§. CCLV.

Denique quod ad ALVEI MUTATIONEM attinet, si alveus derelictus, quantum constat, in nullius antea dominio fuit, ille 62) non potest vicinis, qui utrimque prædia habent, pro modo prædiorum adquiri, ut vine et insum est jureconsultis Romanis *l. 7. §. 5. D. de adqu. rer. dom.* sed, quia de fluminis, cujus pars est alveus, dominio satis certo constat, (§. CCLII. 49.) 63. ille, tamquam pars fluminis ejusdem erit, cujus flumen fuit: que-

quemadmodum 64) ex eadem ratione novus alveus, iterum derelictus, procul dubio non minus manet priorum dominorum, quam 65) ager INUNDATUS, si deinde aqua recesserit.*)

*) Aliud dixeris, si perpetua sit inundatio, ut jam mera sit, ubi Troja fuit. Tunc enim res exstincta videtur, quæ nullum nobis usum præstat, nec præstare umquam potest. Non entis vero, ejusque, quod nullum hominibus usum præstat, nullum est dominium, nulla proprietas. (§. CCXXXV. 10.) Ex quo sane consequitur, ut durissima sit eorum conditio, à quibus ob agros, mari vel flumine jam pridem absorptos, tributa, vectigalia et pensiones exiguntur, nisi forte culpa et negligentia sua in restituendis aggeribus meruerint, ut ita mulcentur, quamvis et hæc pœna satis immodica, immo durissima videatur. Quis enim tributis ac pensionibus oneret res, in quibus proprietas, usufructus, possessio, et iter amissa sunt? *l. 23. D. quib. mod. usufr. amitt. l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. D. de adqu. possess. l. 1. §. 9. D. de itin. actuque priv.*

§. CCLVI.

Progredimur ad accessionem INDUSTRIALEM et MIXTAM, de qua subtiliter admodum philosophati sunt De ac-jure consulti. Nos ita statuimus: Si res utriusque vo- cessione- luntate junctæ sint, ne dubitari quidem potest, quin in d u s- uterque fiat dominus pro rata, adeoque communitate a- positiva inducatur. (§. CCXXXI.) At hic de acces- xi o ma- sione, quæ altero invito facta, loquimur. Hic quum primum. domino jus sit, omnes rei usu excludere: (§. CCXXXI.) procul dubio etiam prohibere potest, quo minus, quidquam rei suæ, se invito jungatur. Quum vero quod jungitur rei nostræ, vel eam inutilem aut de- teriorem saltim, vel meliorem præstantioremque red- dat, is vero, qui res nostras deteriores reddit, nos lædat: (§. CLXXVIII.) consequens est, 66) ut qui res nostras quacumque accessione industriali deterio- res vel plane inutiles reddidit, is, accepta re cor- rupta, ad omne damnum nobis resarciendum, quin, si dolo malo tale quid fecerit, simul ad pœnam (§. CCXI. 119. sequ.) teneatur.

§. CCLVII.

Axioma Sin res accessione quacumque industriali ab aliis meliores præstantioresque redditæ sunt: tunc multum interesse, videtur, possintne res sibi invicem junctæ, sine notabili dispendio separari, an non possint. Priore casu, quum utriusque materiæ vel rei domino jus sit, alterum usu rei suæ excludendi, (§. CCXXXI.) id vero aliter exitum habere non possit, quam rebus separatis: consequens est, 67) ut eo casu res junctæ statim separandæ, suumque cuique tribuendum sit: 68) posteriore autem casu res junctæ alterutri addicantur, condemnando simul ad æstimationem rei alienæ alteri, quem re sua carere oportet, *) pœnamque, si in mala fide sit, præstandam. (§. CCXI. 119. sequ.)

*) Quisquis enim res alterius, quibus illi ad conservandam suaviterque transigendam vitam opus est, intervertit, is nos lædit. (§. CXC. 52.) Qui nos lædit, ad satisfactionem tenetur. (§. CCX.) Ea, quum eo casu, ubi factum infectum fieri nequit, in præstanda justa rei æstimatione consistat: (§. CCXII. 124.) consequens est, ut is, qui alterius rem intervertere, sibi que habere cupit, justam ejus æstimationem præstare teneatur. Unde simul æquissimam esse patet regulam *πολλὸν βλάβου, neminem debere cum alterius damno sine ratione locupletiores fieri velle.*

§. CCLVIII.

Nec non quatum et sequentia. Quum vero posteriore casu res junctæ alterutri addicendæ sint, (§. CCLVII. 68.) consequens est, ut caussam justam, cur alteruter alteri præfendus sit, esse oporteat, (§. CLXXVII. 5.) Ea vero quum non alia esse possit, quam alterutrius rei præstantia, quam sæpius raritate et adfectione, quam usu, æstimamus: merito inde colligimus, 69) non semper procedere regulam: *accessorium sequi suum principale*: cujus absurditatem in pictura ipse Justinianus, et ante eum Cajus, agnovit §. 34. *Inst. de rer. divis. l. 9. §. 2. D. de adqu. rer. dom. sed 70) res junctas addicendas esse illi, cujus res ob raritatem, adfectionem, operas,*

cu-

curam et culturam majus pretium admittunt, *) eumque 71) alteri ad præstandam æstimationem damnandum, 72) nisi ei tanti non sit res sua, ut non pretium recipere, quam offerre alteri, malit.

*) Veteres jurisconsultos hic non certa aliqua ratione naturali niti, et hinc diversis admodum viis incedere jam observavit V. C. Jo. Barbeyrac. *ad Pufendorff. de offic. hom. et civ. l. 12. 7.* Primus confusa distinguere, ac in ordinem redigere conatus est vir acris et recti judicii, Christ. Thomas. dissertatione singulari, *de pretio adfectionis in res fungibiles non cadent, Hal. MDCCI. 4.* ubi ad eadem principia *Cap. III. §. XXXVIII. sequ.* doctrinas juris Romani de accessione industriali accurate examinavit.

§. CCLIX.

Hinc facile patet, quid sentiendum sit de SPECIFICATIONE, qua nova forma in alterius materiam introducit. Quum enim plerumque in materiam nulla cadat adfectio, in formam, ob artificium, vel maxime cadat: (§. CCLVIII. 70.) 73) nova species merito addicenda fuerit specificanti, *) ad justam tamen pretii æstimationem, et si sciens dolo malo id fecerit, in pœnam condemnando: (§. CCLVI. 66.) Thomas, *dissert. laudata Cap. III. §. XLIII. sequ.* quamvis 74) ex eadem ratione omnino præferendus materiæ dominus, si hæc rarior, et pluris sit quam forma, quæ alterius opera accessit: e. g. si quis ex alterius electro, vel ære Corinthiaco, signum vel vas confecerit, isque tunc 75) obligatus sit ad mercedem pro opera, si specificans in bona fide fuerit, præstandam.

*) Nihil ergo solidi inest distinctioni, qua rem impeditissimam expedire voluit Justinianus §. 25. *Inst. de rer. divis.* possintne videlicet nova species ad materiam reduci, nec ne. Nulla enim est idonea ratio, cur priore casu dominus materiæ, posteriori specificans præferendus sit, maxime quum sæpe materia, demta forma, parum magni momenti futura sit. Vid. Pufend. *de jure nat. et gen. IV. 7. 10.* Immo aliquando centuplo plus pretii inest speciei, quam materiæ, ex qua illa confecta est. Quis vero tunc domino materiæ speciem ideo addiceret, quod ad priorum

ma-

Quid justum sit circa specificationem.



materiam reduci possit? At quum facilius præstetur æstimatione tabularum, quam ipsius navis, ex illis confectæ, quis ideo tabularum domino navem adjudicet, quod hæc ad priorem materiam reduci possit? Sane hoc casu, si navis verus alterius tabulis reflecta sit, principium nostrum sequitur Julianus *l. 61. D. de rei vind. quamvis procul dubio res in priorem formam reduci possit, etiamsi nova navis ex alienis tabulis facta sit. l. 26. pr. D. de adq. rer. dom.*

§. CCLX.

Deinde accessionis industrialis species haud postrema est **ADJUNCTIO**, quando rei nostræ aliena, sive per inclusionem, sive per adferminationem, adplumbaturamve, sive per intexturam, inædificationem, scripturam, picturamque adjungitur. Et quidem, quum **INCLUSIO** ita plerumque sit comparata, ut res junctæ facile, et citra notabile dispendium, separari possint, fructu quoque res separari, et suam cuique tribui, æquum sit: (§. CCLVII. 67.) nulla profecto ratio est, cur non illi, cujus auro gemma inclusa est, aurum; domino gemmæ gemma reddi debeat. Nec 77) de adferminatione, adplumbatura, et intextura aliter sentiendum videtur, si res citra notabile dispendium separari possint: alias 78) merito præferri junctam existimamus, quia alterius materia raro pretium aliquod adfectionis admittit. * (§. CCLVIII. 70.)

*) Accedit, quod sæpe incommodum futurum sit domino materiæ, si ea cum accessione retinere, pretiumque rei adjunctæ solvere jubeatur, maxime si re ista ob statum, ætatem, aliasque circumstantias uti non possit, e. g. si quis plebeji vesti latum clavum, vel plurimum auri adsuisset. Res sane tunc, quod ad usum attinet, vere deterior, id est, illi inutilis facta est. Qui vero res noscetas quacumque accessione industriali deteriores vel plane inutiles reddidit, is, accepta re corrupta, ad omne damnum nobis resarciendum, quin, si dolo malo tale quid fecerit, simul ad poenam tenetur. (§. CCLVI. 66.)

§. CCLXI.

Si quis ex aliena materia in suo solo bona fide

ÆDIFICAVIT, et totum ædificium ex tignis ligneis constat: 79) nulla est ratio, cur, errore paulo maturius animadverso, solvi non possint tigna juncta, domino que reddi. *) (§. CCLVII. 67.) Sin ex solido lapide quis ædificarit, vel tigna exempta inutilia futura essent domino: 80) æquissimum erit, ut ædificator, si justam æstimationem materiæ, poenamque insuper ob dolum malum præstiterit, dominium ædificii consequatur. (§. CCLVII. 68. §. CCLVIII. 70.) Sin quis in alieno solo sua materia ædificarit, 81) ædificium, quod sine notabili dispendio solvi potest, itidem dissolvendum: (§. CCLVII. 67.) vel 82) domino soli, quod pretium adfectionis admittit, erit adjudicandum, (§. CCLVIII. 70.) nisi 83) ædificium plane inutile futurum esset domino soli, quo casu ædificans, ædificio sibi retento, soli æstimationem, et si in mala fide sit, poenam præstare tenebitur. (§. CCLVI. 66.)

*) Ratio enim, cur tignum junctum solvi veterint decemviri, ne scilicet urbes ruinis deformerentur, *l. 6. D. ad exhib. l. 7. §. 10. D. de adq. rer. dom. l. 1. D. de tigno juncto*, mere civilis est, et in recta ratione præsidium plane nullum reperit. Hinc multæ gentes, quæ non solido lapide, sed trabibus tabulisque ad extruenda ædificia utebantur, ædificium hoc similibusque casibus dirvi, tignaue avchi non modo siverunt, sed et legibus præceperunt. Vid. *Jus prov. Sax. II. 53.* et quæ ea de re monuimus in *Elem. jur. Germ. II. 3. 66.* Quil us jam addimus dispositionem legis Longob. *l. 27. 1.*

§. CCLXII.

Minus difficilis est quæstio de **SCRIPTURA** et **PICTURA**. Quum enim ea, in quæ nulla cadit affectio alteri, in cujus rem illa cadit, relinquenda sint, (§. CCLVIII. 70.) et in scripturam picturamque adfectio plerumque; in tabulam et chartam numquam cadat: consequens est, 84) ut scripturæ tunc charta, et picturæ tabula cedere debeat, si scribens pingensque earum æstimationem præstare velit. *) Et si vel maxime nec scriptura, nec pictura adfectionem admittat, veluti si quis chartæ meæ res nugatorias inscripserit, vel in tabula mea cucurbitas pinxerit: 85) nihil

Circa in-
edifica-
tionem.

Circa
scriptu-
ram et
pictu-
ram.

hilominus tamen et hoc casu scriptor, pictorque ineptus, re sibi accepta, ad pretium chartæ tabulæ præstandum tenebitur, ob axioma primum. (§. CCLVI 66.)

*) Mirum ergo est, jureconsultos Romanos, quorum quidam id in pictura observarunt, non idem observasse in scriptura. Quasi magis ferendum sit, scripturam viri docti cedere in accessionem vilissimæ chartæ, quam Apellis aut Parrhasii absolutissimam opus cedere in accessionem vilissimæ tabulæ. Præterea dum in ædificationi scripturam comparant jureconsulti: §. 23. *Init. de rer. divis. l. 9. D. de acqu. rer. dom.* itidem merito quæsieris, cur non eidem comparationi locus sit in pictura? itemque quæ similitudo fingi possit soli, cui alter ædificium, me invito, imposuit, et chartæ, cui aliquid inscripsit? Illo ægre, immo sæpenumero non sine maximo dispendio caremus: hanc nihil facimus, si vel æstimationem, vel tantumdem chartarum ejusdem bonitatis, recipiamus. Poetica hæc est similitudo, à forma scribendi desumpta, ob quam et Latini scriptores EXARARE LITTERAS pro scribere dixerunt. Sed hujusmodi similitudo duarum rerum, non statim debet easdem circa utramque decisiones in jurisprudentia producere.

§. CCLXIII.

Circa
confu-
sionem
et com-
mixtio-
nem.
Denique, quod ad CONFUSIONEM materiarum liquidarum, et COMMIXTIONEM siccarum attinet, quamvis de utriusque discrimine subtiliter admodum disputent jureconsulti, l. 23. §. 5. *D. de rei vind.* res tamen eodem redit. Si enim 86) res utriusque voluntate vel confusæ, vel commixtæ sunt: materia communis, ac proinde inter utrumque pro quantitate qualitateque materiæ dividenda erit. (§. CCLVI.) Sin, altero invito, facta sit confusio vel commixtio: tunc 87) materia nullius usus confundenti miscentive erit adjudicanda, isque damnandus alteri ad æstimationem pœnamve, si in dolo malo versatus sit, præstandam. (§. CCLVI. 66.) Si tamen 88) alter partem materiæ, quam pretium accipere malit, nullum est dubium, quin communionem, in quam initio invitatus incidit, adprobet, eique adeo pars rata materiæ communis denegari nequeat. *)

*) Nam et subsequuta adprobatio pro consensu est, quamvis

vis minus, quam jussus et consensus, imputetur. (§. CXII. 51.) Hinc, si ex fortuita confusione vel *confusio* metallorum nostrorum, et aurifabri insignis prodisset materia, quale fuit, quod olim post incendium Corinthiacum primum visum ajunt, æs Corinthiacum: nihil profecto nobis obstare crediderim, quo minus partem ex materia communi petamus. Quum enim communis futura esset, si nobis consentientibus esset confata, (§. CCLVI.) adprobatio autem pro consensu sit: (§. CXII. 51.) nulla profecto ratio est, cur non et ob adprobationem fiat communis, ut partem pro rata nobis possimus vindicare.

§. CCLXIV.

Denique nec aliis principiis opus est circa SATIONEM et PLANTATIONEM, quas supra ad ACCESSIONES MIXTAS retulimus. (§. CCL.) Nam 89) plantæ et arbores, antequam coaluerunt, procul dubio citra non-tabile dispendium separari, adeoque à domino jure vindicari possunt. (§. CCLVII. 67.) Contra 90) illæ, quæ jam coaluerunt, nec non 91) sementa in agro sparsa quum commode separari à fundo non possint, nec tamen pretium adfectionis admittant, domino soli acquiruntur, præstita æstimatione tum arborum seminumve, tum impensarum in culturam factarum, (§. CCLVIII. 70. sequ.) nisi 92) posteriore casu soli dominus messem pro justa pensione ei, qui agrum suum consevit, relinquere malit. *)

*) Cujus rei justas ac idoneas causas habere potest dominus agri. Ut ecce, si agrum alter male coluerit, maleque conserverit, ut messem parum uberem expectare liceat. Tunc sane domino inutilis esse posset messis, adeoque pro illo militaret axioma primum. (§. CCLVI. 66.)

§. CCLXV.

Postremo quod ad ARBOREM in confinio positam attinet, is qui illam plantat, in id consentit, ut ramorum pars super vicini aream propendeat; et vicinus, qui, dum alterum usu areæ suæ excludere posset, id non facit, itidem in id consentit. Quum ergo accessio, utriusque consensu facta, rem reddat

communem : (§ CCLVI.) consequens est, 93) ut arbor talis sit utrique communis, pro indiviso quidem, quamdiu stat in confinio, pro diviso, simul ac eruta est, ac proinde 94) priore casu fructus et folia, 95) posteriore ipsa ligna pro rata inter utrumque vicinum merito dividantur. *)

*) Hanc simplicitatem majores nostri prætulērunt juris Romani subtilitatibus de alimentis, quæ per radices attrahant arbores, ipsamque paulatim mutant earum substantiam. l. 26. §. 2. D. de acqu. rer. dom. Germanicæ enim originis gentes magis ramorum, quam radicum, habuisse rationem, ostendimus in Elem. jur. Germ. II. 3. 69.

CAPUT X.

De Derivativis domini acquisitionibus, quæ vivo priore domino fiunt.

§. CCLXVI.

Semel acquisito dominio, aliquando mutatio quædam contingit, ut alius in re quadam acquirat vel proprietatem, vel dominium, quam antea horum nihil haberet. Has ACQUISITIONES NOS SUPRA DERIVATIVAS adpellavimus. (§ CCXL.) Jam quum res, in qua proprietatem adquirimus, antea communis; in qua dominium primum consequimur, antea alicui propria fuerit: quoties ex re communi partem nostram accipimus propriam, toties DIVISIONEM, quoties totam soli adquirimus, CESSIONEM; *) quoties denique res alterius propria, eo volente in nostrum dominium transit, TRADITIONEM fieri dicimus.

*) Paulo latius quidem alias patet vocabuli CESSIONIS notio, ut omnem juris vel actionis translationem in alterum significet. Enimvero quum tunc fere sub traditione comprehendendi possit, hic paulo arctioribus limitibus circumscribimus significationem vocabuli, ut sit translatio juris ac domini, pluribus communis, in unum ex sociis, et reliquorum consensu, facta. Hinc si e. g. coheredes nomen aliquod hereditarium totum in unum ex coheredibus transcribunt, CESSISSE illi hoc nomen dicuntur.

§. CCLXVII.

§. CCLXVII.

Omnibus his casibus id, quod antea nostrum fuit, vel totum, vel pro parte, nostrum esse desinit, et in alterius dominium vel proprietatem transit: id quod vocamus ALIENATIONEM, eaque, si ex anteriore adquirentis jure proficiscitur, NECESSARIA; si de novo, consentiente utriusque voluntate, decernitur, VOLUNTARIA adpellatur. *) Utraque vero efficit, ut alius in alterius locum, adeoque et in jus circa illam rem, et onera cum illa conjuncta succedat. Sic et alienatio, quæ à nulla circumstantia suspendit translationem domini, PURA; quæ suspendit, CONDITIONALIS dicitur.

*) Sic e. g. necessaria est alienatio rei communis, quæ fit, socio ad divisionem provocante, quia socio, urgenti divisionem, in ea jam antea jus fuit. Necessaria item alienatio rei alicui oppignorata, quippe quæ itidem fit ob jus, creditori in illa re antea constitutum. Contra voluntaria est alienatio ædium, quas is, qui alibi Lares positurus est, vendit, et in quibus nemini omnino quidquam juris est. Ita explicanda est divisio, quam et Romana jurisprudentia agnoscit. l. 1. D. de fund. dot. l. 2. §. 1. D. de rebus eorum, qui sub tut. l. 13. l. 14. D. fam. ercisc. et alibi passim.

§. CCLXVIII.

Quum ergo voluntaria alienatio aliter, quam utroque consentiente, fieri ac intelligi non possit: consentire vero liceat in alienationem tum PRÆSENTEM, ut dominium nostrum in alterum, vivis nobis, transferatur, tum FUTURAM, ut quis post fata demum nostra possessionem rerum nostrarum omnino consequatur, denique ille consensus in futuram alienationem vel VERUS sit, vel ex FINE et INTENTIONE hominis colligatur: *) ex priore successio testamentaria; ex posteriore intestatorum derivari solet. Jam de alienatione PRÆSENTE, sequente capite de FUTURA erit disserendum.

*) Ad alienationem ergo futuram referimus eam, quando post mortem demum nostrorum possessio ad heredes

Aa ij

re-

communem : (§ CCLVI.) consequens est, 93) ut arbor talis sit utrique communis, pro indiviso quidem, quamdiu stat in confinio, pro diviso, simul ac eruta est, ac proinde 94) priore casu fructus et folia, 95) posteriore ipsa ligna pro rata inter utrumque vicinum merito dividantur. *)

*) Hanc simplicitatem majores nostri prætulērunt juris Romani subtilitatibus de alimentis, quæ per radices attrahant arbores, ipsamque paulatim mutant earum substantiam. l. 26. §. 2. D. de acqu. rer. dom. Germanicæ enim originis gentes magis ramorum, quam radicum, habuisse rationem, ostendimus in Elem. jur. Germ. II. 3. 69.

CAPUT X.

De Derivativis domini acquisitionibus, quæ vivo priore domino fiunt.

§. CCLXVI.

Semel acquisito dominio, aliquando mutatio quædam contingit, ut alius in re quadam acquirat vel proprietatem, vel dominium, quam antea horum nihil haberet. Has ACQUISITIONES NOS SUPRA DERIVATIVAS adpellavimus. (§ CCXL.) Jam quum res, in qua proprietatem adquirimus, antea communis; in qua dominium primum consequimur, antea alicui propria fuerit: quoties ex re communi partem nostram accipimus propriam, toties DIVISIONEM, quoties totam soli adquirimus, CESSIONEM; *) quoties denique res alterius propria, eo volente in nostrum dominium transit, TRADITIONEM fieri dicimus.

*) Paulo latius quidem alias patet vocabuli CESSIONIS notio, ut omnem juris vel actionis translationem in alterum significet. Enimvero quum tunc fere sub traditione comprehendendi possit, hic paulo arctioribus limitibus circumscribimus significationem vocabuli, ut sit translatio juris ac domini, pluribus communis, in unum ex sociis, et reliquorum consensu, facta. Hinc si e. g. coheredes nomen aliquod hereditarium totum in unum ex coheredibus transcribunt, CESSISSE illi hoc nomen dicuntur.

§. CCLXVII.

§. CCLXVII.

Omnibus his casibus id, quod antea nostrum fuit, vel totum, vel pro parte, nostrum esse desinit, et in alterius dominium vel proprietatem transit: id quod vocamus ALIENATIONEM, eaque, si ex anteriore adquirentis jure proficiscitur, NECESSARIA; si de novo, consentiente utriusque voluntate, decernitur, VOLUNTARIA adpellatur. *) Utraque vero efficit, ut alius in alterius locum, adeoque et in jus circa illam rem, et onera cum illa conjuncta succedat. Sic et alienatio, quæ à nulla circumstantia suspendit translationem domini, PURA; quæ suspendit, CONDITIONALIS dicitur.

*) Sic e. g. necessaria est alienatio rei communis, quæ fit, socio ad divisionem provocante, quia socio, urgenti divisionem, in ea jam antea jus fuit. Necessaria item alienatio rei alicui oppignorata, quippe quæ itidem fit ob jus, creditori in illa re antea constitutum. Contra voluntaria est alienatio ædium, quas is, qui alibi Lares positurus est, vendit, et in quibus nemini omnino quidquam juris est. Ita explicanda est divisio, quam et Romana jurisprudentia agnoscit. l. 1. D. de fund. dot. l. 2. §. 1. D. de rebus eorum, qui sub tut. l. 13. l. 14. D. fam. ercisc. et alibi passim.

§. CCLXVIII.

Quum ergo voluntaria alienatio aliter, quam utroque consentiente, fieri ac intelligi non possit: consentire vero liceat in alienationem tum PRÆSENTEM, ut dominium nostrum in alterum, vivis nobis, transferatur, tum FUTURAM, ut quis post fata demum nostra possessionem rerum nostrarum omnino consequatur, denique ille consensus in futuram alienationem vel VERUS sit, vel ex FINE et INTENTIONE hominis colligatur: *) ex priore successio testamentaria; ex posteriore intestatorum derivari solet. Jam de alienatione PRÆSENTE, sequente capite de FUTURA erit dissendendum.

*) Ad alienationem ergo futuram referimus eam, quando post mortem demum nostrorum possessio ad heredes

Aa ij

re-

redes omnino devolvitur. Id si fit, nobis vivis id VERE
volentibus, voluntas hæc vocatur *testamentum*, ipsaque suc-
cessio *testamentaria* audit. Sin ex fine atque intentione mori-
entis colligitur, illum hereditatem in hos potius, quam
in alios translata voluisse, est hæc *successio ab intestato*.
Jam utrique successioni obstare videtur, quod nemo pos-
sit aliquid velle in illud tempus, quo velle amplius ne-
queat, nec alienationem fieri hoc modo posse à vivo, quia
nec jus nec dominium in heredes vivos transferat, nec à
mortuo, quia hic, quod ipsi non habeat, in alium trans-
ferre nequeat. Unde et testamentificationem juris naturalis
esse negant plures viri doctissimi, veluti Merrill. *Obs. VI.*
25. Thomas. Not. ad tit. Inst. de test. ord. p. 173. Gothofr.
de Coccei. diss. de testam. princ. Part. I. §. XXII. seq.
Quorum argumenta si vera morientium voluntati, i. e.
testamentis, obstant, multo magis obstabunt præsumpta,
ex qua successionem ab intestato repetunt, adeoque tota
illa, quam hic inculcamus, ALIENATIO FUTURA
id est *fiduciæ* erit. Sed uti facile largimur, hæc argumenta
penitus evertere testamentificationem, qualis jure Romano
proditæ est: Vid. *exerc. nostr. de testam. jure Germ. arc.*
lim. circumscripta §. III. ita non obstant dispositionibus de
futura successione omnibus. Et de his vero quousque se-
cundum rectam rationem porrigantur, capite sequente di-
cemus.

§. CCLXIX.

Ad proprietatem à communione fit transitus per
DIVISIONEM, (§. CCLXVI.) quæ est adsignatio par-
visio, et tis, cuius sociorum ex toto positive communi com-
cur a d petentis. Quum enim socius usu rei communis alios
eam cui omnes, præter socios excludere possit: (§. CCXXXI.)
vis pro consequens est, 1) ut unusquisque sociorum usum
vocare rei, pro parte ad se pertinente, petere, adeoque 2)
licet ad divisionem provocare possit; quin ut 3) eo mi-
nus audiendi sint reliqui, hanc divisionem impeditu-
ri, quo minus præsentis generis humani conditioni con-
venit positiva communio. *) (§. CCXXXVIII.)

*) Quum enim communio illa consistere tantum possit inter
homines eximia virtute præditos, ac proinde refrigerante
charitate ac justitia, statim una oblangescere illum oport-
eat: (§. CCXXXVIII. *) qui fieri posset, ut nostris
temporibus diu duraret communio? Quis sociorum non in-
vi-

videt socio? quis rem communem tam diligenter curat,
ac propriam? quis non alterum, aliquid, in rem commu-
nem quod sit, acturum, non impedit? quis reliquis par-
tem lueri intervertere non studet? Inde mille jurgia, ceu
ex instituto adversus communionem Platoniam demon-
stravit Aristot. *Polit. II. 2.* Ut adeo recte Romani societa-
tem ac communionem matrem dixerint discordiarum, ac
proinde cuius sociorum dederint facultatem ad divisionem
provocandi. *l. 77. §. 2. D. de legat. 2.*

§. CCLXX.

Res porro communis vel DIVIDUA est facile, vel
INDIVIDUA, quæ vel ob rei naturam, vel legibus aut
moribus obstantibus, in partes scindi non potest. Quomo-
do fiat, sive res
Provocante ergo socio ad divisionem rei, sua natura dividua,
dividua, 4) nihil est æquius, quam ut tot fiant dividua,
partes, quot sunt socii, resque sorti divisorie com- sive in-
mittatur. *Individua* autem res 5) vel uni sociorum, dividua
qui solvendo est, plurimumve licitatur, quemve atas, sit?
vel sors reliquis prætulit, relinquenda, ceterisque
præstita æstimatione, satisfaciendum, vel 6) opti-
mis conditionibus vendenda, pretiumque inter singu-
los pro rata dividendum, vel 7) ejus denique usus
singulis per vices concedendus est. *)

*) Sic sorti rem in dividunda Palæstina commisisse novi-
mus Hebræos, eamque in partes scidisse, quod provincia
ratione tribuum esset dividua. Contra inter fratres cohe-
redes sæpe contingit, ut unus prædium individuum, vel
volentibus reliquis, vel sorte adjudicante, certo pretio
emat, et ex reliquis partem quisque pretii accipiat. Quin
eodem casu sæpe contingit, ut si nullus coheredum tam
sit bene numatus, ut reliquis satisfacere posse videatur,
prædium extraneo optimis conditionibus vendant, pre-
tiumque inter se dividant. Denique alternum rei commu-
nis usum, quem alicubi vocant *die Mutschirung*, aliquan-
do fratribus illustribus placuisse, observant Diether. in
Contin. Thesauri Besold. voce Mutschirung. p. 417. Wehner.
Obs. pract. ibid. p. 370. Exemplum insigne in domo Saxo-
aica habes apud Muller. in Saechst. annal. p. 203.

§. CCLXXI.

§. CCLXXI.

Æqualitas quantum observanda in divisione rerum perfectæ communium? Ceterum quum in re communi vel par omnium jus sit, vel alter altero plus minusve juris habere soleat: (§. CCXXXI.) facile patet, 8) divisionem vel ÆQUALEM vel INÆQUALEM esse, et 9) in priore omnes ad partes æquales, 10) in posteriore ad inæquales vocari. Quia vero ipsa naturalis hominum æqualitas id ab unoquoque exigit, ne in iis, quæ jure perfecto pluribus competunt, præ altero prærogativam sine justa causa adfectet: (CLXXVII. §.) nemo non intelligit, 10) divisionem in dubio in æquales partes fieri debere, nec 11) quemquam sibi poscere debere præcipuum, nisi jus suum luculenter probare possit. *)

*) Tale jus poscendi potest alicui competere ex lege, ex pacto, et ex ultima prioris possessoris voluntate, non autem ex majore vi et potentia, quam tamen, tamquam justam prærogativam inter dividentes causam, admittere videtur Hobbesius, de civitate III. 15. sequi. quamque ipse satis incommode vocat sortem naturalem. Enimvero sic nulla foret ratio, cur non æquissima dici possit divisio à leone facta apud Phadr. Fab. I. 5. qui prædam partiturus inter venationis socios:

Ego, inquit, primam tollo, nominor quia leo:
 Secundam, quia nun fortis, tribuetis mihi:
 Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia:
 Malo adficietur, si quis quartam tetigerit.
 Sic totam prædam sola improbitas abstulit.

Hanc divisionem quisquis æquam et justam dixerit: nã illum et Hobbesii sortem naturalem probaturum, confidimus. §. CCLXXII.

Ad §. 271.

Hobbesius. Nihil tamen in Hobbesio reperi, quia aliter sortem naturalem explicat Hobbesius dicto loco, neque in jure continetur, sed effectus est potentiae, seu libertatis naturalis v. Wolf. jus gent. c. 8. §. 882. in scholio. Hoc ideo notandum quia infra lib. 2. §. 84. iniquam inde conclusionem elicit, nempe dominos vi domii jus vitæ, et necis in servos habere.

§. CCLXXII.

Sed hæc quidem regulæ ad communionem PERFECTAM pertinent. Præter illam et IMPERFECTA datur, quoties nulli sociorum in re communi jus perfectum est. (§. CCXXXI.) Quum vero ita res ex alterius benevolentia pluribus fiat communis: consequens est, 12) ut tunc in hujus arbitrio sit, æquales partes facere, an 13) pro qualitate meriti uni plus, alteri minus tribuere malit, *) injustissimaque proinde 14) sit querela ejus, qui alterum minoris meriti hominem sibi æquiparatum esse, clamat, *Matth. XX. 12*, vel 15) qui ipse sibi de suis meritis judicium temere adorat, vel 16) beneficia, uni vel alteri concessa, ad exemplum trahenda, existimat.

*) Et hæc est illa justitia distributiva vel *δυσμετρία*, comes earum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, ut liberalitatis, misericordiae, providentiæ rectoris. Grot. de jur. belli et pac. I. 1. 8. 1. qui et hanc justitiam non semper observare proportionem comparatam, quam geometricam vocant, adeoque hanc Aristotelis doctrinam esse ex eorum genere, quæ sæpe locum habent, non semper recte observat. II. Nec Grotii sententiam evertit Pufend. in de jur. nat. et gent. I. 7. 9. quippe qui loquitur de distributione eorum, quæ pluribus benevolentibus jure perfecto, veluti ex pacto vel promisso, debentur. Tunc verum omnino est, quod scribit *Arrian. Epict. III. 17. Νίπυρ ἔστιν ἐπιεικὴς, καὶ ἀγαθὸν τὸ χάριτος πλεονέχων, ἢ ἢ ἀγαθὸν ἔστιν.* Ea naturæ lex est, meliorem in eo, quo sit melior, meliore conditione esse illo, qui sit deterior. At in iis quæ ex sola benevolentia proficiunt, vix hæc naturæ lex urgeri potest: nec de injuria conqueri poterant veterani, quos idem *Hadrianus* se invicem in balneo defricare jusserat, qui aliquot diebus ante unum ex illis, membra marmoribus atterentem, servis et sumtibus donaverat, *Spartian. Hadr. Cap. XVII.* quia beneficia non sunt ad exemplum trahenda.

§. CCLXXIII.

Si res communis uni sociorum à reliquis tota attribuitur, ea vocatur CESSIO. Quare, quum ita unus in

An et in divisione rerum imperfecte communitium est observanda?

Quid cessio rei

in reliquorum omnium locum succedat : consequens est, 17) ut et in eorundem jura circa eam rem, nec non 18) in onera et incommoda, cum illa conjuncta, succedat. (§. CCLXXII.) Quin ex eodem recte intulerunt jureconsulti Romani, 19) easdem omnino exceptiones opponi posse cessionario, quibus adversus cedentem locus fuisset futurus. l. 5. C. de hered. vel act. vend.

§. CCLXXIV.

Quum denique, sive dividatur res communis, sive uni sociorum tota cedatur, id videatur agi, ut illi qui rem per divisionem vel cessionem accipiunt, ejus dominium, adeoque facultatem, alios rei istius usu excludendi, consequantur: (§. CCXXXI.) per se patet, 20) utroque casu socios efficere debere, ut ei, in quem res translata est, illam habere liceat, adeoque 21) illos huic ad præstandam evictionem, et, 22) si ab alio jure et sine culpa possessoris evicta sit, ad omne damnum resarciendum obstrictos esse, 23) dummodo suas portiones salvas habeant, et 24) alteri res titulo oneroso obvenit. *)

*) Ita doctrina de EVICTIONIBUS, quæ et in traditionibus locum invenit, ex ipsa æquitate naturali fluit, quamvis ei multa, non tam de novo adstruxerit, quam illustrationis causa addiderit jus civile, quæ ad ejus formam, et effectum pertinent, e. g. dum requirit, ut quis suo nomine rem in alterum transtulerit, ut possessor litem auctori in tempore denunciarit, ut res ex causa contractum antecedente, et quidem non vi majore, sed jure, evicta sit, cetera. Hæc omnia enim ex iisdem, quæ præmisimus, principiis pronò alveo fluere, nemo non intelligit.

§. CCLXXV.

Progredimur ad TRADITIONEM, qua dominus, qui jus et animum alienandi habet, dominium in alium, illud ex justa causa accipientem, transfert. Dominium, dico. Quamvis enim jus Romanum ipsam rem, ejusque possessionem, transferri jubeat, nec prius ul- lum fere jus in illa re nasci patiatur: l. 20. C. de pact.

pacis vix tamen probabile est, hanc subtilitatem pro- bare jus naturæ et gentium, *) ut recte observant Grot. de jure belli et pac. II. 6. I. 2. II. 8. 25. et Puffendorff. de jure nat. et gent. IV. 9. 6. quum, ipsis fatentibus jureconsultis, nihil tam conveniens sit naturali æquitati, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. §. 40. Inst. de rer. divis. l. 9. D. de adqu. rer. dom. Ex quo colligimus, 25) omnem voluntatem domini de dominio rei suæ in alterum transferendo, sive expresse declaratam, sive ex certis signis elicitam, pro traditione esse, dominiumque in alterum valide transferre.

*) Immo ne ipsi quidem Romani idem olim promiscue exegisse videntur. Traditio enim erat tantum rerum nec mancipi, Ulpian. Tit. XIX. 7. veluti prædiorum provincialium. Simplific. inter rei agrar. script. p. 76. Res mancipi plene alienabantur per æs et libram, ita, ut facti nexu et mancipio illico transiret dominium. Varro de lingua Lat. IV. Ex eo ergo tempore demum inter Romanos hoc jus invaluit, ut dominium sine traditione, vel possessionis datione non transiret, ex quo rerum mancipi et nec mancipi, dominiique Quiritarii et bonitarii discrimen sustulit Justinianus l. un. C. de nudo jure Quirit. toll. et l. un. C. de usucap. transform.

§. CCLXXVI.

Quum ergo omnis voluntas domini de dominio rei suæ in alterum transferendo pro traditione sit, dominiumque in alterum valide transferat: (§. CCLXXV. 25.) consequens est ut 26) perinde sit, sive quis absens rem verbis litterisve intervenientibus, sive 27) præsens de manu in manum, sive 28) per inductionem in rem, sive 29) per longam brevemque manum, sive 30) adhibito certo symbolo, inter homines alicujus provinciæ recepto, (§. CCXLII. 21.) tradat. *) 31) Ut nihil obster, quo minus et jus sive traditione, sive quasi traditione in alium transferri possit.

*) Equidem traditio illa symbolica ne ipsis quidem Romanis erat ignota, ceu patet ex l. 1. §. pen. D. de adqu. poss. l. 9.

§. 6. *D. de acqu. rer. dom. l. 74. D. de cont. emt.* At multo acutiores hac in re fuerunt Germanicæ originis gentes, quæ in traditionibus et investituris res fere quascumque pro arbitrio, ac præcipue tamen festucam, baculum, culmum, cæspitem, arbusculam, chirothecam, et similes res adhibebant. Vid. *Elem. nostra jur. Germ. II. 3. 74. sequ.* Quo et SCOTATIO Danica pertinet, c. 2. *X. de consuet. de qua ex instituto Strauch. Amænit. jur. can. ecl. V. et Gundlingiana Part. VII. dist. IV.*

§. CCLXXVII.

Quum vero dominus tantum tradere possit, qui jus alienandi habet: (§. CCLXXV.) consequens est, 32) ut nullus futurus sit effectus traditionis, ab eo factæ, qui vel propter legem, vel ob conventionem, vel aliam quamcumque causam, alienare nequit, 33) multoque minus valitura sit traditio, à non domino facta, quum, quod quisque jus non habet, illud in alium transferre nequeat. *) 34) Ut contra perinde sit, sive ipse dominus rem tradat, sive ejus voluntate, mandato vel adprobatione alius.

*) Attamen hujusmodi traditio, alteri ignorantia facta, hunc facit bonæ fidei possessorem, donec verus dominus superveniens rem suam vindicet. Hunc vero, quid circa rem restituendam observare, quos fructus retinere, quosve restituere oporteat: multis repertis regulis, ostendere conantur Grot. *de jure belli et pac. II. 10. Pufendorff. de jur. nat. gent. IV. 13. 6. seq.* Nos infra suo loco ea de re agemus ex instituto, (§. CCCXII. sequ.) et omnia redire ostendemus ad duas regulas: I) Bonæ fidei possessorem tantisper, dum de vero domino non constat, loco domini esse, ac proinde iisdem juribus uti, quibus dominus uteretur. II) Superveniens domino eandem rem exstantem una cum fructibus exstantibus, et si res non exstet, tantum, in quantum factus sit locupletior, restituere teneri.

§. CCLXXVIII.

Quumque ex justa causa fieri alienationem oporteat; traditio (§. CCLXXV.) ipsa res unumquemque monebit, 35) intelligi causam, quæ ad transferendum dominium suffi-

ficiat, adeoque 36) non transire dominium, si cui omni res ex commodato, deposito, locato tradatur, multo minus 37) si tradatur precario, vel ex alio titulo, transferre pro tradentis arbitrio revocabili. 38) Immo ne quolibet quidem justam causam sufficere, si is, cui res traditur, alteri ex pacto non satisfecerit. *)

*) Ubi enim ita fit alienatio, ut alter aliquid præstet: ibi conditionalis est alienatio. Quæ quum translationem domini suspendat: (§. CCLXXVII.) consequens est, ut, altero non præstante id, quod promisit, non transferatur dominium, adeoque invalida sit traditio. Hinc Romani venditas res traditasque non aiter emtori acquiri statuebant, quam soluto pretio, vel satisfactione alio modo præstita. §. 41. *Inst. de rer. divis.* Hinc illa Varronis *de re rust. II. 2. Grex venditus dominum non mutat, nisi sit et adnumeratum.* Quintiliani *Deccl. CCCXXXVI. Quo jure vindicare poteris eam rem, cujus pretium non dedisti?* Tertull. *de penitentia Cap. VI. Ineptum est, pretium non exhibere: ad mercem manum emittere.*

§. CCLXXIX.

Præterea traditurum rem suam, id animo alienandi transferendique domini facere debere, diximus. (§. Nec semel CCLXXV.) Ex quo patet, 39) nullam esse traditionem, ab infantibus, furiosis, mente captis, similibusque personis, quæ, quid, rei geratur, non intellegere præsumuntur, factam: nec 40) per eam transire dominium, si dominus commodandi, deponendi, oppignorandi similive consilio rem alicui dederit: quin 41) posse sibi unumquemque in re sua jus aliud, quod non transferatur, excipere ac reservare, eoque casu 42) tantum transmitti, quantum is, qui alienat, transmittere voluit.

§. CCLXXX.

Ex quo facile intelligitur, 43) unde natum sit DOMINIUM MINUS PLENUM. Quum enim per illud nihil aliud intelligamus, quam dominium, cujus effectus inter duos dominos inæqualiter divisi sunt: admodum minus probabile est, illius originem repetendam esse à tradenti.

ditione cum exceptione, vel reservatione partis cujusdam domini facta. Quo facto, 44) binos dominos ejusdem rei esse oportet, quorum alteri 45) jus adquiretur, utilitatem omnem ex re percipiendi, aliosque fructuum, utilitatumque usu, et perceptione excludendi; alteri 46) facultas vel circa dispositionem de illa re concurrenti, vel aliquid exigendi, ex quo de agnitione domini constat, nascitur. *)

*) Posteriori domini minus pleni genus jureconsulti medii avi vocarunt DIRECTUM, prius UTILE: minus eleganter quidem, sed vocabulis jam semel in schola ac foro receptis. Unde iis repudium dare intemptivum videretur. Posses tamen alterum dominum SUPERIOREM vel MAJOREM, alterum INFERIOREM vel MINOREM vocare, exemplo Romanorum, qui patremfamilias *herum majorem*; filiosfamilias *heros minores* adpellabant. Plaut. *Cap. III. 5. v. 50. Trinum. II. 2. 53. Asinar. II. 2. 66.*

§. CCLXXXI.

Ejus varix species. Quum ita comparatum sit dominium utile, ut major dominus sibi facultatem aliquam, vel circa dispositionem concurrenti, vel aliquid, ex quo de agnitione domini constet, exigendi, reservet: (§. CCLXXX. 46.) consequens est, 37) ut, quamvis innumera esse possint domini minus pleni genera, et 48) res hic præcipue redeat ad conventionem partium: tamen 49) si quis sibi à possessore rei traditæ stipuletur fidelitatem, et servitia, et ne res sine suo consensu alienetur, inde nascatur FEUDUM, 50) si canonem annuum, in agnitionem domini solvendum; JUS EMPHYTEUTICUM; *) si denique 51) solarium, pro superficie in solo, nobis reservato, præstandum, JUS SUPERFICIE: quæ præcipua et apud plerasque gentes notissima sunt domini utilis genera.

*) JURIS EMPHYTEUTICARII exemplum *Genes. XLVII. lidin 26. sequi reperit Josephus Antiq. Jud. II. 7.* quamvis agros Ægyptiorum censuales potius factos esse, existimet Hert. *ad Fusend. jus nat. et gent. III. 8. 3.* Sed si in eo ponit discrimen agrorum emphyteuticorum et censiticorum, quod in il-

illis possessori utile, in his plenum dominium competat: luculenter sane probari potest, domini partem competisse Pharaonibus. Eo enim pertinent verba Josephi Patriarchæ *Gen. XLVII. 23. Vos hodie agrosque vestros Pharaoni emi.* JURIS SUPERFICIARII exemplum illustre atque insigne est apud Justin. *hist. XVIII. 5.* De FEUDORUM origine certant viri docti, et adhuc sub judice lis est, quamvis commune Europæis fere omnibus factum sit hoc institutum. Ceterum multa alia esse apud originis Germ. gentes domini minus pleni genera ostendimus in *Elem. jur. Germ. II. 2. 33. seq.*

§. CCLXXXII.

Si 52) non res ipsa ejusve dominium, sed usus aliquis, traditur, ei, qui hunc accipit, in re aliena acquiritur SERVITUS, et quidem 52) si is usus ad Oid servitantis personam vitamque restringitur, PERSONALIS, vitus, sin 54) ipsi utentis prædio adeoque et omnibus in quidque illo successoribus, ejus conceditur, REALIS vel PRÆ- circa e-
DIALIS. Quum ergo omnibus his casibus tantum juris am jus-
transferatur, quantum transferri is, qui alienavit, vo- tum.
luit: (§. CCLXXIX. 42.) sequitur, 55) ut et hic res
redeat ad conventionem partium, adeoque 56) juris
mere positivi sint tantum non omnia, quæ juris aucto-
res de servitutibus satis subtiliter constituerunt. *)

*) Quo pertinent doctrinæ notissimæ, quod servitus consistat in patiendo vel non faciendo, non in faciendo: quod sit individua, quod causam ejus esse oporteat perpetuam, quod, quia utendum fruendum sit salva rei substantia, ususfructus ne in area quidem subsistat: quod insigne sit discrimen inter usum fructum, usum, habitationem, operas servorum, quod quædam hujusmodi jura non usu et capitis deminutione amittantur, quædam non amittantur. Omnia enim hæc ita comparata sunt, ut ne recta ratio ea abscesse exigat, nec quidquam obstat, quo minus pactis et conventionibus mutari aliterque definiri possit.

§. CCLXXXIII.

Aliquando res ita traditur à domino creditori, ut salvum quidem tradenti sit dominium, creditor tamen rem in securitatem crediti possideat: tunc 57) cons- Quid jus
ti-

pignoris tituli dicitur **JUS PIGNORIS**, vel 58) si id ea fiat lege, et hypo- ut creditor simul utilitatem ex pignore fructuoso per- theca, cipiatur in vicem usurarum, **JUS ANTICHRETICUM**. Deni- quidque que 59) si creditori jus pignoris in re quadam sine tra- ditione constituitur: id **HYPOSTHECAM** vocamus. Quemad- modum ergo 60) prioribus casibus creditori fas est, rem oppignoratam, non soluto debito, non modo re- tinere, verum etiam 61) distrahere, et ex pretio, quæ sibi debentur, deducere, ita 62) posteriore eadem in hypotheca possessionem in securitatem crediti per- sequi, et illam tunc litidem, usque dum nomen expun- gatur, retinere, vel distrahere licet.

§. CCLXXXIV.

Denique traditione rei dominium transferri dixi- mus in accipientem. (§. CCLXXV.) ACCIPERE vero ali- quid videtur vel **VERE**, quoties consensus nostrum quod rem traditam nostram fieri velimus, vel verbis, vel factis testatur, vel ex **PRÆSUMPTIONE**, quoties ex ipsa rei indole non potest non judicari, alterum rem, quam quis traditurus est, non adspernaturum. Simili- ter et **TRADI** res potest, voluntate transferendi vel ex- presse declarata, vel ex certis signis elicita. (§. CCLXXV. 25.) Quale certissimum signum in primis suggerit finis et intentio ejus, qui quid adquisivit, adquisitumque tan- ta cura servavit ac tuitus est. *)

*) Adquirentium vero suaque magna cura administrantium hominum finis atque intentio semper est, non modo ne sibi quid desit, sed et ut suis bene sit, maxime se mor- tuis, et nulla re amplius indigentibus. Unde Euripides in *Medæ* v. 1098.

Οἷοι δὲ τίνας ἔχειν ἐν οἴκοις

Γλαυκῶν βλασφημῶν, ἰσχυρῶ μάλιστα

κατὰ τὸν νόμον, ἵνα ἀπαντῶντες ἅπαντα χρέοντα

πρῶτον ἴδω, ὅπως θείψωσι καλῶς,

βίοντι δ' ἐπίθεον λάβωσι τήνωνες.


Sed quibus in aedibus est liberorum

Dulce germen eos video curis

Confici omni tempore,

Primum quidem, quo pacto bene ipsos educem.

Et unde **VICTUM** relinquant liberis.



Et in *Iphigenia in Aulide* v. 917.

Δαίμων τὴν τίμωσαν. καὶ φέρει φίλων μίσην,

πᾶσιν ἐκκοινῶν, ἀσβ' ὑπερβάλλον τήνων.

Res est vehemens parere et adfert ingens desiderium:

Communeque omnibus est, ut **LABORENT PRO LIBERIS**:

Si liberi desint, reliquis cognatis, necessariis ac amicis nos magis consultum velle, quam extraneis, ipsa expe- rientia satis superque docet.

§. CCLXXXV.

Quum itaque cuius, rerum suarum domino, liceat, easdem in alios transferre, (§. CCLXXV.) eaque trans- latio fieri possit quibuscumque conditionibus: (§. CCLXXVII.) consequens est, 63) ut fieri etiam possit ea lege, ut alter quidem dominium, at possessionem usumque demum post tradentis mortem consequatur. Quæ quidem voluntas, quum et vere declarari, et ex fine adquirentis, tamquam signo certissimo, elici possit, neutro vero casu vera et expresa alterius acceptio- ne opus sit: (§. CCLXXXIV.) 64) priore casu illa **TESTAMENTI** vel **ULTIMÆ VOLUNTATIS** nomine venit; 65) posteriore **SUCCESSIONIS AB INTESTATO** genuinum ac solidissimum fundamentum est. De utraque jam ex instituto erit agendum.

Transi- tio ad succes- sionem ex testa- mento et ab in- testato.

CAPUT XI.


De Derivativis acquisitionibus per successionem ex dis- positione defuncti, et ab intestato.

§. CCLXXXVI.

TESTAMENTUM ex conceptu jurisconsultorum est so- lemni declaratio voluntatis de universa heredita- te, omnique jure, quod testator tempore mortis ha- biturus est, post ejus mortem in alium transituro. Ideo- que vivo testatore nihil juris in heredem transit, im- mo ne spes quidem tam certa, ut ea decollare non pos- sit: sed testatori, dum anima est, prius consilium tumt damnare, rescissisque ac ruptis prioribus tabulis, vel novas facere, vel intestato decedere licet. *)

Quid ju- recon- sultis testam- entum

*) Hinc



pignoris titui dicitur **JUS PIGNORIS**, vel 58) si id ea fiat lege, et hypo- ut creditor simul utilitatem ex pignore fructuoso per- theca, cipiatur in vicem usurarum, **JUS ANTICHRETICUM**. Deni- quidque que 59) si creditori jus pignoris in re quadam sine tra- ditione constituitur: id **HYPOSTHECAM** vocamus. Quemad- modum ergo 60) prioribus casibus creditori fas est, rem oppignoratam, non soluto debito, non modo re- tinere, verum etiam 61) distrahere, et ex pretio, quæ sibi debentur, deducere, ita 62) posteriore eadem in hypotheca possessionem in securitatem crediti per- sequi, et illam tunc litidem, usque dum nomen expun- gatur, retinere, vel distrahere licet.

§. CCLXXXIV.

Denique traditione rei dominium transferri dixi- mus in accipientem. (§. CCLXXV.) ACCIPERE vero ali- quid videtur vel **VERE**, quoties consensus nostrum quod rem traditam nostram fieri velimus, vel verbis, vel factis testatur, vel ex **PRÆSUMPTIONE**, quoties ex ipsa rei indole non potest non judicari, alterum rem, quam quis traditurus est, non adspernaturum. Simili- ter et **TRADI** res potest, voluntate transferendi vel ex- presse declarata, vel ex certis signis elicita. (§. CCLXXV. 25.) Quale certissimum signum in primis suggerit finis et intentio ejus, qui quid adquisivit, adquisitumque tan- ta cura servavit ac tuitus est. *)

*) Adquirentium vero suaque magna cura administrantium hominum finis atque intentio semper est, non modo ne sibi quid desit, sed et ut suis bene sit, maxime se mor- tuis, et nulla re amplius indigentibus. Unde Euripides in *Medæ* v. 1098.

Οἷοι δὲ τῆρας ἔχειν ἐν οἴκοις

Γλαυκῶν βλαστῆν, ἰσχυρῶ μάλιστα

καὶ ἀσχυροῦν τε, ἀπαντὰ χρέοντα

πρῶτον βίη, ὅπως θείψαι καλῶς,

βίον ἢ ἐπίθαι λάψαι τῆρας.

Sed quibus in aedibus est liberorum

Dulce germen eos video curis

Confici omni tempore,

Primum quidem, quo pacto bene ipsos educem.

Et unde **VICTUM** relinquans liberis

Et in *Iphigen in Aulide*: v. 917.

Δαίμων τὸ τίμηλον, καὶ φέρει φίλων μίσην,

πᾶσιν ἐκκοινῶν, ἄσθ' ὑπερβάμεν τῆρας.

Res est vehemens parere et adfert ingens desiderium:

Communeque omnibus est, ut **LABORENT PRO LIBERIS**:

Si liberi desint, reliquis cognatis, necessariis ac amicis nos magis consultum velle, quam extraneis, ipsa expe- rientia satis superque docet.

§. CCLXXXV.

Quum itaque cuius, rerum suarum domino, liceat, easdem in alios transferre, (§. CCLXXV.) eaque trans- latio fieri possit quibuscumque conditionibus: (§. CCLXXVII.) consequens est, 63) ut fieri etiam possit ea lege, ut alter quidem dominium, at possessionem usumque demum post tradentis mortem consequatur. Quæ quidem voluntas, quum et vere declarari, et ex fine adquirentis, tamquam signo certissimo, elici possit, neutro vero casu vera et expresa alterius acceptio- ne opus sit: (§. CCLXXXIV.) 64) priore casu illa **TESTAMENTI** vel **ULTIMÆ VOLUNTATIS** nomine venit; 65) posteriore **SUCCESSIONIS AB INTESTATO** genuinum ac solidissimum fundamentum est. De utraque jam ex instituto erit agendum.

Transi- tio ad succes- sionem ex testa- mento et ab in- testato.

CAPUT XI.

De Derivativis acquisitionibus per successionem ex dis- positione defuncti, et ab intestato.

§. CCLXXXVI.

TESTAMENTUM ex conceptu jurisconsultorum est so- lemni declaratio voluntatis de universa heredita- te, omnique jure, quod testator tempore mortis ha- biturus est, post ejus mortem in alium transituro. Ideo- que vivo testatore nihil juris in heredem transit, im- mo ne spes quidem tam certa, ut ea decollare non pos- sit: sed testatori, dum anima est, prius consilium tumt damnare, rescissisque ac ruptis prioribus tabulis, vel novas facere, vel intestato decedere licet. *)

Quid ju- recon- sultis testam- entum

*) Hinc

*) Hinc notissima juris axiomata : voluntatem hominis esse ambulatoriam usque ad mortem : ultimas tantum ceras ratas esse debere, quæ morte firmantur, vel, uti Quincil. Decl. CCCVIII. loquitur, illud tantum valere testamentum, post quod nullum testamentum sit : ac proinde neminem paganum cum duobus testamentis decedere posse, et quæ sunt ejus generis alia. l. 4. D. de alim. leg. l. 32. §. 2. D. de donat. int. vir. et ux. Quin eo usque porrigitur hæc testamentum nautandi licentia, ut illam nec clausula derogatoria, nec adjecto prioribus tabulis jurejurando, sibi adimere posse testatorem, contendant. l. ult. D. de leg. 2. Grot. de jure belli et pac. II. 13. 19. Leys. Medit. ad Pand. spec. XLIII. n. VI. et VII.

§. CCLXXXVII.

Enimvero hujusmodi testamentum non esse juris naturæ, facile unusquisque intelligit. Quamvis enim solemnitates actui tam serio, totque exposito hominum fraudibus, adhiberi, facile patiat, recta ratio : contradictionem tamen implicare videtur, hominem aliquid velle in illud tempus, quo velle non possit, et dominium rerum suarum tum demum in alium translatum cupere, quando ipse non amplius earum sit dominus. Quod sane tam à recta ratione alienus est, ut ipsi Romani non nisi meris fictionibus*) tantam contradictionem tolli posse, faterentur.

*) Quam enim nec testator, de rebus suis disponens, aliquid cum herede agit, nec heredi, quando acquirit, cum testatore quidquam sit negotii, adeoque neutro casu jus aliquod ab illo ad hunc transire possit : plura fingenda fuerunt à jureconsultis, in fingendo ingeniosissimis, ut à *Ulpiano* hæc consistere quodammodo viderentur. Hinc fingebat, idem esse momentum testamentificationis cum momento mortis, idem quoque esse momentum mortis : cum momento additionis, quippe quod per fictionem ad momentum illud mortis retrotrahebant. l. 1. C. de 55. eccl. l. 34. D. de acqu. vel amitt. hered. l. 193. D. de reg. jur. Porro hereditarem jacentem non esse nullius, sed defuncti personam representare, §. 2. Inst. de hered. inst. l. 31 §. ult. D. eod. l. 34. D. de acqu. rer. dom. Ant. Dadin. Alteserra de Fict. jur. tract. IV. Cap. II. p. 143. illustr. Jo. Grot. à Coccei. de testam. princ. Part. I. §. XXIV. sequ.

§. CCLXXXVI.

§. CCLXXXVIII.

Accedit, quod vix excogitari possit ratio, cur superstites mortuorum voluntatem pro lege habere teneantur, maxime, quum horum, quæcumque eorum Itemque sit conditio, vix interesse possit, Dio an Theon eorum secundo, bonis fruatur : *) immo sæpe ex odio atque invidia magis, quam ex vero amore, proficiscantur suprema illa morientium judicia, ut mortuorum saltem his casibus magis interesse videatur, exitum non habere voluntates suas, quam illas à superstitionibus religiose servari. Vid. Diss. nostr. de testamentifict. jure Germ. arct. lim. circumsc. §. V.

*) Hinc eleganter Seneca de Benef. IV. 11. Non quidquam cura sanctiore componimus, quam QUOD AD NOS NON PERTINET. Quemadmodum enim gravissimus hic auctor suprema illa hominum judicia ad homines pertinere negat, ita eodem sensu Quincil. Declam. CCCVIII. illa vocat voluntatem ultra mortem. Quum ergo jura ne vivum quidem alteri quidquam stipulari patiantur nisi stipulantis intersit : §. 4. Instit. de inutil. stip., qui quæso, fieri potuit, ut idem Romanorum jureconsulti ratas esse vellent voluntates mortuorum de bonis tertio alicui concedendis, quum mortuorum non interesset ? Immortales equidem esse hominum mentes, (quod urgere animadvertimus celeberrimum G. G. Leibnit. nov. method. Jurispr. p. 16.) facile largimur, sed inde non sequitur, ut mentes, corporum vinculis exsolatæ, rerum olim suarum dominium retineant, multo minus, ut ulla rerum illarum cura tangantur :

Id cinerem et Manes credis curare sepultos ?

Virgil. Aeneid. IV. v. 92.

§. CCLXXXIX.

Quum ergo jus naturæ vix probet testamentificationem, qualem adhuc ex principiis juris Romani descripsimus, i. e. ut eam eleganter definit Ulpianus Tit. XX. 1. mentis nostræ justam contestationem, in id solemniter factam, ut post mortem nostram valeat : (§. gentium CCLXXXVI. seq.) consequens est, 1) ut et similes testalia-

Cc

alia-

mentis dicendum. aliarum gentium mores non magis probet, adeoque 2) et Græcorum, barbarorumque testamenta ejusdem generis non magis sint juris naturæ ac gentium, quam illa Romanorum; *) ac proinde 3) nulla pœne gens magis simplicitati juris naturalis adcommodarit mores suos, quam Germani, apud quos heredes successoresque sui cuique liberi, et NULLUM TESTAMENTUM. Tacit. de mor. Germ. Cap. XX.

*) Similem enim testamentifactionem, quæ in voluntate unilateraliter consistit, et qua de eo, quod post mortem demum fieri debeat, disponitur, etiam apud Athenienses deprehendimus à temporibus Solonis: Plutarch. in Solone p. 90. apud Lacedæmonios à temporibus Epitadei ephori: Plutarch. in Agid. et Cleom. p. 797. et apud alios Græcos, quos hæc in re unum idemque omnes statuere, tradit Isocrat. in Aginer. p. 778. Exstant et testamenta similia Ægyptiorum veluti Ptolemæi, Regis, apud Cæsarem de bello civ. III. 20. Hirt. de bello Alex. Cap. V. Attali, Regis Pergamenorum, de quo Flor. Hist. II. 20. Hieronis Siculi, de quo Liv. XXIV. 4. denique ipsorum Hebræorum, de quorum testamentifactione videndus Selden. de success. ad leg. Hebr. Cap. XXIV. Sed eam non esse antiquam, verum magistrorum interpretamentis originem debere, cum aliis argumentis, tum et eo potissimum probari potest, quod ne vocabulum quidem, quo testamentum designarent, in sua lingua repererint, ac proinde illud Græce adpellare coacti sint קְוִוּתָא id est, διαθήκη. Vid. Diss. nostr. de testamentif. jure Germ. arct. lim. circumscr. §. VI.

§. CCXC.

Quæ quum ita sint, aliam plane TESTAMENTI definitionem commentus est Grotius de jure belli et pac. II. 6. §. ult. illudque esse ait alienationem in mortis eventum, ante eam revocabilem, retento interim jure possidendi ac fruendi. Sed uti ea definitio non quadrat illi rei, quam vulgo testamentum adpellamus, sed multis modis falsa est: Ziegl. ad Grot. II. 6. fin Pufend. de jure nat. et gent. IV. 10. 2. Ilustr. Jo. Gottofr. de Coccei. ibid. §. IV. seq. ita non sequitur, 4) ut ideo juris naturæ sit testamentifactio, quia illud jus non improbet alienationem in mortis eventum, ante eam re-

vocabilem, cum retentione possessionis et ususfructus conjunctam.

§. CCXCI.

Attamen quum argumenta, quæ aduc explicavimus, omnia testamentifactionem quidem Romanam penitus evertant, at non proinde obstent dispositionibus omnibus de futura successione: (§. CCLXVIII. *) merito jam quæritur, quænam illæ sint, quæ jure naturæ adprobentur? Responsum cape. Non aliæ quam pacta, quibus vel homines morientes ipsam possessionem cum dominio rerum suarum in alios transferunt, vel sani illis jus succedendi in casum mortis attribuunt. Quum enim, quod nostrum est, non modo in præsens, sed, et in futurum alienare liceat: (§. CCLXVIII.) 5) licebit etiam de substantia nostra, sive in præsens, sive in futurum mortis eventum, in alterum transferenda, pacisci. *)

*) Et hinc antiquissimi mortalium vix aliter de bonis suis, quam hoc modo disponebant. Sic Abrahamus liberis destitutus, bona sua destinaverat Eleazari procuratori suo, Genes. XV. 3. procul dubio per mortis causa donationem, seu pactum aliud successorium. Idem deinde, mortua Sara uxore, susceptis è Cethura liberis partem bonorum suorum vivus et sanus per donationem inter vivos contulit, reliqua omnia Isaco dedit Gen. XXV. 5. 6. Sed et Cyrum, morientem, præsentem Cambysi, filio natu majori, regnum, alteri natu minori, Tanaoxari, Medorum, Armeniorum et Cadusiorum satrapias tradidisse, refert Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Divisionis et donationis, inter liberos à parentibus, imminente morte factæ, mentionem fieri videmus. Gen. XLVIII. 22. Deut. XXI. 16. 7. 1. Reg. 1. 35. Syrac. XXXIII. 24. et apud Francos hæc pertinent exempla apud Marculf. Form. I. 12. II. 7.

§. CCXCII.

Quum ergo cuilibet liceat de substantia sua in alium sive in præsens, sive in futurum mortis eventum transferenda pacisci: (§. CCXCI. 5) consequens est, 6) ut nihil causæ sit cur juri naturæ refragari existimemus pacta successoria. *) 7) Ut potius illa jure optimo valeant.

maximo valere debeant, sive reciproca sint, sive ex uno tantum latere obligatoria: itemque 8) sive acquisitiva, sive conservativa, sive renunciativa: nam 9) dispositiva paciscentes quidem, non vero eum, cujus de hereditate disponitur, obstringere, vel ex eo patet, quod hic nihil de suo pactus est. (§. CCLXXXI. 5.)

*) Illa equidem non probat jus Romanum, sed bonis moribus adversari, plenaque tristissimi eventus esse, clamat *l. ult. C. de pact.* sed ratio de voto captandæ mortis non in hæc pacta magis cadit, quam in mortis causa donationes, quas tamen Romani jure valere patiuntur. Neque tristissimus ille, quem Roma aliquando vidit, eventus argumento est, bonis moribus repugnare hæc pacta successoria, quum nec testamentum, nec ullum aliud institutum humanum, ita comparatum sit, ut abuti illo non possint homines improbi.

§. CCXCIII.

Præterea quum traditionum ea sit indoles, ut unusquisque sibi in re sua jus aliquod, quod non transferatur, excipere ac reservare possit, adeoque eo casu tantum transmittatur, quantum is, qui alienat transmittere voluit: (§. CCLXXIX. 41. sequ.) sequitur, 10) ut in arbitrio domini sit, possessionemne simul in heredem pactitium transferre velit, an jus tantum, hereditatem se mortuo occupandi, itemque, 11) utrum jus irrevocabile, an revocabile dare malit, *) denique 12) pure, sub conditione, an in diem, 13) ex asse, an pro parte, alterum sibi heredem dicere malit: ut adeo 14) non sint *naturalis pugna* causæ testati, et intestati uti sibi persuasit Pomponius *l. 7. D. de reg. jur.*

Quomodo quis de hereditate disponere possit?

*) Sic jus irrevocabile in filios è Kethura transtulerat Abrahamus, *Gen. XXV. 6.* revocabile contra in Piræum Telemachus apud Homerum *Odyss. P. v. 77*

Πατρὶς ἐ γὰρ τὸ ἴδιον, ὅπως ἴσται τὰς ἱγὰς,
* Εἶνευ ἐπὶ μνηστῆρας ἀγνοοῦσι ἐν νυγάζοισι,
Δαίτην ὑπὸ τῆς πατρὸς πάντο δάσονται
* Αὐτὸν ἔχοντά σε βόλοισι, ἱπποπόμοισι, ἢ τινὰ τῶνδε.
* Εἰ δὲ καὶ ἰγὼ τέτοισι φέρον, καὶ μάλα φούλιον,
Δὴ τίτι μοι χαίροσσι φεῖσιν πρὸς ἰόματα χαίρον.

Pi-

*Piræa, incertus quoniam rerum exitus harum est,
Si tacite incautum stolidi me forte necare
Morte proci poterunt, et opes vexare paternas:
Hæc ego te malo, quam eorum quempiam, habere:
Sin ego eos justa meritis adfecere clade:
Tum mihi tu leto reddes illa omnia lætus.*

§. CCXCIV.

Quum præterea aliquid accipi possit non modo vere, sed et ex præsumptione, quoties ex ipsa rei indole non potest non judicari, alterum rem, quam quis traditurus est, non adspernaturum: (§. CCLXXXIV.) consequens est, 15) ut jure naturæ perinde sit, præsens quis consensum declaret, an ob absentiam rem accipere verbis nequeat, quum regulariter vix verendum sit, ne molesta alteri futura sit illa liberalitas, *) maxime si lucrosam esse constet hereditatem, illi destinam. 16) Ut tamen inter utrumque casum id intersit, quod priore validum et irrevocabile jus nanciscatur heres, nisi facultatem revocandi dominus diserte sibi reservarit: 17) posteriore ante sequutam acceptationem semper sit revocandi licentia; itemque, 18) quod qui consensum declaravit heres, acceptam semel hereditatem repudiare nequeat, 19) is, cujus consensus præsumitur, eam sibi delatam suo arbitrio vel adire vel repudiare possit.

An heres accipere tenetur destinam sibi hereditatem.

*) Totam hanc doctrinam mirifice illustravit perillustis academix nostræ cancellarius, Musarumque mearum amantissimus collega, Jo. Petrus à Ludewig, dissertatione erudite scripta, de differentiis juris Romani et Germanici in donationibus, et barbari adnexus, acceptatione. Hal. MDCCXXI. ubi naturam atque indolem donationis, nec jus Justinianicum, nec canonicum, nec Germanicum illam acceptationem verbis aliisque signis factam requirere, non sine magno rerum insignium adparatu demonstravit, omniaque quæ obverti poterant, argumenta solide proffigavit, ut mirum non sit, quosdam levioris armaturæ milites vellicare hoc vallum, quam justa oppugnatione evertere, maluisse.

§. CCXCV.

Si ergo vere velle potest rerum suarum dominus, ut illæ

Funda- illæ, se mortuo, in alterum transferantur: (§. CCXCI. sequ.) nulla sane ratio suadere videtur, ut voluntas successi ex ejus fine et intentione præsumptæ non tantumdem, ac certis verbis signisve expressæ, tribuatur. (§. CCLXVIII.) Jam supra vero ostendimus, finem atque intentionem aliquid adquirentium, suasque res administrantium, non esse, ut illæ, se mortuis, quasi pro derelictis habitæ cuius occupanti cedant: sed ut suis, quos amat, quorumque felicitate delectatur, prosint. (§. CCLXXXIV.) Ex eo vero merito colligimus, 20) successionem eis præ reliquis deberi, quorum in gratiam mortuus bona sua præcipue adquisiverit, servavitque tanta cura ac sollicitudine. *)

*) Quod adeo verum est, ut nulla re magis angere ac veluti excruciarî soleant homines, quam si, se mortuis, bona ad homines sibi parum probatos perventura, sciant, jamque

*Stet domo capta cupidus superstes,
Imminens lethi spoliis, et ipsum
Computet ignem.*

Ur verissimum sit, quod ex Pindari Olymp. X. huc retulit Pufendorff. de jure nat. et gent. IV. 11. 1. πλοῦτος ὁ λαχὼν πομπὴν ἐπαιτῶν ἀλλοτρίων θύσσοντι θυγερτάλοισι. Divitiæ, sortita dominum adscititium alienum, morienti sunt odiosissima.

§. CCXCVI.

Quia tamen hoc non est officium, cum obligatione perfecta conjunctum, adeoque species potius humanitatis, quæ personarum ac necessitudinem habet rationem, ac proinde cognatis plus, quam extraneis, tribuit: (§. CCXX. 21.) merito statuimus, 21) cognatos extraneos omnes à successione excludere, et 22) ex ipsis cognatis remotioribus præferendos esse propiores: 23) horum denique plures ejusdem lineæ ac gradus, simul ad hereditatem merito vocandos. *)

*) Quamvis enim non semper verum sit, cognatos cognatis, quam extraneos, esse cariores, immo potius fratrum quoque gratia aliquando rarior videatur: tamen, quum si eadem fuisset defuncti sententia, nihil illi obstiisset; quo mi-



De ea axioma- ta.

minus de hereditate sua disponderet, aliique, quem magis amabat, eam relinqueret, (§. CCXCI. 5.) ille vero sine ejusmodi dispositione decedere maluerit: non potest non existimari, eum bona sua non invidisse cognatis, quos ipsa veluti naturalis adfectio ad successionem vocat. Ceterum propior aliquis judicandus est non modo ratione gradus, verum etiam ratione lineæ. Adfectionem enim maximam cadere in lineam descendentem, et, hac deficiente, in adscendentem: denique, neutra supersite, in collateralem, recte observavit Aristot. ad Nicomach. VIII. 12. Hinc nepotes quamvis secundo gradu propiores sunt parente, proavus, quamvis tertio gradu, propior fratrie, cetera.

§. CCXCVII.

Quum ergo ex ipsis cognatis remotiores excludantur à propioribus, (§. CCXCVI. 22.) vix autem ulli propiores cuiquam existimari possint, quam liberi parentibus: 24) hi merito reliquis omnibus in hereditate parentum præferuntur, et quidem 25) sine sexus et 26) ætatis discrimine. *) Quod enim quibusdam locis masculi feminis, primogeniti natu minoribus, præferuntur: illud, quia inter æquales inæqualem divisionem ponit, ex lege civile, vel pacto, vel alia dispositione, adeoque non ex jure naturæ esse, facile intelligitur. (§. CCLXXI. 10 sequ. et *)

Successio liberorum.

*) Si tamen res in se individua sit: non est dubium, quin ea ceteris paribus primogenito ea lege jure relinquatur, ut reliquis fratribus sororibusque satisfaciatur. (§. CCLXX 5.) Talis res individua quum præcipue sit imperium vel regnum: in eo insignis primogenitorum prerogativa esse solet. Eleganter Cyrus apud Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Δὲ δὲ καὶ τὴν βασιλείαν οὐκ ἔδωκεν οὐδὲ καταλείπειν, ὡς ἂν μὴ ἀμφότεροι γενόμενοι πράγματα ἑνὶν παράσχῃ. ἰγὼ δὲ οὐκ ἐπιθέμι ἀμφοτέρους ὑμᾶς ἰμοῖαι, ὡ παῖδες: τί δὲ προβαλέω, καὶ προηθάμαι, ἰσθ' ὅ, τι ἂν καί τις δούκῃ ἦναι, τὸτο προτάτῃ τῷ προτέρῳ γενόμενῳ καὶ πλείονον κατὰ τὸ ἄνω ἰμπερία. Est autem mihi declarandum hoc quoque, cui regnum relinquam, ne id relictum in ambiguo, negotia vobis facessat. Complector equidem, filii, pari utrumque vestrum benevolentia: verum et consilio providere, et duci officio fungi, quacumque in re tempus et usus postulet, eum jubeo, qui NATU MAJOR est, et utrum rerum majorem de consentanea quadam ratione habet. Quamvis ergo par



par regum in liberos adfectio esse possit: ipsa tamen regni indoles exigere semper visa est, ut filiabus filii, et inter hos maximus natu minoribus, in imperio praeferretur, adeo ut hoc *νομισμαρον πρὸς τῶν ἀνδρῶν, τῆν-
quam lege inter omnes homines constitutum esse*, contendat Herodot. Lib. VII. p. 241. et, si quid contra fiat, id contra jus gentium factum esse, dixerint veteres. Vid. Justin. Hist. XII. 15. XXIV. 5. Liv. XL. 9.

§. CCXCVIII.

Patri regulariter soli legitimi succedunt, matri et illegitimi.
Quum ergo liberi reliquis omnibus in hereditate parentum merito praeferantur, (§. CCXCVII. 24) idque ex praesumpta parentum voluntate colligi posse videatur: (§. CCXCV. 20.) consequens est, 27) ut certo etiam constare debeat, esse aliquem ex liberorum numero. Quod quum ratione patris vix certum esse possit, nisi ex justo matrimonio: inde porro colligimus, 28) patri liberos tantum legitimos, etiam postumos, non illegitimos, et vulgo quæsitos; 29) matri omnes promiscue succedere: quamvis 30) et illegitimis patrem prospicere posse dispositione sua, nemo temere sit negaturus.

§. CCXCIX.

Nepotes quomodo succedant cum liberis primi gradus?
Præterea ex eadem voluntate parentum (§. CCXCV. 20.) colligi posse videtur, 31) successionem descendentium non modo ad primi, sed et ad ulteriorum graduum liberos, porrigi: adeoque 22) nepotes neptesque non minus, quam filios filiasque, ad hereditatem admitti, et quidem, 33) non solum si inter homines esse desiderint primi gradus liberi, verum etiam, 34) si illi cum his concurrant: ut adeo 35) æquitati naturali quam maxime consentaneum esse videatur jus representationis, quo liberi ulteriorum graduum locum parentum suorum subeunt, eorumque portionem accipiunt. *)

*) Et hoc est fundamentum successionis liberorum primi gradus in capita; ulteriorum in stirpes. Hanc vero æquitati naturali quam maxime consentaneam esse, vel inde patet, quod alias, si in capita omnes succederent, supersi-

omnium liberorum conditio per fratris vel sororis mortem deterior, nepotum per parentum mortem melior fieret, adeoque nulla inter eos futura esset æqualitas. Nam si pater esset centenarius, liberosque haberet quatuor, singuli acciperent viginti quinque aureos. Jam finge, unum ex his quatuor liberis, turbato naturæ ordine, ante patrem decessisse, relictis ex se nepotibus septem. Tunc sane, si singuli succederent in capita, unusquisque acciperet decem aureos: atque ita ob mortem fratris tres liberi primi gradus amisissent aureos quadraginta quinque, nepotesque septem ob præmaturum parentis obitum tantumdem lucrati essent. Quum vero non possit ulla reddi ratio, cur mors fratris superstitibus fratribus vel sororibus aliquid ex paterna hereditate diminuere, nepotibusque ex eo aliquid adicere debeat: nulla quoque reddi potest ratio, cur æqualiter utrique admittendi sint in capita.

§. CCC

Quomodo si solent ex s-
Ex eadem porro regula, quod ex pluribus cognatis propiores præferendi sint remotioribus, (§. CCXCVI. 22.) fuit, 36) nepotes, etiamsi soli sint, merito tamen præferendos esse et avi parentibus, quamvis gradu prioribus, et ejusdem fratribus et sororibus, quamvis gradu paribus. Propiorem enim aliquem judicandum esse non tantum ratione gradus, sed et maxime ratione lineæ, jam supra observavimus. (§. CCXCVI. *) Ceterum 37) nepotesne æquitas naturali hoc casu in capita, an in stirpes ad hereditatem avitam vocet ex iis, quæ ad superiorem paragraphum in scholio notavimus, intellectu non admodum difficile videtur. *)

*) Nulla enim et hic reddi potest ratio, cur ob præmaturum parentum excessum unius stirpis deterior, alterius melior conditio fieri debeat. Quod fieri tamen oporteret, si nepotes soli superstites in capita admitterentur. Finge enim centenarium amisisse quatuor filios, at ex primo unum, ex secundo binos, ex tertio tres, ex quarto quatuor nepotes superstites esse: si filii supervixissent, singuli accepissent viginti quinque aureos, tantumdemque quisque ad filios transmisisset. At si jam, iis præmortuis, nepotes in capita admitterentur, singuli acciperent decem, adeoque unus nepos ex primo filio jacturam faceret aureorum quin-

decim, duo ex secundo, quinque: tres porro ex tertio quinque, quatuor reliqui ex quarto quindecim lucrarentur. Quod quum absonum sit: absonum quoque est, nepotes hoc casu in capita succedere.

§. CCCI.

Quum, deficiente linea descendantium, proxima sit, altera in qua ascendentium vel progenitorum series describitur: (§. CCXCVI. *) merito inde colligimus, 38) his luctuosam liberorum hereditatem prae aliis deferri, *) et 39) ita quidem ut propior gradu excludat remotiores, 40) ejusdem gradus simul admittantur, nec hic 41) jus naturae justam suggerat rationem, cur inter plures ejusdem gradus secundum lineas partienda sit liberorum hereditas: ut adeo 42) haec similiaque potius jure civili definienda videantur.

Successio adscendentium.

*) Quod adeo rectae rationi videtur consentaneum, ut quum lex divina ad successionem primum vocet filios, his deficientibus filias, tum fratres, et postea patruos: parentum autem nullam habere rationem videatur, Num. XXVII. 2. sequi. Philo tamen de vita Moisi Lib. III. p. 689. illud ex recta ratione supplendum esse monet.

Ὅτι γὰρ ἰουθεῖ, ὑπολαμβάνει, ὅτι καὶ γὰρ ἀδελφῶν ἕκαστος ἀδελφῶν, διὰ τὴν πρὸς τὴν πατέρα συγγένειαν, αὐτὸν ἀφαιρῶν τὴν πατέρα τῆς διαδοχῆς. ἀλλ' ἰσχυρῶς ὁ νομὸς φησὶ ἵνα κληρονομήσῃ τὸς γονεὺς ὑπὸ παιδῶν, ἀλλὰ μὴ τὸς κληρονομήσῃ, τὸ μὴ ἀπικνησάμενος καὶ ἀπολαύσας ἡσυχασεν, ἵνα μὴ πατήρ καὶ μήτηρ πρὸς ἀδελφῶν δακρύσει τὰ ἐπὶ ὠνυμίοις τῶν τοῖς ἀπαρχαῖς πίνου, πλάγιος δ' αὐτὸς ἐν ἰσχυρῶν ταῖς θεοῖς ἰσχυρῶν, ἵνα καὶ ἀμφότερον φοχάσεται, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ μὴ τὴν ἑσῖαν ἀλλοτριωθῆναι. Sultum enim foret, credere, patruo concedi hereditatem fratris filii, ut patris cognato: ipsi vero patri eam auferri. Verum, quia lex naturae jubet filios parentibus heredes succedere, non parentes filiis: (ubi jus naturae à Philone procul dubio pro naturae ordine accipitur,) hoc, ut ominosum, et piis votis contrarium, tacuit, ne pater materque viderentur lucrari ex immaturis filiorum mortibus et luctu inconsolabili: oblique tamen ipsos vocavit ad jus, quod permittit patribus, ut et decorum servaretur, et bona manerent in familia. Nec aliter philosophantur Talmudici, quorum doctrina de successione adscendentium accurate exposuit Seldenus de success. in bona def. ad leges Hebr. Cap. XII.

§. CCCII.

§. CCCII.

Denique ex eadem, quam saepius laudavimus, regula, (§. CCXCVI. 22.) sequitur, 43) ut, deficientibus etiam adscendentibus, ex linea obliqua, vel collateralis proximi gradu proximi ad successionem esse videantur, nec 44) ratio ulla suadeat, ut inter collaterales locus sit juri repraesentationis, *) multoque minus, 45) ut vel duplicitas vinculi, vel 46) bonorum origo discrimen faciat. 46) Ut plures ejusdem gradus et hoc casu hereditatem inter se aequa lance dividant: nec 47) quidquam intersit, quota generatione defuncto cognati sint, quum in hujus arbitrio fuerit, si remotiores facultatibus suis beare noluisse, heredem alium dicere.

Successio collateralium

*) Quum enim successio iis praereliquis debeat, quorum in gratiam mortuus bona sua praecipue adquisivit, tantaque cura ac sollicitudine servavit, (§. CCXCV. 20.) et experientia doceat, amorem erga descendentes remotiores si non vehementiorem, saltem non minorem esse solere, ac erga propiores: recte inferre nobis videtur, avos nepotibus nihil, quod eorum parentibus debebatur, detractum velle, ac proinde ex praesumpta eorum voluntate eos in parentum suorum jura succedere debere. Contra ea experientia eadem docet, in linea collateralis adfectionem fere singulis gradibus decrescere, ac proinde non sequi, ut e. g. fratris filius eodem loco sit apud patrum, ac frater. Hinc et fratrum filios cum fratribus in successione concurrere debere, nulla ratio suadet.

§. CCCIII.

Et huc usque successionem cognatorum agnoscit recta ratio. Quia tamen haec omnia magis juris naturae permissivi, quam praerceptivi esse, facile unusquisque intelligit: nemo facile negaverit, 48) multa hic permissa esse legislatoribus, ut et de plerisque casibus dubiis certi quid statuere, et 49) leges suas reipublicae fini atque utilitati accommodare possint. (§. XVIII. 36.) Atque inde facile reddi potest ratio, 50) cur et conjugii superstiti prospectum velint legislato-

Multa hic relicta arbitrio legislatorum.

Dd ij

res,

res, et 51) in nullo pœne juris articulo magis discrepent diversarum provinciarum, quin et municipiorum, leges et statuta, quam in hoc de intestatorum successione.

§. CCCIV.

Quandoquidem porro totum hoc succedendi jus ex An here- voluntate præsumta nascitur, (§. CCLXXXV. 65.) is des qui vero cujus consensus præsumitur, hereditatem suo ar- dam ne- bitrio vel adire, vel repudiare potest: (§. CCXCIV. cessarii? 19.) nemo non videt, 52) jus naturæ ignorare he- redes necessarios, *) adeoque 53) neminem esse he- redem ab intestato ipso jure, sed 54) talem fieri consensu, sive per verba, sive per facta declarato.

*) Idque et inde demonstratur, quod rationem, ob quam jurisconsulti Romani heredes quosdam necessarios, alios suos et necessarios, alios voluntarios et extraneos dixerunt, recta ratio plane ignorat. Primo enim hæc heredum qualitas et differentia præcipue ad heredes testamentarios, quos jus naturæ ignorare diximus, (§. CCLXXXVII. sequ.) pertinet, quia ab intestato nullus succedit servus, heres necessarius. Deinde testamentum Romanis erat instar legis privatae. Testatorem autem legem quidem ferre posse existimabant suis, id est, servis et liberis, quibus veluti in obsequio relicta erat gloria, non autem extraneis, potestati testatoris non subjectis. Hinc illos heredes dicebant necessarios, hos voluntarios. (Elem. sec. ord. Inst. §. DLXXXV. sequ.) Enimvero quum hæc omnia ignoret jus naturæ: illud etiam hanc heredum differentiam ignorare, tam certum est, quam quod certissimum.

§. CCCV.

Herēs Ceterum, ubi quis semel succedere alteri statuit, quomo- nihil æquius est, quam ut, qui in locum succedit, do inde- etiam in jura illius ac onera successisse censeatur. (§. functi ju- CCLXVII.) Ex quo consequitur, 55) ut heres, sive ra et o- ex vera dispositione defuncti, sive ex præsumta ejus- bligatio- dem voluntate succedat, omnia ejusdem jura, quæ nes suc- morte non extincta sunt, acquirat, at 56) nec con- cedat? que-

queri possit, si et ejusdem obligationibus, quantum bona sufficiunt, satisfacere cogatur. *)

*) Non ergo in solidum. Quum enim non alia causa sit, cur heres, quod defunctus ex emto vel conducto debuit, præstare, et nomen illius expungere teneatur, quam quod bona ejus consequutus est: nulla excogitari potest ratio, ^{N^o} cur ultra vires hereditatis teneatur. Præterea rigor ille juris Romani, quo heres in omnes defuncti obligationes succedit, nititur fictione, quod heres cum defuncto pro una // persona habeatur. l. 22. D. usucap. l. 14. C. de usufr. Noull. XLIII præf. Ant. Dadin. Alteserra de Fiction. jur. tract. I. Cap. XX. p. 48. Quam fictionem quum ignoret jus naturæ, illud etiam id, quod inde consequitur, ignorare manifestum est.

CAPUT. XII.

De Juribus et officiis, quæ ex dominio oriuntur.

§. CCCVI.

DOMINIUM est jus alios omnes rei alicujus usu excludendi. (§. CCXXXI.) Alios vero dum exclu- ^{Triplex} dimus rei usu: ipsi, nobis solis ea utendi jus esse, domini effectus. contendimus. Inde 1) primum oritur domini effectus, LIBERA de re sua DISPOSITIO, id est, rem quibuslibet usibus adhibendi, immo et abutendi, suoque libitu alienandi facultas. Deinde, cujus rei usu alios excludere possumus: illam eo animo detinemus, adeoque 2) inter effecta domini est etiam POSSESSIO. Denique et tunc alios rei nostræ usu excludimus, quando ab alio possessam repetimus. Rem vero suam, ab alio possessam, repetere quum idem sit, ac VINDICARE: consequens est, 3) ut inter nobilissimos domini effectus etiam sit jus rem à quocumque VINDICANDI. *)

*) Omnia hæc domini effecta agnoscit jus Romanum. Quod enim Cajus l. 2. D. si à par. quis man. scribit, iniquum esse, ingenitis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, id ad LIBERAM DISPOSITIONEM pertinet. Ita et ex jure POSSIDENDI, soli domino competente, colligit Paul-

res, et 51) in nullo pœne juris articulo magis discrepent diversarum provinciarum, quin et municipiorum, leges et statuta, quam in hoc de intestatorum successione.

§. CCCIV.

Quandoquidem porro totum hoc succedendi jus ex An here- voluntate præsumta nascitur, (§. CCLXXXV. 65.) is des qui vero cujus consensus præsumitur, hereditatem suo ar- dam ne- bitrio vel adire, vel repudiare potest: (§. CCXCIV. cessarii? 19.) nemo non videt, 52) jus naturæ ignorare he- redes necessarios, *) adeoque 53) neminem esse he- redem ab intestato ipso jure, sed 54) talem fieri consensu, sive per verba, sive per facta declarato.

*) Idque et inde demonstratur, quod rationem, ob quam jurisconsulti Romani heredes quosdam necessarios, alios suos et necessarios, alios voluntarios et extraneos dixerunt, recta ratio plane ignorat. Primo enim hæc heredum qualitas et differentia præcipue ad heredes testamentarios, quos jus naturæ ignorare diximus, (§. CCLXXXVII. sequ.) pertinet, quia ab intestato nullus succedit servus, heres necessarius. Deinde testamentum Romanis erat instar legis privatae. Testatorem autem legem quidem ferre posse existimabant suis, id est, servis et liberis, quibus veluti in obsequio relicta erat gloria, non autem extraneis, potestati testatoris non subjectis. Hinc illos heredes dicebant necessarios, hos voluntarios. (Elem. sec. ord. Inst. §. DLXXXV. sequ.) Enimvero quum hæc omnia ignoret jus naturæ: illud etiam hanc heredum differentiam ignorare, tam certum est, quam quod certissimum.

§. CCCV.

Herēs Ceterum, ubi quis semel succedere alteri statuit, quomo- nihil æquius est, quam ut, qui in locum succedit, do inde- etiam in jura illius ac onera successisse censeatur. (§. functi ju- CCLXVII.) Ex quo consequitur, 55) ut heres, sive ra et o- ex vera dispositione defuncti, sive ex præsumta ejus- bligatio- dem voluntate succedat, omnia ejusdem jura, quæ nes suc- morte non extincta sunt, acquirat, at 56) nec con- cedat? que-

queri possit, si et ejusdem obligationibus, quantum bona sufficiunt, satisfacere cogatur. *)

*) Non ergo in solidum. Quum enim non alia causa sit, cur heres, quod defunctus ex emto vel conducto debuit, præstare, et nomen illius expungere teneatur, quam quod bona ejus consequutus est: nulla excogitari potest ratio, ^{N^o} cur ultra vires hereditatis teneatur. Præterea rigor ille juris Romani, quo heres in omnes defuncti obligationes succedit, nititur fictione, quod heres cum defuncto pro una // persona habeatur. l. 22. D. usucap. l. 14. C. de usufr. Noull. XLIII præf. Ant. Dadin. Alteserra de Fiction. jur. tract. I. Cap. XX. p. 48. Quam fictionem quum ignoret jus naturæ, illud etiam id, quod inde consequitur, ignorare manifestum est.

CAPUT. XII.

De Juribus et officiis, quæ ex dominio oriuntur.

§. CCCVI.

DOMINIUM est jus alios omnes rei alicujus usu excludendi. (§. CCXXXI.) Alios vero dum exclu- ^{Triplex} dimus rei usu: ipsi, nobis solis ea utendi jus esse, domini effectus. contendimus. Inde 1) primum oritur domini effectus, LIBERA de re sua DISPOSITIO, id est, rem quibuslibet usibus adhibendi, immo et abutendi, suoque libitu alienandi facultas. Deinde, cujus rei usu alios excludere possumus: illam eo animo detinemus, adeoque 2) inter effecta domini est etiam POSSESSIO. Denique et tunc alios rei nostræ usu excludimus, quando ab alio possessam repetimus. Rem vero suam, ab alio possessam, repetere quum idem sit, ac VINDICARE: consequens est, 3) ut inter nobilissimos domini effectus etiam sit jus rem à quocumque VINDICANDI. *)

*) Omnia hæc domini effecta agnoscit jus Romanum. Quod enim Cajus l. 2. D. si à par. quis man. scribit, iniquum esse, ingenitis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, id ad LIBERAM DISPOSITIONEM pertinet. Ita et ex jure POSSIDENDI, soli domino competente, colligit Paul-

Paullus l. 3. §. 5. D. de acqu. vel amitt. possess. plures eandem rem in solidum possidere non posse, et contra naturam esse, ut quum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris: quin non magis eandem possessionem apud duos esse posse, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel, in quo ego sedeo, tu sedere videaris. De REI VINDICATIONE, quippe præcipua, quæ ex dominio nascitur, actione omnia nota ac pervulgata sunt. Hinc inter *βιμαρα παράδοξα* est, quod dominus tigni, illud tamen junctum vindicare non possit. §. 29. Inst. de rer. divis.

VALERE FLAMMAM §. CCCVII.

Quum ergo, cui LIBERA rerum suarum DISPOSITIO est, gaudeat facultate, illas quibuscumque usibus adhibendi: (§. CCCVI. 1.) consequens est, 4) ut et ex ipsa earum substantia, et 5) ex accessionibus atque incrementis, quatenus illa domino adquirantur, (§. CCL. sequ.) omnem utilitatem capere, ac proinde 6) et fructus suos facere, et vel consumere eosdem, vel communicare cum aliis, vel quocumque titulo in quoscumque transferre possit. Quin quum sæpe ingenii solertia et diligentiore cultura amplificari possint fructus, et annui proventus: (7) nihil impedit dominum, quo minus rei faciem immutare, eamque hoc modo utiliore reddere possit, *) dumne alteri hoc ipso jus suum intervertat.

*) Soli domino hanc facultatem competere, argumento esse potest jus usufructuarii, usuarii, commodatarii, conductoris, quod quia in re non propria, sed aliena sese exserit, hanc facultatem rem pro lubitu mutandi ambitu suo non complectitur, quantumvis nemo horum sit, quin jure gaudeat, fructus percipiendi. Communis ergo domino cum aliis potest esse facultas fructus percipiendi, at facultas rei, e. g. fundi, faciem immutandi soli domino propria est, nec eam sibi vindicare potest usufructuarius, commodatarius vel conductor, nisi permittente domino.

§. CCCVIII.

Quumque et abutendi facultas sit domino, (§. CCLVI.

CCLVI. 1.) id est, rem utendo consumendi, vel Item rem et fructum disperdendi: Donat. ad Terent. Andri. que rem prolog. v. 5. consequens est, 8) ut et destruere dominum liceat rem, domino suo subjectam, et 9) eandem corrumpere, modo 10) id non fiat eo consilio, ut alius inde detrimentum capiat. *) Quamvis enim talis rerum nostrarum, quæ aliis prodesse possent, corruptio amori humanitatis repugnet, et jus alterius imperfectum lædat: (§. CCXVII. 11.) non tamen ideo justitiam expletricem violat, qui, jure suo usus, rebus suis abutitur, easve, nulla urgente necessitate, corrumpit.

*) Si quis enim eo consilio rem suam corrumpit, ut alter inde detrimentum capiat: id facit animo alterum lædendi, ac sequuto eventu alterum re ipsa lædit. Quum verò primum et absolutum juris naturalis preceptum violet, qui alterum lædit: (§. CLXXVIII. 8.) consequens est, ut et contra jus naturæ agat, qui res suas corrumpit, ut alter inde detrimentum capiat. Et hæc pertinet facinus domini, flores horti sui veneno inficientis, ut vicini apes inde perirent. Quintil. Declam. XIII.

§. CCCIX.

Quia denique libera illa disponendi facultas, quam Nec non domino competere diximus, jus etiam alienandi eandem complectitur: (§. CCCVI. 1.) facile intelligitur, 11) alienandum et dominio suo sese abdicare, et 12) illud dictum in futurum, tum 13) in præsens, sub quacumque conditione in alium transferre, et quidvis alteri com-

Ad §. 308.

Et jus alterius imperfectum lædat. Hoc sufficit ut neque corrumpere, neque destruere queat. Felice t. 4. c. 10. Princ. jur. nat. Abusus enim non in dominio neque in jure continetur, sed effectus est potentia, seu libertatis naturalis v. Wolf. jus gent. c. 8. §. 882. in scholio. Hoc ideo notandum quia infra lib. 2. §. 84. iniquam inde conclusionem elicit, nempe dominos vi dominii, jus vitæ, et necis in servos habere.

commodi concedere, quin et 14) jus quaecumque alii in re sua concedere, ac proinde 15) dominium utile, usumfructum, hypothecam, pignus, suo arbitrio constituere alteri posse, dummodo 16) ei id a genti nec lex, nec pactio, nec alia firmiter dispositio obstat.

§. CCCX.

Quandoquidem porro et possessio inter effecta domini est: (§. CCCVI. 2.) facile patet, 17) dominum et adprehendere rei suæ possessionem, et 18) eam adversus quemcumque tueri, ideoque 19) et vim vi repellere posse. 20) Nihil quoque interesse, sive quis ipse per se, sive per alium possideat: immo 21) semel acquisitam possessionem procul dubio et solo animo ab absente retineri tantisper, dum alius eam nondum adprehendit. *)

*) Possessio enim est detentio rei, cujus usu alios excludere statuimus. (§. CCXXXI.) Quamdiu ergo alios excludere rei usu statuimus, tamdiu rem nondum pro derelicta habuimus. (§. CCXLI.) Ergo res hujusmodi non est nullius, nec adeo nulli jus occupandi eam occupandi. In qua re vero nulli jus occupandi est, ejus ego possessionem procul dubio et absens solo animo retineo.

§. CCCXI.

Denique quum et jus vindicandi inter effectus domini sit: (§. CCCVI. 3.) fieri non potest, 22) quin hoc jure nostro uti possimus adversus quemcumque rei nostræ possessorem, nec 23) quod ad rei restitutionem attinet, quidquam intersit, bona fide, an mala, ille rem nostram detineat, itemque 24) notus ille nobis, an ignotus sit, quia ab eo non ob factum aliquod rem reposcimus, sed rem, in quam nobis jus est, repetimus. Præterea quum 25) rem suam vindicare et repetere, non sit eam de novo redimere: facile patet, dominum, rem suam vindicantem, non esse ad restituendum pretium obstrictum; quamvis 26) æquitas non patiat, ut ille cum alterius dam-

damno fiat locupletior, (§. CCLVII.) et impensas necessarias ac utiles, a possessore in rem erogatas, restituere detrectet. *)

*) Quo procul dubio pertinent etiam impensæ, sine quibus ne ipse quidem dominus rem suam à raptoribus recuperaturus fuisset, maxime si eo animo rem redemit possessor, ut eam domino restitueret. Pufend. *Jur. nat. et gent. IV. 12. 13.* ad quem locum elegans exemplum ex Famiani Stradæ. *Decad. I. de bell. Belg. Lib. VII. ad ann. MDLXXII.* attulit Hertius. Quum enim Antuerpienses mercatores merces pretiosissimas plusquam centum millium, ab Hispano milite in urbe Mechiliniensi direptas, exsoluto XX. millium pretio, redemissent: domini illas, reddita ea summa, receperunt, quippe non minore dispendio res suas recuperaturi, si vel maxime jure experiri voluissent.

§. CCCXII.

Quum vero is, cujus res ipsa in dominio est, etiam, accessiones et fructus omnes inde redeunt, jure sibi vindicare possit: (§. CCCVII. 4.) merito quæritur, an bonæ fidei possessor omnes accessiones, et fructus omnesque fructus, ex re aliena perceptos, quin et omne lucrum, domino, rem suam vindicanti, restituere teneatur? Nos paucis rem ita concipimus. Qui bona fide justoque titulo rem possidet, quamdiu de vero domino non constat, facultate gaudet, omnes rei, à se possessæ, usu excludendi. Qui vero hoc jure gaudet, 27) eum loco domini esse, (§. CCXXXI.) ac proinde 28) iisdem juribus, ac ipsum dominum, frui, nemo dubitaverit. At quia tamen non est verus dominus, qui rem alienam bona fide possidet, 29) nulla sane ratio est, cur cum veri domini damno velit fieri locupletior, quemadmodum 30) nulla ratio est, cur dominus fructus non exstantes, quos cura industriaque sua non produxit, sibi vindicare velit. *)

*) Accessio enim naturalis, cujus de dominio non constat, pro re nullius habetur, (§. CCXLI.) adeoque cedit occupanti. Quum ergo fructus occupaverit bona fidei possessor.

possessor, qui eos, omni adhibita cura et cultura, produxit: huic cur isti eripiendi sint, nulla est ratio. Et hinc non absurde jus Justinianicum ait: *naturali ratione placuisse, fructus, quos PERCEPIT, bonæ fidei possessoris esse pro cultura et cura.* §. 35. *Inst. de rer. divis.* Nec alia ratio est fructuum civilium. Quia enim itidem, dum percepti sunt, de vero eorum domino non constitit, et dominus interea rei, ex qua provenerunt, nullam curam habuit: ii quoque ad bonæ fidei possessorem merito pertinent, quamdiu verus dominus non supervenit.

§. CCCXIII.

Quum ergo neuter debeat cum alterius damno fieri locupletior: (§. CCCXII. 20. sequ.) consequens est, 31) ut domino, vindicanti rem suam, etiam res fructus tituendæ sint accessiones, quippe quarum de domino debentur jam constat, adeoque 32) etiam fructus exstantes, et domino. pendentes, recte petat dominus, * 33) deductis tamen prius impensis, in illos factis, quia dominus fieret locupletior cum bonæ fidei possessoris damno, si fructus quorum curam nullam suscepit, sibi vindicare non dubitaret.

*) Concedit id Grotius *de jure belli et pac. II. 8. 23. et II. 10. 4.* sed non nisi de fructibus naturalibus. Enimvero quum et industriales sint fundi accessio, et talis quidem, cujus de domino jam satis constat: vix excogitari potest ratio, cur eos sibi vindicare velit bonæ fidei possessor. Impensarum tamen restitutionem nullo colore detractare potest dominus, quia alias peteret fructus, quos cura atque industria sua non produxit. (§. CCCXII. 30.) Unde Hebræi *σκληρὸν καὶ ἀσπρὸν ἀνθρώπων, durum et austerum hominem*, loquutione proverbiali descriperunt, *βίσιφοίτα, ἔτι ἐν ἰσότητι, καὶ σπάρσονται, ἔτι ἐν ἰσότητι, qui metat, ubi non severit, cogatque, ubi non sparserit.* *Matth. XXV. 24. Luc. XIX. 21.*

§. CCCXIV.

Quumque accessio naturalis, cujus de domino non constat, tamquam res nullius occupanti cedat, neque de fructibus civilibus aliud sit statuendum: (§. CCCXII. *) consequens est, 34) ut fructus percepti

ti merito relinquendi sint bonæ fidei possessori, qui essori. culturam et curam adhibuit, nisi 35) iis factus sit locupletior. *) (§. CCCXII. 29.)

*) Sequuntur hoc principium jureconsulti in hereditatis petitione. l. 25. §. 11. et §. 15. l. 36. §. 4. l. 40. §. 1. *D. de hered. petit.* Contra in rei vindicatione fructus perceptos indistincte addicunt bonæ fidei possessori, nec quidquam interesse putant, locupletior iis factus sit, nec ne. l. 4. §. 2. *D. fin. regund. l. 48. pr. D. de adqu. rer. dom.* Sed ratio discriminis plane civilis est, nec ex recta ratione potest derivari. In hereditatis enim petitione, tamquam universali iudicio, pretium succedere dicitur in locum rei, non in iudiciis singularibus. Jus naturale autem hæc procul dubio non distinguit: ac proinde æquissimum est, perceptos fructus, quibus quis locupletior factus, indistincte vero domino restitui. Quod et in foro hodie observari, testatur Stryk. *Us. mod. Digest. VI. 1. 12.*

§. CCCXV.

Ex iisdem regulis, quod bonæ fidei possessor pro domino est, nec tamen cum alterius damno fieri debet locupletior, (§. CCCXII. 27. 29.) inferimus, 36) eum, si rem bona fide consumserit, non magis domino ad restitutionem obligatum esse, quam, 37) si res, peres apud eum casu perierit: Teneri tamen eundem, euntis, 38) si rem nullo, vel minore pretio adquisitam, cavet aliter vendiderit, quia sic cum alterius damno fieret locupletior, si lucrum sibi retinere vellet: contra 39) cessare hanc obligationem, si dominus jam rei suæ æstimationem fuerit ab alio consequutus, partim quia tunc bonæ fidei possessor locupletior quidem factus est, sed non cum domini damno, partim quod dominus non de lucro captando, sed de damno vitando, certare debet.

§. CCCXVI.

Quia denique hæc omnia tantum ad bonæ fidei possessorem pertinent: contra malæ fidei possessores nec loco domini sunt, nec illo colore, quod de vero

Ee ij

Quid malæ fidei possessoris do-

se sessor domino sibi non constiterit, uti possunt, adeoque om-
 resitut- nes rationes, cur aliquid ex re vel fructibus lucrari
 re tenea- debeant, cessant: facile patet, 40) eos abscesse ad
 tur? restitutionem non modo rerum exstantium, sed et jus-
 ti pretii consumptarum et alienatarum, multoque ma-
 gis 41) ad fructuum omnium, quos vel perceperunt,
 vel percipere saltem potuerunt, aestimationem præs-
 tandam, esse obligatos, simulque 42) casum omnem
 * ferre debere. *

*) Quamvis enim casus nemini imputetur regulariter: (§. CVI. 27.) ea tamen regula non valet, si per agentem ste-
 terit, quo minus tale quid contingeret, (Ibid. n. 31.)
 quia tunc non casus, sed simul culpa adest. Jam male
 fidei possessor poterat ac debebat rem suam domino resti-
 tuere, idque si fecisset, per eum sterisset, quo minus
 res apud se periret. Itaque et casum ferre teneur. Unde
 recte jureconsulti pradonem et furem casum ferre debere
 ajuat, *quia semper in mora sint. l. 8. §. 1. D. de condit.
 furt.*

§. CCCXVII.

Effectus Et hæc quidem sunt jura, quæ ex rerum dominio
 domini prono veluti alveo fluunt. Quum vero juris civilis sit
 aliquan- actiones indifferentes salutis ejusque populi et reipu-
 do res- blicæ attemperare, (§. XVIII. 36.) reipublicæ au-
 tingun- tem plerumque expediat, ne quis re sua male utatur:
 tur per §. 2. *Inst. de his qui sui vel alieni jur. sunt*, non mi-
 leges ci- rum est, 43) dominium aliquando arctioribus limiti-
 viles. bus circumscribi à rectoribus civitatum, ac proinde
 44) aliquando liberam dispositionem, aliquando 45)
 jus possessionem adprehendendi, aliquando 46) jus
 vindicandi dominis vel plane adimi, vel non nisi cum
 aliqua restrictione concedi. *)

*) Sic animadvertimus, leges civiles liberam rerum dispositio-
 nem adimere pupillis, furiosis, prodigis, minoribus. Ex-
 dem legatarium, quantumvis dominum, rei legatæ posses-
 sionem adprehendere non patiuntur, et adversus eum, qui
 suo arbitrato illam occupavit, heredi dant interdictionem
 QUOD LEGATORUM *tot. tit. D. quod legat.* Denique
 notum est, eum, cujus tigna alter junxit, quamvis do-
 minium materiæ non amittat, non tamen tigna juncta pos-

se vindicare per leges XII. tabularum. §. 29. *Inst. de rer. modum
 divis. l. 7. D. de adq. rer. dom.* Adeo nullus fere est domi-
 nii effectus, quem semper et ubique omnibus salvum et in-
 tegrum esse patiantur leges civiles, si aliud exigere videat-
 tur salus reipublicæ, quam sibi supremam legem merito
 statuunt imperantes, *his in rebus, quæ ad jus naturæ per-
 missivum pertinent.* Quum enim juri naturæ permissivo
 unusquisque recte renunciet: (§. XIII. 10.) ei etiam re-
 nunciare potuit populus, qui in civitatem coaluit, eique
 re ipsa renunciavit, dum summæ potestatis legibus volun-
 tatem suam submisit.

§. CCCXVIII.

Quumque et domino, tum inter vivos, tum mor- Aliquan-
 tis causa, de rebus suis dispoñere liceat, (§. CCLXVIII.) do per
 et tunc tantum ad alterum transmittatur, quantum is, pacta, et
 qui alienat, transmittere voluit: (§. CCLXXXIX. 42.) disposi-
 facile patet, 47) etiam pacto et dispositione prioris tion nes
 domini restringi posse domini effectus, *) et tunc priorum
 48) plura sibi adrogare non posse possessorem, quam domi-
 à priore domino accepit, nisi 49) is, cujus in fa- rum,
 vorem restrictio illa facta est, ultro juri suo renun-
 ciet, vel 50) is plane in rerum natura esse desinat,
 vel 51) jus suam ex justa causa amittat.

*) Ita aliquando dispositione prioris domini arctioribus li-
 mitibus circumscribitur jus omnem utilitatem è re sui per-
 ciendi, si alteri in illa ususfructus, servitus, antichre-
 sis constituitur. (§. CCLXXXII. sequ.) Aliquando li-
 bertas disponendi, destruendi, alienandi domino eripitur,
 si illi tantum dominium utile conceditur, (§. CCLXXXIX.
 sequ.) vel si res fideicomisso oneratur, cetera. Constitu-
 to porro usufructu, etiam jus possidendi, quod domino
 alias denegari non potest, restringitur, quemadmodum
 dominio utili alicui concessio, domino superiori vel direc-
 to nec rem possidendi, nec, quod ad dominium utile at-
 tinet, vindicandi jus est.

§. CCCXIX.

Et hæc quidem de JURIBUS, quæ ex domi- Domi-
 nio oriuntur, quantum satis est, diximus. Quum ve- num ne-
 ro

minem ro correlata sint JUS ET OBLIGATIO, ac proinde, po-
 in a su sito jure, ponatur obligatio: (§. VII.) consequens
 rei suæ est, 52) ut quot sunt effectus domini ratione domi-
 injuria ni, totidem aliis incumbant obligationes erga domi-
 impedi- num. Quia ergo domino LIBERA esse debet de rebus
 re, vel ei suis dispositio: (§. CCCVI. 1.) 53) INJURIAM illi
 damnum faciunt, qui eum in disponendo, fructibusve perci-
 inferre piendis impediunt, * 54) DAMNUM vero dant, qui
 debere. quid rerum ejus fructuumque et accessionum corrup-
 punt. Quumque, qui, quod ad alterius felicitatem, per-
 fectionemque pertinet, alteri intervertere vel corrup-
 pere non dubitat, eundem procul dubio lædat, (§. LXXXII.)
 nemo autem lædendus sit: (§. CLXXVIII. 8.) merito inferimus, 55) nemini per impedimentum
 liberæ dispositioni ejus objectum faciendam esse inju-
 riam: 56) nemini damnum dandum, ac proinde 57) si quid ejus generis factum sit, auctorem injuriæ dam-
 nive merito et ad resarciendum damnum, et ad pœ-
 nam teneri.

*) INJURIAM enim et Jcti Romani non solum vocant om-
 nem contumeliam, verbis vel factis alicui illatam, ve-
 rum e iam illud factum, quo quis alterum re publica vel
 sua uti prohibet, vel in re aliena sibi liberam quamdam
 dispositionem adrogat. Hinc injuriarum ex lege Cornelia
 tenetur, qui cujus domum vi introit, l. 5. pr. D. de in-
 jur. qui quem prohibuit in mari piscari, vel everriculum,
 quod Græce *καταρ* dicitur, ducere, vel in publicum la-
 vare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco
 agere, sedere, conversari non passus sit, vel qui no-
 bis RE NOSTRA UTI non permiserit. l. 13. §. 7. D. eod.

*red vander
 ra
 huco del
 Henrico*

§. CCCXX.

Nec ejus Quandoquidem deinde et POSSESSIO ad effectus do-
 minii vel jura domini pertinet: (§. CCCVI. 2.) con-
 sequens est, 58) ut nostrum sit rem quemque suam
 directe, quiete possidere pati, neque 59) cuiquam invito pos-
 sessionem vel directe, vel indirecte, eripere. 60) Ut,
 recte in- si quem tale quid fecisse probari possit, ille, tamquam
 terverte- lædens, non solum ad omne damnum resarciendum,
 re. sed ad pœnam, quam commeruit, subeundam obstric-
 tus sit. (§. CCXI.) §. CCCXXI.

§. CCCXXI.

DIRECTE quis alterius possessionem intervertit vel Directe
 per vim apertam, vel per ablationem clandestinam. id fit per
 Posterius factum vocatur FURTUM, prius, si in re mo- furtum,
 bili admittantur, RAPINA, sin in immobili, VIS vel rapinam,
 VIOLENTA DEJECTIO. FURTUM ergo est ablatio clandes- dejectio-
 tina rei alienæ, inscio et invito domino, lucrifacien- nem vio-
 di causa *) facta: RAPINA ablatio violenta rei alie- lentam.
 næ mobilis, invito domino, et lucri faciendi causa, facta: VIS denique dejectio alterius violenta de pos-
 sessione rei immobilis.

*) Si enim contumeliæ causa quid auferatur, erit INJU-
 RIA, sin, ut res corrumpatur; DAMNUM. Sic apud
 Homerum *Iliad. A. v. 214.* Minerva Chryseida Achilli au-
 ferri ait *ὄβριος ἀνία*, contumeliæ causa. Injuria ergo fuit,
 non furtum vel rapina. Damnum potius dedisse, quam
 furatus esse dicitur, qui, ut ait Horatius, *Serm. I. 1.*
v. 116.

Teneros caules alieni infregerit horti.

Denique verum furtum procul dubio fecit Cacus, qui

*Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros,
 Avertit, totidem forma superante juvenca,
 Atque hos, ne qua ferent pedibus vestigia rectis,
 Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
 Indiciis, raptos saxo occultabat opaco.*

Virgil. *Æn. VIII. v. 207. sequ.* Ceterum quamvis veteres et
 rerum immobilium furtum fieri posse statuerent: (vid. l.
 38. D. de usurp. et usucap. Gell. Noct. Att. XI. 18. Plin.
 Hist. nat. II. 68. Gronov. Observ. I. 4. p. 42. sequ.) incom-
 moda tamen, nec admodum recepta est hæc vocabuli no-
 tio, adeoque ab illa merito abstinemus.

§. CCCXXII.

Sed et INDIRECTE interverti potest alterius posses-
 sio, si quis verbis factisque fraudulentis efficit, ut al- Indirecte
 ter possessione sua excidat, id quod DEFRAUDATIO- te per
 NEM vocamus. Quum ergo et hoc modo quis lædatur, defrau-
 nec tamen quod sibi quisque fieri non vult, id alteri datio-
 facere debeat: (§. CLXXVII. 6.) per se patet, 61) nem.
 non

non minore quam fures vel raptores, crimine se obstringere, qui verborum insidiis alterum rebus suis emungunt, *) vel 62) termino moto, falsorum ponderum et mensurarum usu, aliisque hujusmodi factis dolosis, ex alterius patrimonio quidquam avertere non dubitant.

*) Conveniunt enim hæc crimina sine, dum et fur, et raptor, et defraudator id agunt, ut alios rebus suis spolient. Conveniunt causa impulsiva, puta dolo malo. Conveniunt effectu, dum omnibus his factis alius fit pauperior. Quin aliquando defraudator vel in eo fure ac raptore deterior est, quod amicos maxime sub amicitia specie circumvenit, ac proinde multo difficilius nobis ab eo, quam à fure vel raptore, cavemus. Recte ergo hæc crimina conjungit incomparabilis morum magister, Euripides in Helena v. 909. dum scribit: *Μισὸν ἔστι τοῦ βίαιου τὰ νόστιμα καὶ ἡ ἀδωδὰ κλέψας ἀπὸ τῆς οἰκίας, οὐκ ἔστι ἀπαιχτὸν ἰσθμῶν ἢ ἀπὸ τῆς οἰκίας τῆς οὐραίας.* *Odit Deus vim, et parva labore quemlibet possidere jubet, non rapto vivere. Repudianda injusta et turpis opulencia. Ad quam injustam turpemque opulenciam vel maxime pertinere id omne, quo quis alios dolo malo emunxit, nemo negaverit.*

§. CCCXXIII.

Postremum, quod domino in re sua competit, jus vindicandi non potest non producere obligationem, REM ALIENAM VERO DOMINO RESTITUENDI. Ex ea vero colligimus, 63) unumquemque, ad quem res aliena etiam sine crimine pervenit, operam dare debere, ut illa in domini potestatem redeat, *) adeoque 64) rem istam non occultandam celandamque, sed 65) indicium ejus publice faciendum esse, ut dominus, ostensis domini argumentis, eam repetere possit: *Deut. XXII. 1. seq. l. 43. §. 4. D. de furt. multoque magis 66) promptum esse debere possessorem, ad rem restituendam, si ipse dominus eam requirat, vel publice per præconem jacturam suam denunciaret. Ubi tamen utroque casu 67) ipsa æquitas suadet, partim ne illa restitutio bonæ fidei possessoris impensis fiat, partim, 68) ne hic ex re aliena fiat locupletior. (§. CCCXII. 29.)*




*) Attamen et hæc obligatio, ad rem vero domino restituendam, non semper locum potest habere, quum aliquando ipsa *recta ratio* illam restitutionem dissuadeat, aliquando *leges civiles* possessorem ea restituendi obligatione solvant. Prioris exemplum dabit furiosus repossens gladium, à se depositum, de quo Seneca *de Benef. IV. 10.* Cicero *de offic. I. 10. III. 25.* Similia exempla attulit Ambros. *de offic. I. ult.* Ad posteriorem exceptionem pertinet USUCAPIO et PRÆSCRIPTIO. Eam enim ignorare jus naturæ, tam certum videtur, quam quod certissimum. Nam tempus, quod in sola relatione consistit, dominium suapte natura nec dare cuiquam, nec adimere potest. Quumque jam supra ostenderit, non aliter transire in alterum dominium rei nostræ, ac per traditionem: facile patet, nec quemquam sine facto domini illud acquirere, nec ipsum dominum istud sine facto suo amittere posse. Itaque legibus civilibus originem debent usucapio et præscriptio, quæ utramque bono publico introduxerunt, *l. 1. D. de usurp. et usuc. partim ut finis esset sollicitudinis et periculi litium, Cic. pro Cæcin. Cap. XXVI.* partim ut homines negligentiores ad res suas eo maturius vindicandas impellerentur, si meliorem vigilantium, quam dormitantium, conditionem esse, animadvertent. Quamvis ergo verè scripserit Isocrates in Archidam. p. 234. *ὅτι τὰς ἀλλοτρίαις, καὶ τὰς ἰδίαις, καὶ τὰς κοιναῖς ἢ κτήνῃσιν ἢ ἀκίνηταις, ἢ κτήνῃσιν ἢ ἀκίνηταις, ἢ κοιναῖς ἀκίνηταις ἢ κτήνῃσιν, possessiones sive privatas, sive publicas, præscriptione longi temporis et confirmari, et patrimonii loco habendas esse, persuasum esse omnibus: non tamen sequitur, ut quod persuasum est pluribus, illico pro juris naturalis præcepto habendum sit. Quod ideo monere visum est, ne quis miretur, nos in explicanda doctrina de dominio nullam plane usucapionis et præscriptionis rationem habuisse.*

§. CCCXXIV.

Ceterum, 69) si non adpareat verus dominus, Præterquam si *CCXLI.*) ac proinde 70) merito cedit bonæ fidei possessori. *) (§. eod. 17) *Et quamvis ii, qui id sibi non adpareat.* Ad §. 324. *Et quamvis ii.* Varia est etiam eorum opinio, quidam

postquam leges civiles laquei sunt in natura lumine.



negotii credunt solum dari, ut hominum conscientias consiliis et præceptis regant, suadere soleant, ut res, quorum de dominio non constat, in pauperum usum dispensentur: 70) non tamen ideo injustus dici poterit, qui jure suo usus, rem illam, moraliter dominio vacuam, sibi retinere statuit. Vid. Nic. Burgund. *ad Consu. Flandr. Lib. II. n. 1.*

*) Accedit quod solus dominus gaudet jure, alios rei suæ usu excludendi. Quum ergo dominus non adpareat: nulli alii talis excludendi facultas est, ac proinde nihil obstat, quo minus bonæ fidei possessor rem sibi retineat. Enimvero quia plerisque locis res dominio vacuas alicujus momenti sibi vindicat populus vel princeps: (§. CCXLII. 22.) per se patet, bonæ fidei possessorem iis locis, ubi hujusmodi jus inolevit, res alienas, quarum de domino non constat, offerre civitatum rectoribus, ab iisque *utrumque* expectare debere. *Grot. de jure belli et pac. II. 10. 11.*

dam enim existimarunt posse rem inventam juste ab inventore retineri uti hic Heineccius. Communis vero opinio fert, cum præmissa diligenti inquisitione minime comperiatur dominus, tunc tribuendam esse pauperibus, aut in pias causas erogandam ut habet etiam regia part. 6. tit. leg. pen. et hæc placet Covarr. de restit. p. 3. §. 1. n. 2. quia cum facta est diligens inquisitio, et dominus non apparet, ratio naturalis dicat, rem esse vertendam in utilitatem domini, cujus ea præsumitur mens, ut si ei non possit propria res restitui, ut expendatur in ejus utilitatem, et commodum, quod ita fit, quippe pro anima, et merito suo erogatur. *Nihil tale in rebus naturalibus videtur.*

quoniam potius videtur, rem non amissam in præteritam communionem transisse, fœderis primò occupantis...

CAPUT. XIII.

De rerum, in dominio constitutarum, commercio.

§. CCCXXV.

EX quo à communione negativa discessum, dominumque introductum est: homines res utiles ita sibi vindicare cœperunt, ut deinceps nemini earum usum concedere cogentur, sed eas sibi detinere, suisque seponere usibus possent. (§. CCXXXVI.) Ex eo vero id consequi oportuit, 1) ut non eadem omnium facultates essent, sed 2) alii quibusdam rebus abundarent, quibus alii indigerent maxime: adeoque 3) alter vel ex alterius adparatu, vel ejusdem opera id, quod sibi deerat, supleret. Immo, quum non omnia proferat omnis tellus: *) 4) ipsa necessitas homines coegit, ut ea, quibus abundarent, quæque sua arte ac opera produxissent, aliis indulgerent, aliaque, quibus ipsi carerent, sibi acquirerent. Quod dum fecerunt, COMMERCIA inter se instituere dicti sunt.

*) Huc pertinet elegans observatio Virgilij. *Georg. I. v. 54.*

Hic segetes, illie veniunt felicius uvæ:

Arboris fetus alibi, atque injussa virescunt

Gramina: nonne vides, croceos ut Tinolus odores,

India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?

At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?

Continuo has leges æternaque fœdera certis

Imposuit natura locis: quo tempore primum

Deucalion vacuum lapides jactabit in orbem.

Quibus genuina sunt, quæ latius idem poeta cecinit *Lib. II.*

Georg. v. 109. sequi, quæque observavit Varro de re rustica

I. 23. et Ovid. de arte am IV. v. 758. et in primis Seneca

Epist. LXXXVII. qui, adducto illo laudato Virgilij loco ex

libro georgicon secundo, addit: Ista, in regione descripta sunt,

ut necessarium mortalibus esset inter ipsos COMMERCIMUM,

si invicem alius ab alio aliquid peteret. Eamdem commercio-

rum originem urget Arist. Nicomach. V. 8. Polit. I. 6.

§. CCCXXVI.

Jam equidem si omnes homines virtutis studio tene-

Ffij

ren-

Cur rebus pluribus indigere homines cœperint?

negotii credunt solum dari, ut hominum conscientias consiliis et præceptis regant, suadere soleant, ut res, quorum de dominio non constat, in pauperum usum dispensentur: 70) non tamen ideo injustus dici poterit, qui jure suo usus, rem illam, moraliter dominio vacuam, sibi retinere statuit. Vid. Nic. Burgund. *ad Consu. Flandr. Lib. II. n. 1.*

*) Accedit quod solus dominus gaudet jure, alios rei suæ usu excludendi. Quum ergo dominus non adpareat: nulli alii talis excludendi facultas est, ac proinde nihil obstat, quo minus bonæ fidei possessor rem sibi retineat. Enimvero quia plerisque locis res dominio vacuas alicujus momenti sibi vindicat populus vel princeps: (§. CCXLII. 22.) per se patet, bonæ fidei possessorem iis locis, ubi hujusmodi jus inolevit, res alienas, quarum de domino non constat, offerre civitatum rectoribus, ab iisque *utrumque* expectare debere. *Grot. de jure belli et pac. II. 10. 11.*

dam enim existimarunt posse rem inventam juste ab inventore retineri uti hic Heineccius. Communis vero opinio fert, cum præmissa diligenti inquisitione minime comperiatur dominus, tunc tribuendam esse pauperibus, aut in pias causas erogandam ut habet etiam regia part. 6. tit. leg. pen. et hæc placet Covarr. de restit. p. 3. §. 1. n. 2. quia cum facta est diligens inquisitio, et dominus non apparet, ratio naturalis dicat, rem esse vertendam in utilitatem domini, cujus ea præsumitur mens, ut si ei non possit propria res restitui, ut expendatur in ejus utilitatem, et commodum, quod ita fit, quippe pro anima, et merito suo erogatur. *Nihil tale in rebus naturalibus videtur.*

quoniam potius videtur, rem non amissam in præteritam communionem transisse, fœderis primò occupantis...

CAPUT XIII.

De rerum, in dominio constitutarum, commercio.

§. CCCXXV.

EX quo à communione negativa discessum, dominumque introductum est: homines res utiles ita sibi vindicare cœperunt, ut deinceps nemini earum usum concedere cogentur, sed eas sibi detinere, suisque seponere usibus possent. (§. CCXXXVI.) Ex eo vero id consequi oportuit, 1) ut non eadem omnium facultates essent, sed 2) alii quibusdam rebus abundarent, quibus alii indigerent maxime: adeoque 3) alter vel ex alterius adparatu, vel ejusdem opera id, quod sibi deerat, supleret. Immo, quum non omnia proferat omnis tellus: *) 4) ipsa necessitas homines coegit, ut ea, quibus abundarent, quæque sua arte ac opera produxissent, aliis indulgerent, aliaque, quibus ipsi carerent, sibi acquirerent. Quod dum fecerunt, COMMERCIA inter se instituere dicti sunt.

*) Huc pertinet elegans observatio Virgilij. *Georg. I. v. 54.*

Hic segetes, illie veniunt felicius uvæ:

Arboris fetus alibi, atque injussa virescunt

Gramina: nonne vides, croceos ut Tinolus odores,

India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?

At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?

Continuo has leges æternaque fœdera certis

Imposuit natura locis: quo tempore primum

Deucalion vacuum lapides jactabit in orbem.

Quibus genuina sunt, quæ latius idem poeta cecinit *Lib. II.*

Georg. v. 109. sequi, quæque observavit Varro de re rustica

I. 23. et Ovid. de arte am IV. v. 758. et in primis Seneca

Epist. LXXXVII. qui, adducto illo laudato Virgilij loco ex

libro georgicon secundo, addit: Ista, in regione descripta sunt,

ut necessarium mortalibus esset inter ipsos COMMERCIMUM,

si invicem alius ab alio aliquid peteret. Eamdem commercio-

rum originem urget Arist. Nicomach. V. 8. Polit. I. 6.

§. CCCXXVI.

Jam equidem si omnes homines virtutis studio tene-

Ffij

ren-

Cur rebus pluribus indigere homines cœperint?

Necessi-
tas com-
mercii.
rentur , non esset , profecto , quod ullus inopiam me-
tueret. Quis enim tunc dubitaret , quin ea , quibus ip-
se abundet , indigis liberaliter sint elargienda ? (§.
CCXXI. 23.) Enimvero , cum jam pridem refrixerit
amicitiae amor , eoque saeculo vivamus , quo *virtus lau-
datur , et alget : 5*) de eo commercii genere cogitan-
dum fuit , quo alter non modo sola humanitate et be-
neficientia , sed perfecta obligatione , ad rerum utilium ,
quibus indigemus , dominium , in nos transferendum ,
nosve operis suis juvandos , obstrictus esset.

§. CCCXXVII.

Itaque per COMMERCIIUM intelligimus communicatio-
nem rerum operarumve necessariorum atque utilium
cum aliis , earum indigis , non ex sola humanitate et
beneficientia , sed ex obligatione perfecta , profectam.
Quum vero per commercia vel operae praestentur , vel
dominium et possessio transferatur , ea vero obligatio
nemini inscio ac invito sit extorquenda : (§. CCCXX.
59.) consequens est , 6) ut commercium requirat utrius-
que consensum. Eum porro duorum consensum de re-
bus necessariis operisque , inter se non ex sola huma-
nitate , sed ex obligatione perfecta , communicandis ,
quum CONTRACTUM vocare soleamus ; facile intelligitur ,
7) commercia non aliter , quam intervenientibus con-
tractibus , explicari posse. *)

*) Recte hoc observavit Isocrat. *Except. advers. Callimach. p. 742.*
*Σύνθημα τῶν αὐτῶν ἔχει δόξαν , ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν βίῃ καὶ τοῖς
 ἔλλοισι , καὶ τοῖς βαρβάροις , διὰ συνθηκῶν ἔντα. Τὰνταῦτα γὰρ πο-
 τίνεστι , ὡς ἀλλήλους ἀρμυνοῦμεθα , καὶ πορρίζομεθα , ἢν ἕνα
 τυχεῖται μὲν δεῖναι μετὰ τῶν καὶ τὰ συμβόλαια τὰ πρὸς ἑαυ-
 τῶν πορρίζομεθα , καὶ τὰς ἰδίαις ἔχουσιν , καὶ τὸς κείνους πορρίζομεθα
 διαλυοῦμεθα τῶν μόνον κείνῳ πάντες ἀνθρώποι διατελλόμενοι χεῖροντες
 In pactis tanta vis est , ut plerique res tum Graecorum , tum bar-
 barorum , ex pactis et conventis transigantur. His enim freti con-
 venimus , et COMMERCIA agimus. Per haec inter nos contra-
 himus : per haec cum privatis inimicitias , tum communia bella
 componimus. Hoc uno , tamquam communi bono , homines om-
 nes uti non desistimus.*

§. CCCXXVIII.

§. CCCXXVIII.

Quum ergo commercia in communicatione rerum
operarumve necessariarum cum aliis , earum indigis , con-
sistant , eaque communicatio non ex sola humanitate
et beneficentia , sed ex jure perfecto proficiscatur : (§.
CCCXXVII.) 8) rarius profecto continget , ut quis res
operasque suas cum aliis gratis communicare vel pos-
sit , vel velit , sed unusquisque potius 9) aliquid sibi
ab altero rependi volet , quod ipsi tantundem videat-
tur , ac res , vel opera , cum illo communicanda. Ita-
que 10) qui res suas operasve inter se commutare vo-
lunt , non possunt non eas inter se comparare , eaque
comparatio 11) non aliter fieri potest , quam quanti-
tate , per quam aequalitas obtineretur , rebus operisque
singulis attributa. Quumque quantitas illa rebus operisque
ve attributa , secundum quam illae inter se comparari
possunt , sit PRETIUM : consequens est , 12) ut commer-
cia et contractus plerique sine rerum pretio vix intel-
ligantur. *)

Eorum
plerique
rerum
opera-
rumque
pretium
ponunt.

*) Hinc eleganter Graeci non modo pacta et contractus , ve-
rum etiam commercia vocarunt *συμβολαίς , συμβόλαια , συμβόλαια*
*αἰα , et συμβόλαια κοινωνικὰ , ἀπὸ τῶν συμβάλλειν , a comparando vel
 conferendo. Qui enim res operasve inter se commutaturi
 sunt , ii eas inter se comparant , dum suae quisque rei vel
 operae certam quantitatem tribuit , atque ita reperit ra-
 tionem vel proportionem , quam inter se habeant. Sic e.
 g. si ponamus , rationem auri ad argentum esse undecup-
 lam : utrique metallo tribuimus quantitatem moralem
 vel pretium. Eoque facto nihil facilius est , quam metalla
 ista inter se , servata aequalitate commutare. Ceterum
 plerosque , non omnes contractus rerum pretium ponere
 dicimus. Sunt enim quidam gratuiti : ac proinde recte con-
 tractus dividuntur in ONEROSOS , quando aequale utrimque
 onus est , BENEFICOS , ubi alter alteri se ad aliquid gra-
 tis praestandum obstringit , et ALEAM CONTINENTES ,
 in quibus ita dominatur fortuna , ut quod praestatur , alter
 modo gratis , modo titulo oneroso accipiat.*

§. CCCXXIX.

§. CCCXXIX.

Comparatio illa instituitur vel inter res operasque singulas: vel adsumitur communis quædam mensura, quæcum reliquæ res operæque omnes comparantur. Si prius fit: 13) inde oritur PRETIUM VULGARE, quod singulis rebus operisque tribuimus. Sin posterius: 14) PRETIUM hoc vocatur EMINENS, quia illo omnia, quæ in commercio sunt, tamquam communi quadam mensura, æstimamus: *) quale apud nos est pecunia. In utroque vero 15) procul dubio requiritur æqualitas rei operæ et pretii.

Quod est vel vulgare, vel emi-nens.

*) Hinc recte Aristoteles *Nicom. IX. 1.* nummum definit: κοινὴν μέτρον, πρὸς ᾧ δὴ πάντα ἀναγγεῖται, καὶ ᾧ μετρεῖται: communem mensuram, ad quam omnia referuntur, quæque meturantur omnia. Unde recte nummo omnia venalia esse dicuntur, quæcumque sunt in commercio. Id tantum reprehensione dignum, quod homines et ea, quæ non sunt in commercio, nummis æstimare et vendere solent, veluti justitiam, pudicitiam, ipsamque conscientiam. Et hoc ipsum est, in quod invehuntur poetæ. *Horat. Sermon. II. 3. v. 94.*

*Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque, puleris
Dicitis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiensve etiam, et rex,
Et quidquid volet.*

*Propert. III. 10.
Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus auro
Venit bonos, auro conciliatur amor.
Auro pulsa fides, auro venalia jura.*

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Similia passim apud veteres, veluti apud *Petron. Satyr. Cap. CXXXVII.* et olim apud *Menandrum*, cujus elegantissima hæc superest sententia de divite:

*Ἐνθάδ' ὅ, τι βόλεο, πάντα σοὶ γινώσκω,
Ἄγχοι, δινία, θύραυλοι, ἀργυρομαχία,
Φίλοι, δινάται, μαγιστροί, μίνον διδοί.
Ἄχθος γὰρ ἔχει τὸς θεὸς ὑπέροχον.*

*Opta modo, quidquid volueris: omnia evenient:
Ager, domus, medici, supellex argentea,
Amici, judices, testes: dederis modo.
Quin et deos ipsos ministros facile habebis.*

§. CCCXXX.

§. CCCXXX.

Et initio quidem pretium tantum VULGARE hominibus innotuisse, vel inde patet, quod eminens sine plurium consensu constitui non potuit. At vulgare quisque rebus operisque suis suo arbitratu imposuit. Quum tamen id eo fine ac consilio fiat, ut illis quisque ea, quæ sibi desunt, comparare possit: (§. CCCXXV. 3.) dum sit consequens est, 15) ut in imponendo rebus operisque pretio ratio habenda sit aliorum, à quibus aliquid adquirere cupimus, adeoque 16) tanti æstimanda sit res operave nostra, ut, hos eas tanto pretio comparare sibi velle, probabile sit. *)

Quomodo vulgare definitur.

*) Nam si fingamus, Arabes thus et aromata sua tanti æstimare, ut pro centenis frumenti medimnis non nisi unam drachmam dare velint: nec ipsi pro thure et aromatibus frumentum accipient, quia nemo erit, qui conditione tam iniqua frumentum permutare velit: nec alii sibi comparare poterunt aromata, adeoque impedientur hoc modo commercia quorum tamen causa inventum est rerum operarumque pretium. Quum ergo talia oporteat esse media, qualis est finis: consequens est, ut pretium ita definiendum sit, ut commercia intercedere possint inter homines, adeoque in illo constituendo ratio haberi debeat aliorum, à quibus et ipsi aliquid adquirere volumus.

hancogar

§. CCCXXXI.

Quum itaque tanti æstimandæ sint res operæque nostræ, quanti eas alterum, à quo quid adquirere cupimus, sibi comparaturum, probabile est: (§. CCCXXX. 16.) facile unusquisque intelligit, 17) pretium rerum aliquando intendere alterius necessitatem et indigentiam, *) 18) aliquando rei ipsius raritatem: immo 19) rationem etiam habendam esse artificii, 20) ipsius rei præstantiæ, 21) operæ et expensarum, in illam factarum, 22) periculi ejus causa subeundi, 23) habenda denique eorum, qui re vel opera indigent, multitudinis, sit ratio? vel paucitatis, aliarumque ejusdem generis.

Quarumnam circumstantiarum in eo definiendo.

*) Verum quidem est, non ea semper, quæ maxime neces-

saria sunt, maximi pretii haberi, rem ita dirigente divina providentia, ut illa, quibus non facile caremus, ubique obvia sint, et illa tantum, quæ nec corpus, nec natura desiderat, difficilius rariusque reperiantur, uti recte philosophantur Vitruv. *Architect. VIII. præf.* Attamen si necessitas cum inopia conjuncta est, e. g. si magna ubique est frugum sterilitas, pretium earum magis magisque intendi, ipsa satis docet experientia. Ac proinde tunc vere evenit, quod ait Quinctilianus *Declam. XII. In magna inopia, quidquid enim potest, vile est.* Exemplum insigne vidit Ægyptus in seprennali illa sterilitate *Genes. XLVII. 14. sequ.*

§. CCCXXXII.

Obverti nobis posset, solere homines suis rebus attribuere pretium immensum, vel multo majus certe, quam quo alter sibi illas comparare velit, sive auctor illas faciat pretiosas, sive raras, sive factum insignis, quod illa nobis revocant in memoriam. Enimvero quum nos jam de officiis, in commercio observandis, agamus, in hoc vero pretii illius ordinarie non habeatur ratio, sed tantum in damnis resarciendis: * (§. CCXII. 125.) facile intelliges, 24) cur id pretium regulam nostram non evertat.

*) Adfectio enim ista ita comparata est, ut in alterum transire nequeat, adeoque et nihil hunc movere possit, cur rem illam sibi ideo majore pretio comparare velit, quod ea possessori jucundum quid in memoriam revocavit. Sed id ordinarie tantum verum est. Alioquin enim contingit aliquando, ut in commercio ne id quidem pretium plane insuper habeatur, 1) si communis sit rei adfectio ob auctorem vel artificem, à quo confecta est, vel ob insignem raritatem vel pulchritudinem: Hinc Phidie signum vel elaboratior Apellis vel Parrhasii tabula, quia omnium adfectionem mereri videbatur, majori, quam vulgari, pretio venibant. 2) Si major sit adquirentis, quam possidentis adfectio, e. g. si res mea alterius rem insigniter reddere possit meliorem, ac proinde is optet, ut ille apud Hort. *Serm. II. 6.*

Proximus, accedat, qui nunc deformat agellum!

§. CCCXXXIII.

§. CCCXXXIII.

Quum vero commercia ideo inter homines instituantur, ut alter ex alterius adparatu, vel ejusdem opera, id, quod sibi deest, suppleat, (§. CCXXVI. 3.) et pretium quoque non ob aliam causam excogitarint homines, quam ut in commutandis rebus ac operis æqualitas obtineretur: (§. CCCXXVIII. 11.) non potuit non sæpius contingere, 25) ut nec semper alteri, superesset, quod deesset alteri, et 26) sæpe alter id, quod alter dare vellet, adspernaretur, et 27) ipsarum rerum, quas inter se permutare vellent, tam lubrica atque incerta esset æstimatio, ut non posset non alteruter damni incurere periculum, quin et 28) aliquando ipsæ res commutandæ tam magnæ molis essent, ut nec commode in loca dîssita transferri, nec in itinere commode custodiri possent. Quæ incommoda, quum aliter evitari non possent: 29) ipsa demum necessitas invexit pretium aliquod eminens, quod et reciperetur ab omnibus et in quo mutua inter rem et pretium relatio facillime posset reperiri. *)

*) Id ipsum observavit Paullus J.C. l. 1. pr. D. de contr. emt. dum emtionis venditionis originem ita describit: *Origo ementi vendendique à permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium: sed unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat, quando plerumque evenit, ut, quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper et facile conveniebat, ut quum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles: electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, eaque materia, forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate, nec ultra MERX utrumque, sed alterum PRETIUM vocatur.* Similia habet Aristotel. *Ethic. ad Nicom. V. 8. et Pol. I. 6.* quæ loca erudite exposuit Jac. Perizon. *de are gravi* §. II. p. 6. sequ. quemadmodum Paulli testimonium Duren. *Disp. annivers. I. 6.*

§. CCCXXXIV.

Idem finis nummi, vel pretii eminentis, id exegit,

Gg

30)

Ejus requisita. 30) ut materia, nec nimis rara, 31) nec vulgo obvia, 32) nec usu ac pretio destituta, *) nec 33) difficulter in quasvis partes divisibilis, 34) nec justo fragilior, 35) nec quæ difficilius custodiri, vel 36) ægre in quemvis locum transferri posset, eligeretur: quia si rara nimis esset, non suferet hominibus: si vulgo obvia, nullius pretii esset: si pretio destitueretur, non reciperetur ab omnibus: si non in quavis æquales partes dividi posset, non obtineretur in commercio æqualitas: si fragilior esset, vel usu detereretur, possessores paulatim redderentur pauperiores: denique si nec commode custodiretur, et difficulter in quemvis locum transferretur, idem maneret incommodum, quod commercia ante inventum nummi usum difficiliora reddidisse, diximus. (§. CCCXXXIII.)

*) Quare recte observavit Aristoteles *Nicomacheor V. 8.* nummum esse *ὡς ὑποπύκνυτον, καὶ δὲ τὸ ἐπιπύκνυτον ἔχει ἀναλαβάρ, veluti fidejussorem, quem qui secum ferat, quævis venalia accipere poterit.* Hinc vero præclare colligit Pufendorff. *de jure nat. et gent. V. 1. 13.* uti nemo fidejussorem accipiat, nisi virum spectatae fidei, et locupletem, in villi autem, homine parum cautionis esse putetur: ita pro re ubique occurrente, puta pro manipulo terræ aut arenæ, neminem rem suam permutaturum, quæ ipsi magno labore ac industria fuerit comparata.

§. CCCXXXV.

Quæ virtutes omnes, quum in nullam aliam materiam, quam in metalla pretiosiora, cadant, puta aurum, argentum, et æs: 37) hæc metalla huic usui adhiberi, et inde 38) nummos variæ quantitatis ac ponderis cudi, plerisque gentibus cultioribus commodissimum visum est. Quin 39) si quibus alii materiæ qualicumque pretium aliquod eminens attribuere placuit: id, vel, urgente necessitate et pecuniæ inopia, factum est, eo consilio, ut cives, defuncti periculo, pro pecunia illa *συσβόδιον* solidum nummum reciperent, vel 40) pecunia ista tantum in una gente functa est pretii eminentis vice, nec commerciis, inter plures diversasque gentes conciliandis, fuit idonea.

*) Sic Carthaginensibus pro nummo erat nescio quid, pel-

liculæ exiguæ illigatum, et publice obsignatum, *Æschin. dial. de div. Cap. XXIV. p. 78. edit. Petri Horrei.* Lacedæmoniis pondus ferri, et quidem inutilis. Idem *ibid. p. 80.* Plutarch. *Lycurg. p. 51.* Aliis gentibus pro auro, argento et ære conchas, *Leo Afr. Lib. VII.* aliis grana et baccas, aliis massas salis, adhibere placuit. Pufendorff. *de jure nat. et gent. V. 1. 13.* De corio, papiro, plumbo, aliisque rebus, in calamitate publica, maxime obsessis urbibus, pro pecunia expensis, ut recentiora, nostrique ævi exempla prætermittamus, videndus *Polyæn. Strategem. III. 10. 1. et ibi Maruic. p. 274. Sen. de benef. V. 14.* Enimvero, uti quisquiliæ illæ, quibus barbari pro nummis utuntur, non nisi minutis commerciis inter cives ejusdem reipublicæ explicandis idoneæ sunt: ita moneta *συσβόδιον*, in calamitate publica adhibita, vere est loco tesserarum, vel chirographarum, quæ summi imperantes, defuncti periculo, parata pecunia se redempturos, pollicentur. Ita enim apud *Polyænum* *Timotheus* persuasit mercatoribus, ut ipsius sigillo pro numismate uterentur, *καταλασσόμενοι δὲ τὴν ἐγγυρίαν καὶ τὸ ἀγγύριον λαμβάνοντες, et ut reddentes sigillum, argentum reciperent.*

§. CCCXXXVI.

Quamvis vero pretium nummi definire sit summi imperantis, ceu infra suo loco pluribus demonstrabimus: tamen, uti in pretio vulgari ratio habenda est aliorum, à quibus quid acquirere cupimus, (§. CCCXXX. 15.) ita facile patet, 41) pecuniæ quoque tale adsignandum esse pretium, quod alias gentes, quibuscum nobis commercia sunt, non adspernaturas probabile est, adeoque 42) sequendam esse rationem unius metalli ad aliud, quam pleræque gentes vicinæ cultiores probare solent, nisi vel alios deterrere, quo minus nobiscum commercium habere audeant, vel ipsi insigne detrimentum pati velimus.*)

*) Si enim nummis nostris pretium justo majus statuimus, aut exteri nobiscum commercii quid habere dubitabunt, aut mercium suarum pretium, pro ratione valoris interni monetæ nostræ, intendent. Sin minore pretio nummos nostros expendimus, quam gentes vicinæ: nihil certius continget, quam ut nummi nostri prohi ad vicinos migrent, eorumque loco jancentur improbi et viliores, ut

nemo nesciat, quantum habeat. Hinc quum apud plerasque gentes moratiores pro ratione temporum aurum ad argentum modo esset in proportione duodecupla, modo undecupla, modo decupla, aliquando etiam auri pretium vel intenderetur, vel minueretur: (Vid. dissert. nostr. de reduct. monet. *adjust. pret. §. XXIV. sequ.*) fieri non potuit, quin detrimentum insigne caperent Arabes, qui pro ære et ferro teste Diodoro Sic. *Biblioth. III. 45.* æquale pondus auri, vel, ut Strabo *Geogr. XVI. p. 1124. edit. noviss.* refert pro ære triplum, pro ferro duplum, pro argento decuplum auri pondus rependebant, *ὅτι τὸ αὐτὸ ἀργύριον τὸς ἰσχυρίας, καὶ τὸν αὐτὸν χρυσὸν τὸς ἀργύριον, ὡς ἡ χρυσία πρὸς τὸς ἰσχυρίας, τὸν ἰσχυρίας πρὸς τὸν χρυσὸν, ὡς ἡ χρυσία πρὸς τὸς ἰσχυρίας, τὸν ἰσχυρίας πρὸς τὸν χρυσὸν, ὡς ἡ χρυσία πρὸς τὸς ἰσχυρίας, τὸν ἰσχυρίας πρὸς τὸν χρυσὸν, ὡς ἡ χρυσία πρὸς τὸς ἰσχυρίας.* tum propter operandi incitiam, tum quod indigerent illi, quæ contra accipiebant, quorumque usus magis videbatur ad vitam necessarius. De Peruvianis suis simile quid refert Yncæ Garcillass. de la Vega *dans l'histoire des Incas V. 4. p. 425.*

§. CCCXXXVII.

Contractum ante inventum nunciamus permutatio.

Jam ut ad CONTRACTUS, quibus intervenientibus commercia explicantur, (§. CCCXXXVII. 7.) perveniamus: facile unusquisque intelligit, (43) alios NONDUM INVENTO PRETIO EMINENTE, et quum solum adhuc obtineret pretium vulgare, locum habuisse; (§. CCCXXX.) alios, INVENTO demum NUMMO; alios tum ANTE INVECTAM PECUNIAM, tum EA jam IVECTA, innotuisse. Inter eos, qui nondum invento pretio eminente locum habuerunt, familiam veluti ducit PERMUTATIO. Initio enim (44) non aliter, quam vice rerum, commercia exercebant mortales, seu mercēs suas operasve inter se permutabant, ac pro inde (45) permutationes sunt genus contractuum antiquissimum, quod (46) et multo post retinere gentes omnes, non modo quæ auro, argento, æri nullum statuerunt pretium, (*) sed et quæ jam pridem pecuniæ usum habuerunt.

*) Id de majoribus nostris refert Tacitus *de morib. Germ. Cap. V.* qui tamen observat, jam suo tempore Germanos Romanis provinciis viciniore, aliquam pecuniæ cupiditatem concepisse. Idem de Scythis memoria prodidit Justinus *Histor. II. 2.* de Satarchis, Scythiæ Europæe populo, Pompon. Mela *de situ orbis II. 1.* de Hispanis Strabo *Geogr. III. p. 233.* Sed et hodie idem institutum servant La-

po-

pones, Samojedæ, populique Asia, Africa et America quamplurimi, idque de populis barbaris eo minus mirandum, quod et invento pridem nummo, et Græci et Romani divitissime non alio contractu, quam permutacione uterentur. De Græcis notissimum est exemplum apud Homerum *Iliad. γ. v. 482.* de Romanis videndus Plinius *Hist. nat. XVIII. 3. XXXIII. 1.*

§. CCCXXXVIII.

Est ergo PERMUTATIO rei nostræ pro re alterius datio. Quod quum dupliciter fieri possit, primum, ut neutra res æstimetur certumve ei statuatur pretium: deinde ut utriusque pretii ineatur ratio; sequitur, (47) ut permutatio prior recte vocetur SIMPLEX, posterior ÆSTIMATORIA, et hinc (48) illa donationi reciproca; hæc (49) emtionem venditionem quodammodo similis sit, *l. d. C. de permut. l. 1. §. 1. D. de contr. emt. quamvis, 50) priorem ideo diversum à permutatione negotium esse, statuat Pufend. de offic. hom. et civ. I. 15. 8. quod in ea, ut æqualitas observetur, necessum non sit: quum tamen (51) nec in permutatione simplici observanda sit æqualitas. **

Quid et quotumplex permutatio?

*) In hac enim uterque contrahentium rem non suam, sed alienam; non justo, quod alii statuerent, pretio, sed ex adfectione sua, æstimat, adeoque nulla est rerum, sed ad adfectionis tantum, æqualitas. Quoties enim major est adquirentis, quam possidentis, adfectio, toties et in commercio rationem haberi pretii adfectionis, diximus (§. CCCXXXII. * 2.) Exemplo esse potest commercium Glauci et Diomedis apud Homer. *Iliad. β. v. 236.* permutantium arma armis.

Χρυσία χρυσαύρων, καὶ ἀργύριον ἀργυροῦρων.
Aurea arcis, centena novenariis. I. *maxam lev. 12.*
 De qua permutatione eleganter Maximus Tyrius *Dissert. Plat. XXIII.* *Ὁὐδὲν γὰρ ἕντι τῷ λαβύλι, χρυσὸς πᾶσι, ὅτι τὸ ἄλλο ἐμύνητο ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τὸν χρυσοῦν, ἀλλὰ ἀμοιβῆς καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἐν τῷ αἰσῷ τῶν ὄλων, ἰσοῦ αἰσῷ τῆ γνῶσιν δέδωκα.* Neque plus habuit, qui aurum accepit, neque minus, cui es traditum est. Verum cum utroque præclare actum: quum illa materia inæqualitas æqualitate propositi, quo alter dedit alteri, compensata esset.

§. CCCXXXIX.

§. CCCXXXIX.

Quid justum circa permutationem?

Quia ergo permutatio simplex donationi reciproca quodammodo similis, nec in ea necessario observanda est aequalitas: (§. CCCXXXVIII. 47. 51.) facile intelligitur, 52) neutrum contrahentium de laesione con- queri posse, nisi 53.) alterius vis, vel dolus, acces- serit, (§. CCCXXXII. 61. CCCXXI.) nec 54.) ob læ- sionem irritum esse contractum, præterquam si is, qui rem pretiosorem viliori permutat, non gaudeat libera de rebus suis disponendi facultate, (§. CCCXXVII. seq.) si vel maxime 55.) res ipsa, quam quis hoc modo jac- tavit, ita sit comparata, ut non sine turpitudine possit alienari, nisi forte 56.) in pari turpitudine ipse quoque accipiens versetur. *) Hinc dubitari posset, an in foro rata futura fuisset per- mutatio Jacobi et Esau, quorum hic agorotivus, seu pri- mogenitura jura, pro pulte turpiter vendidit. Genes. XXV. 29. sequi. Quamvis enim reprehensione dignissimus sit Esau, qui prærogativam, sibi à Deo O. M. concessam, flocci fecit, ac ille proinde ab Apostolo jure vocetur βίβλος, Hebr. XII. 6. tamen non minus turpiter egisse dixeris Ja- cobum, qui ex fame fratris fructum capturus, eum hoc insigni jure defraudavit. (§. CCCXXII. 61.) Quod enim Esau sine crimine vendere non potuit, id nec sine noxa à fratre emere potuit frater, cujus potius erat fratrem ab ea stulticia abstergere, non ejus abuti stulticia. Sed multa ejus generis ob rationem typicam admiranda sunt, qua, si ad regulas recte rationis exigantur, vix defendan-

§. CCCXLI.

Ad §. 339.

Si vel maxime. I. e. non rescinditur permutatio cau- sa læsionis, quamvis maxime res ita sit comparata, ut non sine turpitudine possit alienari, quia tunc ac- cipienti nihil obest. Ceterum non erit valida permuta- tio si turpitudō utrumque contrahentem premet, vi- tium enim tunc utrumque est. Eadem utitur locutione infra. §. 402.

Ibid. in scholio.

Vix defendas. Quia quasi flagitiosa videntur propie sump-

§. CCCXL.

Contra ea, quod ad estimatoriam attinent permuta- tionem, quum in ea utriusque pretii ratio ineatur, (§. CCCXXXVIII.) fieri non potest, 57.) quin utrim- que observanda sit aequalitas, et 58.) neuter alterum lædere debeat, neque adeo 59.) rata sit permutatio, si alteruter circumventus sit, nisi 60.) tam levis mo- menti sit læsio, nulla ut ejus ratio habenda vi- deatur *).

Quid circa estimatoriam?

*) Pretium enim rerum vulgare est duplex, LEGITIMUM alterum, alterum CONVENTIONALE, quorum illud lege vel superiorum arbitratu, hoc conventionione vel consensu contrahentium definitur. Quum ergo illud certum sit, et veluti in puncto consistat, hoc, tamquam incertum, latitudinem aliquam admittat: priore casu læsus il- le recte intelligitur, qui vel minimam partem pretii sal- vam non habet, posteriore alicujus momenti esse oportet damnum, ob quod negotium subsistere non debeat in foro humano. Quid enim interest, inquit Seneca de benefice. VI. 15. quanti sit res, quum de pretio inter ementem et ven- dentem convenerit? Pretium cujusque rei pro tempore est. Quum bene ista laudaverit, tanti sunt, quanto plaris venire non pos- sum. Hinc in civitatibus animadvertimus, tantum ob læ- sionem enormem, qualis jure Romano est, quo contra- hens ultra dimidium pretii læditur, contractus rescindi. l. 2. C. de resc. vendit.

§. CCCXLI.

At 61) non res tantum permutabant homines: sed Con- et operas vel pro operis, vel pro aliis rebus, sive pro- tractus mittebant, sive sibi stipulabantur. Unde 62) nati con- do, ut fa- tractus DO UT FACIAS, FACIO UT DES, FACIO UT FACIAS, cias, fa- quorum eadem est natura atque indoles, ac permuta- cio, ut tationis, ut adeo 63) dubitari non possit, quin et des, et hi facio, ut facias.

sumpta, sed figurata sunt ex Div. Aug. de Doctr. Christ. lib. 3. c. 12. vid. not. supra §. 107. ubi alia Scripturæ exempla ita accipienda esse præmonui.

hi sint vel SIMPLICES, vel ÆSTIMATORII, (§. CCCXXXVIII.) et hinc 64) omnia, quæ de permutatione SIMPLICE et ÆSTIMATORIA diximus, (§. CCCXXXIX.) sequi.) etiam de hisce contractibus sint observanda. Aut enim operæ ad rem operasve alterius certo æstimantur pretio: quod negotium *pactum reddendæ vicissitudinis* non in eleganter vocat Ammian. Marcell. *Hist. XVI.* 10. aut sine æstimatione rei operarumve aliquid pro re vel opera sit daturve. *) Ubi 65) priore casu servanda æqualitas, et damnum alicujus momenti resarciendum est: 66) posteriore omnis querela de læsione quantacumque merito cessat.

*) Tale fuit promissum Agamenonis apud Homerum *Iliad. Lib. X. v. 120. sequ.* qui Achillem Briseidis jactura offensum placaturus, ejus operas contra Trojanos redimere volebat oblati septem tripodibus, decem auri talentis, lebetibus viginti, duodecim generosissimis equis, septem feminis pulcherrimis, inter quas et Briseis, vi abducta, addito promisso, deleta Troja, Achillem non modo prædæ maximam partem averturum, sed et unam ex filiabus, quam ipse electurus esset, uxorem ducturum, cum dote septem urbium. Ex quo patet, sæpe aliquem sibi stipulatum ab altero esse operas inæstimabiles, et pro iis promisisse, quidquid alteri quam gratissimum fore existimaret, nulla habita ratione æqualitatis.

§. CCCXLII.

Sunt et alii contractus, quibus ante nummum inventum commercia explicari potuerunt, nimirum omnes gratuiti, quibus id egerunt homines, ut quæ sibi jure imperfecto, vel ex amore humanitatis et beneficentiæ, debebantur, in posterum jure perfecto deberentur. Talis est contractus *COMMODATI*. Quum enim ad officiositatem obstricti simus: (§. CCXXIX. 48.) obstricti etiam sumus, ad rei nostræ non fungibilis usum alteri, qui eo indiget, cum obligatione restitutionis præstandum, id est, ad rem *COMMODANDAM*.*) Quum vero, refrigerente amore, sperari vix queat, alterum id sua sponte facturum: (§. CCCXXXVI. 67) ipsa necessitas homines adegit ad inveniendum contractum

Contractus
commodati.

tum, quo alii ad rei suæ usum iis hoc modo præstandum jure perfecto obligarentur.

*) Itaque *COMMODATUM* nobis est obligatio perfecta ad usum rei nostræ, alteri sub conditione restitutionis in specie gratis præstandum. Ex eoque patet, jure naturali commodatum vix differre à precario, inter quæ tamen jure civili aliqua differentia est. Facile etiam inde decidi poterit quæstio, utrum commodatum à solo contrahentium consensu, an à rei traditione suam substantiam capiat? Quamvis enim jure naturali et solus consensus de usu, rei alteri præstando, obliget: (§. CCCXXVII. 6.) nondum tamen *commodatum* est, quia is, cui hoc promissum ad rem, quam nondum accepit, in specie restituendam nondum est obligatus, sed *pactum de commodando*. Inter hæc vero reipsa discrimen esse, vel inde patet, quod ex *commodato* obligatur commodatarius ad restituendam, ex *pacto* autem de *commodando* promittens vel commodaturus, ad rei usum præstandum, adeoque diversæ obligationes ex illis negotiis nascuntur.

§. CCCXLIII.

Quia ergo gratis, at sub conditione eam in specie restituendi, rei usus præstat: (§. CCCXLII. *) commodatarii est, 68) rem non modo non aliis usibus, quam ad quos eam concessit dominus, adhibere, commodes et 69) eamdem summa cum sollicitudine ac diligentia servare: ac proinde 70) usu finito, vel domino eam revocante, eam in specie reddere, simulque 71) omne damnum, culpa sua datum resarcire, 72) non autem præstare casum fortuitum, nisi illum ultro in se receperit: *) (§. CVI. 27.) nec 73) impensas in eam factas repetere, nisi tantæ siat, ut mercedem, pro ea locata solvendam, excedant.

*) Primus equidem Grotius de *jure belli et pac. II. 12. 13.* distinguit, res ne apud dominum similiter peritura fuisset, an non, et posteriore saltim casu damnum à commodatario ferendum esse, existimat, cujus sententiam etiam sequuntur Pufend. de *jur. nat. et gent. V. 4. 6.* et Monarc. ad l. 1. c. *commod.* Enimvero, quum casus fortuiti et eventus, à sola providentia divina profecti, nemini imputentur: (§. CVI. 27.) ii sane nec commodatario imputari possunt.

Hæc

Nec

Nec obstat lex divina *Exod. XXII. 14. sequ.* Neque enim illa aliter intelligi potest, quam de culpa commodatarii interveniente. Vid. Jo. Clerici *Comment. in Exod. p. 110.*

§. CCCXLIV.

Deinde humanitatis amor unumquemque obligat, ut alterius res pro virili sua parte servare studeat. (§. CCXVI. 4.) Quum vero et id tantum ab altero jure imperfecto exigere possimus: 74) sæpe nostra interest, ut rerumstrarum, apud alios depositarum, custodiam, ex obligatione perfecta præstandam, nobis stipulemur: eoque consilio 75) inventus est contractus DEPOSITI, per quem intelligimus obligationem perfectam ad res nostras, depositarii fidei commissas, gratis custodiendas, et, quodcumque nobis placuerit, in specie restituendas. *)

Contractus depositi.

*) Eo contractu veteres nihil habuere sanctius, quia deprensam fiduciam in depositarii fide ac diligentia collocat, nihilque excogitari potest turpius, quam amicum ab amico amicitiae obtentu falli ac decipi. (§. CCCXXII. *) Hinc insignis depositi religio non modo apud Hebræos, de quibus *Exod. XXII. 7. sequ.* et Joseph. *Antiqu. Jud. IV. 8. 38.* verum etiam apud Græcos, et reliquos paganos, ceu docet exemplum Glauci apud Herodotum VI. 87. et Juvenalem *sat. XIII.* qui ideo v. 15. *sacrum* vocat depositum. Hinc non mirum, dira quævis veteres prædixisse illis, qui depositum abnegare non dubitent, quin et eosdem infamia notasse, nec minore poena, quam fures, dignos judicasse. Quædam hanc in rem dicere meminimus Gundlingium in *Gundlingianis Part. II. dissert. VIII.*

§. CCCXLV.

Ex illa vero DEPOSITI definitione (§. CCCXLIV. 75.) patet, 76) depositarium teneri ad accuratam rei depositæ custodiam: nec 77) eam vel involucro aut vinculis exuere, vel 78) sine domini consensu usibus suis adhibere posse: 79) re vero consentiente domino mota, depositum in aliud contractus genus, veluti in mutuum, vel commodatum transire. Denique 80) depositarium obligatum esse ad rem domino, quando-

Officia depositarii.

cumque illam reposcit, restituendam, nisi aliud suadeat recta ratio: (§. CCCXXIII. *) ac proinde 81) non modo ad æstimationem præstandam, verum etiam in poenam merito condemnandum esse, qui depositum, in primis miserabile, *) sciens, dolo malo, abnegaverit.

*) Quia enim in imputatione ratio habetur circumstantiarum: (§. CXIII. 52.) merito hoc facinus tanto deterius habetur, quo inhumanior ille dicendus est, qui non modo conceptam de se spem amici turpiter destituit, et amicum sub amicitiae et fidei obtentu decipit, (§. CCCXXII. *) verum etiam adfecto addere adfectionem non dubitat. Et hoc ipsum graviter urget Hecuba adversus Polymestorem, qui, Ilio exciso, Polydorum, Priami filium, occiderat, ut auro deposito potiretur. Vid. Eurip. *Hecub. v. 1210. sequ.*

§. CCCXLVI.

Denique idem humanitatis amor merito impellere unumquemque deberet, ut alterum, non minus, ac seipsum, ope juvaret. (§. CCXVI. 4.) Quum vero ne id quidem certo ab altero expectare liceat: 82) negotiorum contractus, quo illum perfecte obligaremus ad negotia nostra, quæ ipsi commisimus, gratis et diligentem expedienda. *) Quem contractum 83) MANDATUM vocari videmus, quemadmodum 84) is, qui negotia, sibi non commissæ, ignorante domino, gratis ultroque expedit, NEGOTIA GERERE dicitur.

Contractus mandati et negotiorum gestionis.

*) Vera ergo ac solida est observatio Noodtii *Probabil. I. 12.* mandatum olim non perfectam produxisse obligationem, sed ex amicitiae humanitatisque legibus obstrictum fuisse mandatarium, ad negotia, suæ fidei commissæ, diligenter curanda: ejus autem fidei symbolum fuisse *manus dationem*, qua alter alteri rem committere solebat. Unde et ipsum contractum MANDATI nomen accepisse, probabile est. Isidor. *Orig. IV. 4.* Exemplæ oblatae mandataris dextræ dabunt Plaut. *Captiv. II. 3. 82.* ubi adolescens:

Hæc per DEXTRAM tuam, te DEXTERA retinent manu,

Obsecro, infidelior mihi ne suas, quam ego sum tibi.

Et Terent. *Heaut. III. 1. 84.*

Hh ij

Ce-

Cedo DEXTERAM; porro te idem oro, ut facias, Chreme.
 Olim ergo totum hoc negotium solo pudore magis, quam legibus, continebatur, donec, tepescente paullatim caritate, ipsa necessitas suaderet, ut in contractum deduceret hoc negotium, et sic mandatario perfecta imponeretur negotium diligenter expediendi obligatio. Quod et de reliquis contractibus gratuitis est observandum.

§. CCCXLVII.

Manda- **tarii of-** **ficia.**
 Quum ergo mandatarius, negotium alienum, fidei suae commissum, suscipiat, (§. CCCXLVI. 82.) quid vero, et quantum alii committere quis velit, in domini arbitrio positum sit: facile patet, 85) mandantem vel certis limitibus circumscribere mandatarium, vel 86) ei liberam potestatem, omnia suo arbitratu agendi, dare, vel saltim 87) per modum consilii ei suggerere posse, quid fieri velit. Ubi 88) primo casu mandatarium fines mandati transilire non posse, 89) altero eundem dolum tantum praestare, 90) tertio vero mandatum etiam per equipollens recte expedire, nemo est, quin intelligat. Sed et 91) omnibus his casibus mandatarium ad rationes administrationis vel gestionis reddendas, 92) omnemque diligentiam praestandam, obligatum esse, vel ex ipsa hujus negotii natura ac indole colligimus. *)

*) Eo pertinet insignis locus Ciceronis pro Q. Rosc. Cap. XXXVIII. *Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad commodum tuum conversurus est? Cur mihi te offers, ac meis commodis obitas? Recede de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minime videtur grave tui, qui minime ipsi leves sunt. Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, AMICITIAM et FIDEM. Nam neque mandat quisquam fere, nisi amico, neque credit ei, nisi quem fidelem putat. Perditissimum est igitur hominis, simul et amicitiam dissolvere, et fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset.*

§. CCCXLVIII.

Nec non Sed et **NEGOTIORUM GESTOR**, dum negotium alterius, sibi a nemine commissum ultro et gratis suscipit,

pit, (§. CCCXLVI. 84.) 93) hoc ipso facto suo *) rum gese obligat tum ad utiliter gerendum, tum 94) ad omnem, quam negotium admittit, diligentiam praestandam, adeoque 95) etiam ad reddendas rationes, et 96) damna omnia, si qua ejus dolo vel culpa data sint, resarcienda.

*) Qui facti auctor et causa est, ei omnes ejus effectus merito imputantur. (§. CV. 22.) Quum ergo auctor hujusmodi administrationis sit negotiorum gestor, qui alterius negotia, nemine commitente vel urgente, ultro suscipit: (§. CCCLXVI. 84.) ei etiam merito imputantur omnia, quae ex administratione rerum alienarum consequuntur. Atqui consequentia administrationis sunt rationum redditio et damni, dolo vel culpa dati, emendatio. Itaque negotiorum gestor ad reddendas rationes, damnaque, sive dolo malo, sive culpa sua, data resarcienda obligatus est. Atque ita nihil atinet, obligationem hanc ex consensu quodam ficto vel praesumpto cum jureconsultis derivare, quum negotiorum gestor facto suo se ad haec omnia tacite quidem, at vere tamen, obstrinxerit.

§. CCCXLIX.

Et hi quidem sunt contractus, qui et nondum invento eminenti rerum omnium pretio, locum habuerunt, et de quibus id unum adhuc monemus, quod, commodum tribus postremis contractibus se quis obliget ad aliquid gratis dandum faciendumque, non vero, ad damnum in alterius gratiam devorandum, 97) in illis nemini officium suum damnosum esse oporteat, adeoque 98) et commodans commodatario impensas non modicas, (§. CCCXLIII. 73.) et 99) deponens depositario quascumque necessarias, et 100) mandans mandatario, et 101) dominus negotiorum gestori necessarias et utiles restituere, simulque hi omnes 102) damna, quae commodatarius, depositarius, mandatarius et negotiorum gestor sine culpa sua propter rem negotiave alienae senserunt, *) resarcire teneantur.

*) Dicimus, ea damna esse resarcienda, quae mandatarius prop-

propter negotium alienum senserit. Non enim sufficit, eum occasione suscepti negotii aliquid damni casu fortuito passum esse: quia quum casum nemo præstet, eum nec mandans præstare tenetur. Hinc si mandatarius, dum mandatum expedit, à latronibus spoliatus, vel difficili morbo implicitus fuerit: damnum, quod divina providentia ita dirigente, passus est, imputare non poterit mandanti. *Nam hæc magis casibus fortuitis, quam mandato, imputari oportet*, inquit Paullus l. 26. §. 6. *D. mandati*. Vid. Grot. *de jure belli et pac.* II. 14. 13. Aliud tamen statuendum esse putant de legato, qui Principis imperio, publicorum negotiorum causa, peregre abire jussus est, quem, quia in obsequio ei gloria relicta erat, merito indemnem à republica præstandum esse, censet. Vid. Huber. *Eunom. ad l. 26. D. mand.* Pufend. *Jur. nat. et gent.* V. 4. Hert. *de lytro* II. 10.

§. CCCL.

Progredimur jam ad alterum genus contractuum, qui invento demum nummo locum habere potuerunt, quales præcipue sunt EMTIO VENDITIO ET LOCATIO CONDUCTIO. Illa est contractus de re pro certo pretio tradenda. Hæc contractus de usu rei vel operis pro certa mercede præstandis. Quemadmodum vero PRETIUM EMTIONIS est æstimatio ipsius rei, pecuniaria, ita MERCES vocatur æstimatio pecuniaria usus rei, vel operatum: ex iisque definitionibus patet, 103) emtione venditionem et locationem conductionem semper hodie requirere pecuniam numeratam, 104) eoque ipso hos contractus à permutatione, et contractibus *do ut des, do ut facias, facio ut des, et facio ut facias* distinguere: *) 105) inter se ipsos tamen illos maxime convenire, et omnia fere communia habere.

*) Quamvis enim permutatio æstimatoria emtioni venditioni, quodammodo similis sit: (§. CCCXXXVIII. 48.) re ipsa tamen ab ea differt, quod in venditione intercedat numerata pecunia, in permutatione æstimatoria res pro re detur. Unde facile patet, quid sentiendum sit de veteri Sabinianorum et Proculianorum controversia, pretiumne in emtione venditione in sola pecunia numerata, an et in aliis rebus consistere possit? de qua præter viros doctos ad §.

2. *Inst. de emt. vend.* videndus V. C. Cottf. *Mascov. de sect. Sabin. et Procul.* IX. 10. 1. sequ.

§. CCCLI.

Quum ergo EMTIONE VENDITIONE id agatur, ut res tradatur pro certo pretio: (§. CCCL.) consequens est, 106) ut emtori æque, ac venditori, rem seu mercem notam esse oporteat, ac proinde 107) non modo venditor ejus qualitates, vitia, oneraque, quæ in oculos, sensusque reliquos non incurrunt, emtori indicare, *) verum etiam 108) pati teneatur, ut hic rem lustret oculis, aliisque modis exploret: Ut adeo 109) rerum, quæ ad gustum veneunt, venditio non prius perfecta sit, quam facta sit degustatio, 110) rerum reliquarum, quæ exploratione indigent, non prius, quam facta sit exploratio, quum, si de ullo, sane de hoc contractu oneroso verum sit, quod dixit Euripides *Cyclope* v. 137. *ὅτις ἐμπόρουσι πρῆτα.* *LUX* II contractibus convenit.

*) Sunt vitia et qualitates, quæ incurrunt in oculos, quæque indicari supervacuum esset, quum, si quis in re fallitur, iis cæcitatibus suæ ac negligentia pœnam merito ferat: quo pertinet lis M. Marii Gratidiani cum C. Sergio Orata, apud Ciceron. *de offic.* III. 16. At leges Romanæ, ut homines sibi invicem hoc officium eo certius præstarent, statuerunt, ut in venditionibus eam etiam, quæ nota essent venditori, vitia dicerentur, isque reticentia pœnam ferret, qui quidquam dissimularet. Nam, quum ex duodecim tabulis satis esset, ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à jurisconsultis etiam reticentia pœna est constituta. Quidquid enim est et prædico vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Cic. *de offic.* III. 16. qui et alibi *Cap. XII.* disputat, si vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia et fame, summaque annonæ caritate, si idem sciat, complures mercatores Alexandria solvisse, navesque in cursu frumento onustas, petentes Rhodum, viderit: dicturusne id sit Rhodiis, an silentio suum quam plurimo venditurus? De qua questione videndi etiam Grot. *de jure belli et pac.* II. 12. §. sequ. Pufend. *Jur. nat. et gent.* V. 3. 4.

§. CCCLII.

§. CCCLII.

Neuter in hoc contractu mendandam, sive illa 113) alterutrius dolo ac vi, sive justo errori, *) debeat originem, quamvis 114) et hic merito repetendum sit, quod supra monuimus, læsionem alicujus momenti esse debere, quum et hic pretium non consistat in puncto, sed latitudinem aliquam admittat, nimisque calidum videatur, ob quodlibet levissimum damnum negotium rescindere, litibusque infinitis portam veluti aperire. (§. CCCXL. *)

*) Si nimirum inculpabilis, invincibilis vel involuntarius sit error. (§. CVII. 32.) Alias enim si quis rem nec satis exploratam, nec visam, certo pretio emit: error nocere debet erranti, nisi venditor illum dolo circumvenit, (quod Labanem Jacobo, uxorem ementi, fecisse novimus: Genes. XXIX. 23.) quia merito poenas dat erroris, qui, nisi nimis supina fuisset negligentia, non errare potuisset. Hinc recte Germani de hominibus, tam supine negligentibus, jactant adagium: *Wer die augen nicht aufhubt, der thue den beutel auf.*

§. CCCLIII.

Quem penes sit periculum et commodum rei venditæ, nec tum traditæ, statim ne illud ad emptorem transeat, simulac de re et pretio conventum, an ante traditionem penes venditorem maneat? Equidem, quid jure Romano ea de re cautum fuerit, nemo ignorat: nec quisquam à nobis exiget, ut de ratione venditæ istius decisionis multa hic dicamus. Nobis, de jure naturæ nunc sollicitis, extra omnem dubitationis aleam positum videtur, 115) casum ferre dominum: (§. CCXI. *) at nec minus certum esse arbitramur, 116) non esse merum casum, qui ex alterius mora vel culpa provenit, adeoque, qui facto suo alteri damnum dedit, ad illud resarciendum omnino esse obligatum. (CCXI. 1.) Ex quibus sequitur, 117) ut, quia emptor

tor jure naturæ sine traditione fit dominus, (§. CCLXXV.) periculum, perfecta emptione venditione, statim transeat ad emptorem, nisi 118) venditor vel in mora tradendi, vel culpæ alicujus reus sit. *)

*) Similis fere, sed paullo obscurior, est philosophia Puffendorffii de jure nat. et gent. V. 5. 3. distinguentis, utrum certus traditioni dies præfixus sit, nec ne, et, si præfixus sit, illene jam elapsus sit, nec ne. Equissimum enim illi videtur, ut ante elapsam terminum res sit periculo venditoris: elapso vero termino, ob moram eadem emptori pereat. Enimvero, quum emptor jure naturæ et sine traditione fieri possit dominus, et, elapso termino, non semper venditor in mora sit, sed aliquando et penes emptorem culpa illa esse possit: nos generatim emptori periculum attribuimus, cujus in arbitrio fuisset, rem emtam, soluto pretio, statim accipere. Sin vero ille ex sua parte adimplevit contractus leges, vel eas implere paratus est: venditor, qui in mora tradendi est, periculum merito sustinet, sive certus traditioni terminus præfixus fuerit, sive non fuerit.

§. CCCLIV.

Quum ergo emptor sine traditione statim fiat dominus, ac proinde periculum ferat: (§. CCCLIII. 117)) consequens est, 119) ut vera quidem sit doctrina jureconsultorum de periculo rei venditæ, sed ea cum reliquis juris Romani principiis male coherere, quia, dominium sine traditione ad emptorem transire, negant. 120) Ut quum domino jus sit et fructus, et accessiones commodaque reliqua ex re sua percipiendi, (§. CCCVII. 4. sequ.) eidem etiam commodum rei venditæ competant. 121) Ut tamen id tunc demum procedat, si emptor venditori de pretio quocumque modo satisfecerit; *) siquidem alias simul haberet rem, simul pretium, adeoque cum alieno damno sine justa causa fieret locupletior. (§. CCXLVII.)

*) Satisfecisse autem de pretio videtur, non solum, qui illud representavit, sed et, cujus fidem sequutus est venditor, v. g. usuras sibi in singulos annos stipulatus. Hinc

quamvis simplicissimum contractuum genus videatur illud, quando, soluto pretio, illico res vendita traditur, i. e. si *Græca fide* inter se mercantur homines, quod commercii genus solum in republica sua tolerare voluit Plato de *Leg. Lib. XI.* pro hac tamen rerum conditione vix sperandum est, id semper fieri posse, et ipsa experientia docet, commercia magis fide, quam mercatores vocant *den credit*, quam rei pecuniæque commutatione, constare.

§. CCCLV.

Quandoquidem vero venditori, qui in mora tradendi, culpæve alicujus reus est, res merito perit: (§. CCCLIII. 118.) facile unusquisque intelligit, (§. CCCLV. 121) emtorem à periculo immunem esse, si venditor, illi offerenti pretium, vacuum rei venditæ possessionem tradere vel nolit, vel non possit, itemque (§. CCCLV. 123) si probetur, venditoris culpa, vel negligentia factum esse, ut res vendita, vel tota, vel pro parte, periret.

§. CCCLVI.

Emtio venditio porro fit eo consilio, ut res pro certo pretio tradatur, (§. CCCL.) et animo quidem, dominium in alterum transferendi. (§. CCLXXVIII. 35.) Quum vero, qui rei dominium titulo oneroso, veluti pro certo pretio, in alterum transtulit, ad præstandam evictionem sit obligatus: (§. CCLXXIV. 124) etiam venditor emtori tenebitur ad præstandam EVICTIONEM, si res ab hoc ex causa contractum antecedente evicta sit, non autem (§. CCCLVI. 125) si post venditionem demum aliquid evenerit, cujus causa quis re sua privaretur, nec (§. CCCLVI. 126) si casu, vel vi majore, res ei sit erepta. *)

*) Sane et quæ vi majore contingunt, casu contingere videntur. Quandoquidem ergo casum, perfecto jam contractu emtionis venditionis, ferè dominus: (§. CCCLIII. 117.) etiam, re vendita casu vel vi majore sibi erepta, damnum devorare, nec à quoquam petere evictionem potest. Ceterum nullum est dubium, quin quemadmodum alia

pac-

pacta, quæ huic contractui accedunt, rata esse oportet: ita et convenire inter se possint emtor et venditor, ne quid evictionis nomine præstetur, sed res sit emtoris periculo, quale pactum virginis venditioni adjicit Sagaristio apud Plaut. in *Persa IV. 4. v. 40. Prius dico: banc MANCUPIO nemo tibi dabit, jam scis? DO. Scio.*

§. CCCLVII.

Quia porro emtio venditio est contractus, (§. CCCL.) contractus vero duorum consensum requirit: (§. CCCXXVII. 6.) facile patet, (§. CCCLVII. 127) in emtione venditione omnia redire ad consensum, adeoque (§. CCCLVII. 128) ei qualiacumque pacta, modo non improba ac fraudulenta, adjici posse, veluti (§. CCCLVII. 129) ADDITIONEM IN DIEM, (§. CCCLVII. 130) LEGEM COMMISSORIAM, (§. CCCLVII. 131) PACTUM DE RETROVENDENDO, (§. CCCLVII. 132) itemque PROTIMISEOS, (§. CCCLVII. 133) de EVICTIONE non præstanda, (§. CCCLVII. 134) de POENA in casum pœnitentiæ præstanda, et si qua sunt ejus generis alia. *)

*) Definitiones horum pactorum ex ipso jure civili nota sunt: ADDICTIO IN DIEM est pactum de emtione venditione vel perficienda, si intra certum diem nemo plus obtulerit, vel jam perfecta rescindenda, si quis intra istud tempus plus, nec prior emtor tantundem obtulerit. LEX COMMISSORIA pactum, quo venditor, rem inemptam fore, cavet, si pretium ante certum diem non solvatur. Exemplum est apud Corn. Nep. in *vita Attici Cap. VIII.* PACTUM DE RETROVENDENDO conventio de re vendita, pretio ante vel post certum diem, vel quodcumque restituto, venditori reddenda. Qualis est venditio apud Liv. XXXI. 13. et Julium Capitolin. in *Marco Cap. XVII.* Pactum PROTIMISEOS conventio de re iterum venali venditori potissimum ejusve posteris tantundem pretium, quod alii offerunt solventibus, vendenda. Reliquorum pactorum natura et indoles ex ipsis vocabulis facile intelligitur.

§. CCCLVIII.

Ex eodem axiomate colligimus, (§. CCCLVIII. 135) licere venditori in venditione sibi aliqui EXCIPERE, (§. CCCLVIII. 136) utriusque vero contrahenti CONDITIONEM quamcumque, quæ

li ij

Nec non
exceptio-
nes, con-
ho-

ditiones honestati bonisque moribus non repugnat, itemque
dies. 137) DIEM, ante quem res tradenda, pretiumve sol-
vendum sit, adjicere, *) quin 138) et ita conveni-
re, ut pretio ab emtore nondum soluto, domidium
tantisper penes venditorem maneat, vel 139) ut em-
tor, pretii parte sub usurarum lege secum retenta,
de evictione securus præstetur, 140) ut accessoria
cum re principali veneant, 141) ut fixa vineta quæ-
dam tollere liceat, 142) ut res vendita venditori pro
certa mercede locetur, cetera.

*) Quin et ipsa venditio ad certum diem ita fieri potest, ut
circumacto tempore, pactione definito, res vendita ad
venditorem ejusve heredes revertatur, nec emtor reposce-
re possit pretium. Exemplo Anglorum, sæpe prædia sua
hac lege vendentium, id probant Pufend. de Jur. nat. et
gent. P. 5. 4. et ibi Hert. p. 69.

§. CCCLIX.

Præterea et id inde inferimus, 143) quod, quam-
vis emtio venditio alioquin requirat æqualitatem, (§.
CCCLII. III.) utriusque tamen contrahentis consen-
su conveniri possit de ejus generis emtionibus vendi-
tionibus, quæ ob inæqualitatem quantamcumque non
rescinduntur. Tales sunt 144) AUCTIO, quando pre-
tium non à venditore indicatur, sed ab emtoribus,
licitando certantibus, definitur: 145) EMTIO SUB
HASTA, quippe quæ nihil aliud est, quam auctio so-
lemnior, et auctoritate publica instituta, 146) EM-
TIO PER AVERSIONEM, quando res disparis pretii, vel
incertæ mensuræ, non singulatim, sed conjunctim,
æstimatæ, emuntur, denique 147) EMTIO SPEI, quo
et ollam fortunæ, similiaque negotia, retuleris, quan-
do quis pro re vel quantitate, adhuc incerta, ac ex
eventu demum certa futura, certum pretium solvit.
In quibus contractibus omnibus quum æqualitas non
requiratur: (n. 143.) consequens profecto est, 148)
ut neuter contrahentium hic de læsione conqueri pos-
sit, nisi vel dolus alterutrius intercesserit, vel de re,
quam eventus offert, à contrahentibus non fuerit co-
gitatum. *)

*) Et inde decidenda erat lis inter juvenes Milesios, qui
jac-

jectum retis emerant, et piscatores Coos, qui illum ven-
diderant, et postea mari extraxerant tripodem aureum.
Equidem, utrisque sibi hunc insperatum thesaurum adse-
rentibus, neutris eum addixit. Apollo, absurdeque pro-
nunciavit:

Ἐγὼ δὲ Μίλητος, ἄριστος ἀπὸ πάντων ἰσότης:

Τὸ σὸφιν ἀνέλκω ἀγῶνας, ἴσῃσιν ἄριστον αὐδῶ.

(De tripode ex Phæbo quaris, Milesia pubes, & augur 154)

Huic tripodem addico, cui sit sapientia prima.

Laert. I. 28. Val. Max. IV. 10. Sed satis constat, tripodem,
si de domino non constiterit, fuisse piscatorum. (§.
CCCXXIV. 69. 70.) Nec obstabat profecto contractus,
cum adolescentibus Milesiis initus, quippe qui sibi non
tripodas aureos, de quibus neutri contrahentium cogita-
verant, sed pisces, quos capturi essent, fuerant stipulati.
Con. l. 8. §. 1. D. de contr. emt. l. 11. §. ult. et l. 12. D.
de act. emt.

§. CCCLX.

Alter contractus, qui invento demum nummo vel
pretio eminente, locum inter mortales habuit, est
LOCATIO CONDUCTIO. (§. CCCL.) Quamvis enim jure
Romano in locatione prædiorum rusticorum, quippe
fructuosorum, etiam pars fructuum, quam *quantam*
vocant, *) mercedis vice fungatur, l. 21. C. loc.
cond. sic vero hic contractus, etiam ante inventum
pretium eminens, locum habere potuerit: nulla tamen
est ratio, cur non potius ad contractum DO UT DES
referri possit illud negotium, quum tunc rei usus non
cum nummo, tamquam pretio eminente, sed cum pre-
tium vulgari fructuum comparetur, adeoque contingere
possit, ut, quia fructuum non eadem semper æsti-
matio est, sed illa pro sterilitate ubertateque anni mo-
do intenditur, modo remittitur, uno anno locator,
altero conductor, lædatur.

*) Si enim prædii dominus sibi pro mercede partem quo-
tam stipuletur: id negotium societatis naturam induere, ex
ipsa societatis definitione, quam infra dabimus, satis constabit.
Ceterum locationem prædii fructuosii pro parte quan-
ta fructuum à locationis conductionis natura plane dege-
nerare, vel inde patet, quod quum hæc sit contractus o-
nerosus, in eoque requiratur æqualitas, (§. CCCXXIX.)

150) hic tamen illa vix obtineri possit. Nam si mihi pro prædii usu in sexennium, in singulos annos stipuler triginta medimnos tritici, totidemque silignis: fieri potest, ut in hujus anni ubertate, vilescenteque annonæ, merces sit mediocris, et usui prædii proportionata, insequente anno ob esterilitatem difficultatemque annonæ immodica. Et hinc jam antea monuimus, locationem conductionem, semper requirere pecuniam numeratam. (§. CCCL. 103.)

§. CCCLXI.

**Officia locato-
ris.** Quia ergo locatio conductionis est contractus de rei usu vel operis pro certa mercede præstandis: (§. CCCL. 149) ut locator conductori debeat rei usum operasve conventas præstare, adeoque, 150) si vel illius culpa, vel casu, contingat, ut conductor re uti, vel ipse operas promissas præstare non possit, merito etiam pro rata cesset promissa merces, *) immo 151) locator aliquando ad id, quod interest, possit conveniri, idemque sit dicendum, 152) si locator conductorem, nondum finita locatione, sine justa causa expellere non dubitarit.

*) Hanc æquitatem omnes veteres agnoverunt, veluti Sesostius, Rex Ægyptiorum, qui, si cui de agro vis fluminis aliquid abrasisset, pensionem pro rata minui jubebat. Herodot. *Lib. II. p. 81. edit. Steph.* Nec minus æquitatem ea in re servabant Romani, teste Polybio *Hist. VI. 15.* et in his Caesar, teste Suetonio *Cap. XX.* Attamen intellectu facile est, hic quoque damnum intelligi, non modicum, sed gravius, quam sæpe illud majore commodo et maxime in prædiis fructuosis, plerumque unius anni sterilitas ubertate alterius pensetur, et incivile sit, luero quovis frui velle conductorem, damnum vero etiam levius illum ferre nolle.

§. CCCLXII.

**Itemque conduc-
toris.** Similiter et conductoris est, 153) mercedem conventam justo tempore solvere, 154) re, quam utendum accepit, quippe aliena, et in specie reddenda, boni viri arbitrato uti, 155) damnum sua culpa datum

tum resarcire, nec 156) rem, nondum finito locationis tempore, deserere, nisi justæ causæ, veluti hostium incursio, metus pestis, similesque casus conductori id consilii extorqueant. Quum enim à locatore jure exigat, ut res ipsi integra et salva tradatur, ut indemnis præstetur, neque ante tempus expellatur: (§. CCCLXI. 150. sequ.) æquissimum est, ut quod ipse sibi vult vel non vult fieri, id et alteri faciat, vel non faciat, (§. LXXXVIII. 54. sequ.) maxime quum et in hoc contractu, tamquam oneroso, merito servanda sit æqualitas. (§. CCCXXIX. 15.)

§. CCCLXIII.

Ceterum quum consensu constet hoc negotium, (§. De pactis huic contractui adjici posse qualiacumque pacta, quæ bonis moribus haud repugnant. *) 158) Eum tum pure, tum sub conditione, tum in diem, recte iniri. Quumque consensus etiam tacitus verus consensus sit: merito inde colligimus, 159) jure optimo maximo valere etiam RELOCATIONEM TACITAM, si, elapso tempore, neuter contractui renunciarit: et tunc 160) æquissimum esse, ut iisdem legibus et conditionibus facta intelligatur relocatio, quas uterque contrahentium antea in ipsa locatione probavit.

*) Hinc sæpe iis legibus locantur prædia, ut in negotio isto parum ex natura locationis conductionis supersit. Hinc locationes perpetuæ. Hinc irregulares, quibus simul dominium et periculum in conductorem devolvitur, qualem cum Saufeio contractam esse narrat Alfenus Varus *lege elegantissima 31. D. locati*, præclare illustrata à V. A. Corn. van Bykershoek *Obr. VIII. 1. seq.* Nec absimilis est contractus, Germanis non ignotus, quem SOCIDÆ vocant, de quo post Taboris *singularem dissert.* nos quoque diximus *Elem. Jur. Germ. II. 14. §. 105.*

§. CCCLXIV.

Et hi quidem sunt contractus, quos invento demum prædio eminente, locum habere cœpisse, diximus.

Inter
contractus.

tus, qui mus. Sequuntur illi, qui et nondum invento nummo, et ante, et illo jam invento, locum habere potuerunt. Eorum et post familiam ducit contractus mutui, per quem intelligi-
 invenimus præstationem rerum fungibilium, ea lege factam, ut tantundem quandoque in eodem genere restituatur. *) Quum enim non solum pecunia, sed et quælibet res fungibilis, credi hoc modo possit: manifestum est, hunc contractum, etiam antequam homines pecuniam, tanquam communem rerum mensuram, invexerunt, locum habuisse, et hodie esse frequentissimum.

*) RES vero FUNGIBILES vocamus, quas adnumerare, admetiri, et adpendere solemus. Earum vero hæc indoles est, 1) ut nullus illarum sine abusu, vel consumptione usus sit, itemque 2) ut solutionem recipiant per functionem, tam in genere, quam in specie. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. id est, ut si debeam centum aureos, solutum sibi esse fateatur creditor, sive eosdem, quos mihi adnumeravit, sive centum alios ejusdem generis, reddiderim. Ex quo simul patet, quid nobis sit REM REDDERE IN EODEM GENERE, nempe tantundem, tum ratione quantitatis, tum ratione qualitatis reddere. Inde vero nova sequitur rerum fungibilium proprietas, nempe 3) quod in iis tantundem sit idem, nec 4) ea res (uti rectè observavit Thomas. dis. de pretio affect. in res fung. non cad.) recipiant pretium adfectionis, nisi sint rarissima et tantundem in eodem genere non facile reperiantur. Sic quamvis Romæ vitium Falernum esset res fungibilis: adfectio tamen cadebat in Trimalcionis vinum Orontianum annorum centum, cujus meminisse Petron. Arbit. Satyr. Cap. XXXIV.

§. CCCLXV.

In debitorum res fungibilis, ea lege debitori præstatur, ut tantundem quandoque in eodem genere reddatur. *) Consequens est, ut debitori detur facultas rebus illis, sibi creditæ, abutendi, adeoque 163) creditor se jure debitorum aliosque usu rerum illarum excludendi abdicat, illudque sub conditione tantundem recipiendi in debitorem transtulerit. Quum vero nisi illud, alios usu rerum excludendi, sit administrum. (§. CCXXI.)

inde porro colligimus, 164) mutuum esse alienationem, rerumque creditarum dominium in debitorem omnino transire.

*) Notum est, quos fluctus in simpulo moverit Alexius à Massalia, id est, Claudius Salmasius, ut jureconsultos, hanc thesin defendentes, ludibrio exponeret. Sed tela ejus, ex jure civili deprompta, tam fortiter retuderunt, aliaque multo insigniora in illum detorserunt Wissenbachius, Fabrotus, alique viri doctissimi, ut causa hodie perorata videatur. Sed hæc fundamenta ostendunt, ne rectam quidem rationem refragari jureconsultorum sententia, vel Salmasio favere. Verum quidem est, quantitatem non alienare creditorem, quippe quam sibi salvam esse cupit, dum, ut tantundem in eodem genere reddatur, cavet: at specierum traditarum et dominium, et periculum ad debitorem procul dubio transit, ceu ipse demum Salmasius, ad incitas redactus ab adversariis, fateri coactus est.

§. CCCLXVI.

Ex eadem definitione colligimus, 165) debitorem obligatum esse ad tantundem, non modo ratione Debiti quantitatis, sed et qualitatis reddendum, adeoque ris obligatio 166) si pecunia fuerit credita, ejusque valor intergatio. nus postea vel auctus, vel imminutus fuerit, merito rationem habendam esse temporis, quo contractus initus est, atque hinc sorti tantum decedere debere, quantum postea valoris nummo accessit, vel tantum accedere, quantum pretii nummo decessit. Præterea 167) debitorem non debere in mora solvendi esse, nec 168) eum ab hac obligatione, vel rei fungibilis, quam à creditore acceperat, interitu, vel ullo casu fortuito liberari. *)

*) Quum enim dominium rei fungibilis creditæ transferatur in debitorem, (§. CCCLXV. 164.) casum vero ferre teneatur dominus: (§. CCXI. *) fieri non potest, ut debitor liberetur, si v. g. vinum sibi creditum in acetum abiisse, pecuniamve creditam furto subtractam esse, vel alio casu interiisse, conqueratur. Multo minus ergo debitor, qui solvendo non est, excusabit paupertas, si vel nequitia sua disperdiderit bona, vel otio torpens, fu-

*In velleo flumini
 est grandis alar
 en son vinafere!*

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON

®

Sanga no? corum instar, alienis opibus vivere, et res, ab alio non sine sudore partas, turpiter abligurire non dubitarit. Est enim hoc hominum genus pestilentissimum, et ad nefanda quævis facinora perpetranda profligatum, siquidem fieri non potest, ut aliena non adperant, qui dilapidarunt sua. Quo pertinet oratio Catilinæ apud Sallust. *Catil. Cap. XX.*

§. CCCLXVII.

An usu-
ra jure
naturæ
licita?
Ceterum, quamvis hic contractus sua natura non minus, quam commodatum, sit gratuitus: mos tamen, tepescente jam caritate hominum, invaluit, ut creditores sibi præmium aliquod pro sorte concessa à debitoribus stipularentur, quod si in parte sortis quota singulis annis, mensibusve præstanda, consistit, USURA vel FOENUS adpellatur, quamvis posterius vocabulum sæpenumero in malam partem pro mordacibus usuris, quibus debitorem aliquando ad incitas redigunt creditores, accipiatur. De his vero usuris vetus hæc, et à multis viris doctissimis agitata est quæstio, easne à debitoribus recte sibi stipulentur creditores, an jus naturæ illis refragetur? *)

*) Non est quod hic verbosius agamus de hujus controversiæ, quæ superiore sæculo in Belgio recruduit, historia. Otium nobis fecerunt celeberrimus Noodtius *de fœnore et usuris I. 4. sequ.* Martinus Schook *Exercit. var. p. 430. sequ.* et Thomas. *Not. ad Lancellot. IV. 7. not. 279. p. 2024. sequ.* qui postremus et occasionem hujus controversiæ, et alterutrius sententiæ patronos, diligenter recenset. Fatendum tamen est, plerosque viros doctos, qui de hac quæstione scrip-

Ad §. 367. in Schol. et §. 368.

Qui de hæc quæstione scripserunt, magis de jure divino positivo, quam de naturali esse sollicitos. Quæstio de usuris, etsi tot agitetur concertationibus inter Catholicos et Protestantes auctores, neque adhuc consopita, ac decissa sit, tamen jure naturæ, de quo tantum hic agimus, eas improbari contra Heineccium evinci potest. Nam si contractus mutui gratuitus est, uti hactenus jura voluerunt, contra hujus naturam,

scripserunt, magis de jure divino positivo, quam de natura
Kk ij tu-

essentiamque erit omnino adstipulari usuram et retributionem quamcumque, veluti pretium ac stipem contractus hujusmodi: ita enim non amplius gratuitus erit, neque contractus ille, qui constitui intelligitur. Quare mutuanti deficit titulus, quo innixus accessio- nem sortis consequi possit. Præterea si dominium plenum transfertur in mutuatariam, sicuti nunc omnes jurisconsulti consentiunt, res mutuata mutuanti fructus ferre nequit: quoniam fructus rei ab ipsius tantum domino percipi possunt, aut ab eo cui ipse cessit, quod hoc in casu non fit, cum mutuatarius mutuata rei usum, ac proventus habeat; præsertim cum res fungibilis infrugifera naturâ sua, adeoque incapax ferendi fructus mutuanti. Postremo quia æqualitas, et justitia omni contractui essentialis per usuram evertitur. Nam contra justitiam omnino est, ut mutuans finito mutuo accipiat rem et pretium, contributionemque usus ipsiusmet rei, quæ non amplius sua est, et quæ perit mutuatarie contractu durante. Mutuatarie etenim obstrictus manet ad restitutionem rei, ad pretium usus ipsius rei, deinde ad casus omnes in se ferendos: dum interea mutuans rem salvam, tectamque habet, simulque ipsiusmet rei fructus, proventusque expiscatur: quod non minus justitiæ regulis, quam cari atque repugnat. Adeo ut ob hanc turpitudinem, quæ in ejus materia reperitur, nempe propter inæqualitatem inter datum et acceptum, et tituli vacuitatem jure naturæ sit contractus hujusmodi, ut de re turpi irritus.

Ad objecta respondes. Nullius momenti est, quod excipiunt usurarum patroni, uti hic Heineccius i. injustum in primis non esse cum aliis res gratis non communicare, sed mercedem aliquam propter has exigere. Nam hoc verum esset, cum agitur de contractibus onerosis, minime vero de gratuitis, quoniam contra gratuiti contractus naturam est, mercedem accipere velle. Ita enim mutuans adstipularet sibi à mutuatarie gratitudinem, atque animi recognitionem, deinde rem

turali, fuisse sollicitos, adeoque hujus juris studiosos non multum utilitatis ex plerorumque lectione capturos.

§. CCCLXVIII.

rem et pretium ipsiusmet usus rei, quod non solum ab æquitate et justitia, sed à lumine naturali et ratione recedit quam longissime. 2. Speciem aliquam præfert aliud quod obiciunt, scilicet mutuarius sæpe sapius ingne lucrum in re mutuata facit, dum creditor interea re sua caret, et sapius non sine damno et incommodo, neminem vero cum alterius jactura locupletiolem fieri oportere. Verum mutuarii lucrum omnino incertum est, infortuniis, atque eventibus, periculisque fere infinitis obnoxium: unde inconveniens prorsus erit injustumque, quod mutuans hoc titulo incerto, et dubio certum tamen lucrum sibi per scœna seponat. Quod si mutuans incommodum, damnumque hujus contractus causa patiat, non incongruum erit, ut in contractus stipulatione lucro cessante, vel damno emergente prius demonstrato, hujusmodi compensatio conveniatur. 3. Denique nihil etiam dicere juvat, quod maximum periculum subit, qui debitori res suas ea lege concedit, ut iis ad arbitrium uti possit: adeoque non absurdum sit debitorem ab eo mercedem aliquam pro magnitudine periculi exigere. Siquidem cuique liberum est dare mutuum vel non: adstipulanti vero hunc contractum nulla jam potestas recusandi pericula, quæ ab eodem contractu minime separari possunt: ideoque injustum erit, ac penitus inhumanum, immo absurdum, horum causa obolum repetere velle, quoniam idem esset, ac stipem exigere contractus stipulationis causa.

Ceterum usura non tantum à jure naturæ ac principis rationis respuitur, uti hactenus monstratum est, sed etiam lege divina positiva dicente Christo in Evangelio Lucæ c. 6. v. 35. *mutuum date nihil inde sperantes.* Quæ postea expresse damnata ac proscripta fuit Ecclesiastico etiam jure, sicuti constat ex Concil. Vienn. sub Clem. V. et ex toto titulo Decretal. de usuris, et ab omni populo civili ac bene consti-

§. CCCLXVIII.

Enimvero quum I) injustum non sit, cum aliis res non gratis communicare, sed mercedem aliquam exigere; (§. CCCXXVIII. 8.) deinde II) alter, al-

Quod
adfirman-
dum.

tuta republica sub gravissimis pœnis in fœnebre malum provisum, unde Covarruv. Var. lib. 3. c. 1. à nn. 5. 7. probat jure naturali, Divino, Pontificio, et Regio usuras esse prohibitas. Nec nobis negotium facit Deuteronomii locus cap. 23. quo utitur Heineccius hic, et alii plures ad probandum conventiones usurarias permissas fuisse Israelitis inter extraneos, nihil vero juri naturæ adversum umquam Judæis licuisse. Quibusdam enim placuit eum locum ita esse intelligendum ut usura Judæis, minime fuerit permissa, nec licita etiam erga alienigenas: sed tantum dissimulatione quadam ea permissio processerit, et concessa fuerit Judæis ad majus malum effugiendum ob duritiam et avaritiam eorum, sicuti et eis permissus est libellus repudiï, atque ita hunc sensum probarunt cum Div. Thoma. 2. 2. q. 78. art. 1. Aliis autem hac in re visum est inibi usuras permitti non erga omnes alienigenas, et externos, sed tantum erga eos quibuscum bellum juste gerebant, quoties ab hoste accipitur usura in compensationem damni injuste, et inique lati, vel ubi bona ab hoste possessa sunt ipsius mutantis, aut ad eum pertinent v. Covarruv. l. c. Fleuri Inst. Eccles. p. 3. c. 13. Almici 3. 23. 24. Werenk. n. 166. Sunt autem vero qui locum Lucæ ita denique intelligant: *non defraudantes*, et ibi de mutuis officiis agi, ne alterum spe concepta beneficiæ fraudent, quod ad liberalitatem, et caritatem pertinet, nec de usuris loqui, neque eas usquam prohibitas, nisi in mutuo pauperi dato, non diviti vero, vel ei qui pecuniam industria fructuosam reddere valeat, et ita alios Scripturæ textus accipiant. In quam sententiam cum proclives videat graves vi-

ros
% Veau Feslog. Jsgm. t. 5. par. 2.
Jelon Jemitan. Año 1853.

terius rebus abutens, aliquando insigne lucrum faciat, creditor vero interea re sua, sæpe non sine damno et incommodo, careat, neminem vero cum alterius damno locupletiolem fieri oporteat: (§. CCLVII.) præterea III.) maximum periculum subeat, qui debitori res suas ea lege concedit, ut iis abuti possit, adeoque non absurdum sit, creditorem ab hoc mercedem aliquam pro magnitudine periculi exigere: (§. CCCXXXI. 22.) rectissime inde colligere nobis videtur, 169) rectæ rationi in se non repugnare pactum usurarium, cum eo initum, qui ex pecunia nostra lucrum insigne facere potest: *) et quamvis 170) usuræ quantitas definienda sit pro ratione lucri, quod probabiliter ex sorte capere posse videtur debitor: tamen 171) non iniquum esse, eam pro periculi magnitudine, raritate pecuniæ, similibusque circumstantiis, intendi, (§. CCCXXXI. 22.) ceu exemplum *fænoris nautici* ostendit.

*) Cui doctrinæ frustra alii obvertunt, 1) nummum esse rem sterilem, adeoque inde usuras, quasi *rinov*, seu foetum, non posse exigi. Est enim nummus res sterilis physice, non civiliter, quia sæpe per commercia pecunia quis alterum tantum, immo multo plus, lucratur. *Matth. XXV. 16. 17.* 2) Commodatum esse gratuitum: ergo et mutuum tale esse debere. Commodans enim, rei non fungibilis usum alicui concedens, minus incommodi ac periculi sentit, quam creditor, dum rei fungibilis dominium cum facultate ea abutendi in debitorem transfert. 3) Ipsam Deum usu-

ros Antonius Genuensis definitionem aliquam Ecclesiæ cupiebat Elem. Christ. Theol. lib. 4. c. 5. Quapropter consulas velim Scipionis Maffei *Dell' Impiego del Danaro libri tre* doctrina, et methodo absolutissimum opus, Romæ iterum anno 1746. excussum, ubi litteras encyclicas Bened. XIV. hac super re datas affert, simulque ingenue fatetur, mercedem reposci minime licitum esse ex vi tantum mutui, nisi damni, aut reciproce utilitatis, vel altera ratio, et titulus accedat, interim tamen hoc est quod quærimus.

usuraria pacta prohibuisse *Exod. XXII. 25. Lev. XXV. 37. Psalm. XV. 5. Luc. VI. 34. sequ.* Conventiones enim usurarias Deus tantum proscripserat ex republica Hebræorum extenus, ut Israelita ab Israelita illas exigere non posset: eas autem inter Israelitas et extraneos diserte permiserat // *Deut. XIII. 19. 20.* Jus naturæ autem inter contribules et extraneos nihil statuit discriminis. Conf. Jo. Selden. *de jure nat. et gent. VI. 10.* Jo. Clerie. *ad Exod. XXII. 25. p. 112.*

§. CCCLXIX.

Alter contractus ejus generis est **PIGNUS**, per quod intelligimus obligationem ad rem creditori in securitatem crediti tradendam. Si enim res, maxime immobilis, non traditur, sed tamen creditori in illa constituitur jus, illam, si nomen non expunctum fuerit, occupandi, negotium illud, quod inter creditorem et debitorem intercessit, **HYPOTHECA** adpellatur. Denique si placuerit, ut fructus rei, in securitatem crediti tradita, creditor *vice usurarum* percipiat: conventio hæc **FACTI ANTICHRETICI** nomine venit.

Quid pignus, hypotheca, Pactum antichreticum?

§. CCCLXX.

Itaque ex definitione **PIGNORIS** patet, 172) rem oppignoratam debere esse in bonis debitotis, adeoque 173) fraudem animadversione dignissimam esse ejus, Qui jus qui rem alienam, veluti commodatam, depositam, locatam, pignori supponit. 174) Creditoris esse, pignore, si usu deterius fieri possit, non uti, sed 175) illud non minore diligentia, quam res proprias, custodire, et, 176) soluto debito, debitori restituere. Denique, quum regulariter casum ferat dominus: (§. CCXI. *) consequens est, 177) ut et pignoris periculum penes debitorem maneat, isque, 178) pignore casu fortuito pereunte, ad solvendum, quod debet, nihilominus sit obligatus. *)

*) Ju-

Ad §. 369.

Creditori *vice usurarum*. Usurarum loco proventus rei intelligendus.

*) Jure equidem Germanico medii ævi, casu intereunte pignore, debitor ab obligatione solvendi debitum liberatus erat. Jus prov. Sax. III. §. Stirbt ein pferd, oder ein vieh in der versatzung, ohne jenes schuld, der das under ihm hatte, beweiset er das, und thut auch da-u schwerem, er gilt es ihm nicht, er hat aber sein geld verlohren, da es ihm vor versatz stunde, ihr gelubde stunde dann anders. Quibus gemina sunt in Spec. Suev. Cap. CCXLIII. Aliquando et pacto speciali cavebatur, ut periculum esset penes creditorem, quale est apud Pontan. Hist. Dan. Lib. IX. ad ann. MCCCCXI. Sed uti id ex singulari Germanorum principio, quod creditor dominium pignoris consequeretur, fluebat, de quo nos Elem. jur. Germ. Lib. II. tit. §. 319. sequi. ita rationes nostræ in ipso paragrafo adlatæ non ferunt, ne hæc juri naturali attribuamus.

§. CCCLXXI.

Quid circa hypothecam? Deinde ex HYPOTHECÆ definitione (§. CCCLXIX.) colligimus, (179) eam vix consistere posse in rebus mobilibus, quas debitor, inscio creditore, facile alienare, et in extraneum transferre posset, sed (180) in immobilibus maxime, veluti fundis, ædibus, urbibus et territoriis: *) nec non (181) in universitatibus rerum mobilium diffusioribus, quæ non æque facile è loco in locum transferuntur, veluti bibliothecis numerosioribus, immo (182) etiam in juribus, si inde insignis utilitas ad possessorem redundare possit. (183) Quidquid vero hoc modo oppignorum sit creditori, in eo illi jus merito durare, in quemcumque res ipsa translata sit: quum alias sine effectu futura esset hypothecæ constituito.

*) Addimus hæc ob verba Pufendorffii de jure nat. et gent. V. 10. 16. Inter eos, qui in libertate naturali invicem vivunt, nude hypothecæ sunt inutiles. Nam ubi ultro debitor solvere renuerit, vi utique et armis erit invadenda possessio hypothecæ. Atqui etiam circa assignationem hypothecæ inter tales qualibet bona debitoris invadere licebat. Sed non desunt exempla hypothecarum hujusmodi et inter liberas gentes constitutarum, qualia collegit Hert. ad hunc locum p. 738. sequi. qui et ad rationem Pufendorffii eleganter respondet, posse hujus hypothecæ insignem usum esse, si urbs ita oppignorum ad tertium pervenerit. Ceterum facile largimur, non temere

re contentas fore liberas gentes hujusmodi simplice hypotheca, sed saltim sibi stipulaturas jus præsidii in urbibus oppignorantis, quod anno MDLXXXV. fecisse novimus Elisabetham, Angliæ Reginam, quum ei Belgæ Ulissingam, Ramkenium et Brilam oppignorassent. Em. Metcran. Rer. Belg. Lib. XIII. et Annalistæ Belg. reliqui ad hunc ann.

§. CCCLXXII.

Denique ex PACTI ANTICHRECTICI definitione (§. CCCLXIX.) adparet, (184) ei pacto tantum locum esse in oppignoratione rerum fructuosarum: quumque fructus vice usurarum sint, (185) eos non notabiliter excedere debere usurarum modum, quem supra æquitati convenientissimum esse, diximus. (186) Casum hic quoque non ferre creditorem nisi aliud conventum sit, ac proinde, (187) si ob sterilitatem calamitatemve publicam tantum non percipere potuerit creditor, quantum ei *usurarum nomine* debebatur, illud debitorem merito aliunde supplere debere.

§. CCCLXXIII.

Omnibus vero his contractibus commune est, (188) quod, quia in securitatem crediti ineuntur, (§. CCCLXIX.) creditori jus sit pignus et hypothecam ob moram debitoris distrahendi, et, deducta sorte, cum usuris, reliquum tantum pretium restituendi debitori: nisi (189) adjecta sit LEX COMMISSORIA, id est, pactum de re oppignorum, si intra certum tempus non re-
luatur, *creditori pro sorte et usuris* reliquenda. Quam-

Ad §. 372.

Usurarum nomine. Uti. §. 369. accipiendæ usuræ, pro rei proventu.

Ad §. 373.

Creditori pro sorte, et usuris. Fructibus intellige, et ita lex commissoria juræ naturæ licet, quia sub quacumque conditione honesta, et rationabili tamen, res alienare fas est, modo non malitia, læsio enormis, dolus,

vis enim id pactum improbet leges Romanæ recentiores, *) *l. un. C. Theodos. de commissor. rescind. l. ult. C. de pact. pign.* idque jure fieri potuerit, ob creditorum quorundam avaritiam: non tamen inde sequitur, ut et jus naturæ, quod domino alienationem rerum suarum sub quacumque conditione permittit, (§. CCCIX. 13.) improbet hujusmodi pactum, à quo ne principes quidem et gentes liberas abstinuisse, exemplis variis demonstravit laudatus Hert. *ad Pufend. V. 10. 14. p. 737.*

*) Veteres enim leges, strictius inhærentes simplicitati juris naturalis, nihil habent, quod huic PACTO COMMIS-SORIO adverteretur. Immo libera adhuc republica illud pro licito habitum esse, probat locus Ciceronis *Epist. ad famil. XIII. 36.* ab eodem Hertio, et ante eum à Jac. Gothofredo ad *l. un. C. Theod. de commiss. resc.* adlatus: *Philotes Alabandensis in obsequio Cluivio dedit: hæc commissæ sunt.* Sed mira creditorum asperitas, qua miseri debitores, pignora debito pretiosiora sub hac conditione dare coacti, ad incitas redigebantur, demum subegit principes, ut hoc pactum, cum maximo debitorum detrimento conjunctum, legibus severissimis proscriberent.

§. CCCLXXIV.

Tertius, qui et ante inventum nummum, et postea, locum habere potuit, contractus est FIDEJUSSIO, id est, obligatio ad id, quod tertius debet, in subsidium solvendum. Siquis enim, se pro altero non in subsidium solviturum, constituit, sed una cum alio in solidum se correalis se obligat, REUS, et obligatio utriusque CORREALIS vocatur. Denique qui alterum, consentiente creditore, obligatione liberat, eamque in se totam suscipit, is EX-PROMISSOR adpellatur. Qui contractus omnes æque, ac pignoris, in securitatem creditorum excogitati sunt, et

lus, et pravitas aperta in ea interveniat, quo casu ob turpitudinem reprobatur, et ob inæqualitatem justitiæ uti supra diximus. (367.) Ideo per leges Romanas postea damnata leg. ult. Cod. de pact. et pign. ob creditorum insatiabilem avaritiam. Almic. 1. 13. 26.

et frigescentis inter homines amoris ac fidei argumentum præbent locupletissimum. *)

*) Si enim tantus esset inter homines amor, quantum esse oportebat: nec creditor diffideret debitori, nec debitor de creditore defraudando vel cogitationem animum subire pateretur: et sic nec pignora, nec fidejussores, nec correos, nec expromissores, quisquam exigeret. Dum vero hodie tam oculatæ sunt manus, ut, nisi quod vident, nihil omnino credant: argumentum hoc est humanæ perfidiae, tepescentsque amoris luculentissimum. Observavit id jam Seneca, qui de *Benefic. III. 15.* Utinam, inquit, nulla stipulatio emtorem venditori obligaret! nec pacta conventaque impressis signis custodirentur! fides potius illa servaret, et æquum colens animus! Sed necessaria optimis prætulerunt, et cogere fidem, quam spectare, malunt. Adhibentur ab utraque parte testes: ille per tabulas plurima nomina, interpositis paravis facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem sua manu tenuit. O turpem humano generi FRAUDIS AC NEQUITIÆ PUBLICÆ CONFSSIONEM! Annulis nostris plus, quam animis, creditur.

§. CCCLXXV.

Ceterum ex FIDEJUSSIONIS definitione (§. CCCLXXV.) patet, 190) fidejussoribus, quum alterius obligationi in subsidium accedant, non esse locum, nisi id, quod debetur, ita sit comparatum, ut à quovis æque commode, ac ab ipso debitore principali, præstari possit: adeoque 191) ipsi rectæ rationi adversari fidejussiones pro capitis damnatis, quamvis eas veteres quædam gentes admiserint: *) nec 192) quidquam obstet, quo minus, si mulcta expiari possit crimen, alius pro alio intercedat, seque multam pro reo solviturum, in subsidium constituat.

*) De Græcis res certa est ex variis exemplis, quæ jam collegit Pufendorf. *de jur. nat. et gent. V. 10. 12.* Esse et statuta, quæ vadium usum probent, ostendit laudatus Hert. *ad Pufend. ibid. p. 735.* Dum vero alii hujusmodi obligationem fidejussoriam defendi posse existimant exemplis sacris *Gen. XLII. 37. XLIII. 9. 1 Reg. XX. 39.* eos omnino fugit ratio. Obligationem Rubenis stolidam esse, unusquisque intelligit, maxime quum non suum, sed innocentum liberorum, capita veluti oppignoret, et quidem

non pro reo capitalis criminis: sed pro Benjaminis fratris reditu ex Aegypto. Unde vix probabile est, Jacobum virum pium et prudentem conditionem accepisse. Judas quidem fidejuber, sed non pro capitis damnato, nec vitam oppignorat. Denique 1 Reg. XX. 39. nemo vitam pro reo obligat, sed custodia captivi illi demandatur, sub capitis periculo. Ut hinc manifestum sit, hanc veterum consuetudinem in sacris litteris non reperire praesidium.

§. CCCLXXVI.

Obliga-
tio fide-
jusso-
rum.

Quod ad obligationem fidejussorum attinet, ex eadem definitione (§. CCCLXXIV.) patet, 193) eos se obligasse ad idem, quod creditor à debitore jure exigere potest, adeoque 194) iniquum esse, plus sibi fidejussoribus, quam à debitore, stipulari creditorem: 195) obligationem fidejussorum esse subsidiariam, ac proinde 196) jure naturali illos non indigere singulari BENEFICIO ORDINIS vel EXCUSIONIS, sed 197) tum demum conveniri posse, si satis constet, debitorem principalem solvendo non esse: *) 198) Plures fidejussores, qui pro iisdem personis iisdemque rebus intercesserunt, merito pro rata tantum teneri, nisi se ultro et diserte in solidum obligarint: atque hinc 199) NE BENEFICIUM quidem DIVISIONIS illis jure naturæ esse necessarium, quippe pro rata obligatis, 200) nisi forte confidejussores solvendo non sint, idque fidejussor ignorare non potuerit.

*) Contraria quidem fuit gentium multarum sententia, nimirum fidejussorem et ante debitorem principalem conveniri posse. De Hebraeis vid. Prov. XX. 16. XVII. 18. De Græcis notum illud Thaletis: ἕγγυς, πᾶσα δ' ἔστι, σponde, et nuxa praesto erit. Denique et Germanorum fertur vetus paromia: Den burgen muss man würgen. Conf. Schilt. Exerc. XLVIII. 21. Sed et Romanis idem rigor placuit, donec Justinianus beneficium ordinis vel excussionis invenit Novella IV. Enimvero quum fidejussor non nisi in subsidium alterius obligationi accesserit, et, si ipse illico conveniretur, inter fidejussorem, reum et expromissorem nihil esset discriminis futurum: ipsa recta ratio docet, illum teneri in subsidium, nec ante debitorem principalem esse conveniendum. Cic. Epist. ad Attic. XVI. 15. Sponsors adpellare, videtur habere quamdam, ἀνεπίστατον.

§. CCCLXXVII.

§. CCCLXXVII.

Quum porro REI se alteri in solidum obligent: (§. CCCLXXIV.) facile patet, 201) creditoris in arbitrio esse, ab utro exigere velit solutionem, * 202) uno vero expungente nomen, alterum liberari, sed tantum ratione creditoris, cui, quod debebatur, solutum est, 203) non ratione correi, qui dum pro correo solvit, ejus negotia gessit, (§. CCCXLVI.) adeoque omnino indemnus ab altero praestandus est. (§. CCCXLIX. 102.)

*) Non ergo hic locus est divisioni obligationis. Quia tamen, si uterque reus solvendo est, et uterque facile potest interpellari, nulla justa causa est, cur unum urgere, totamque summam ab eo solo extorquere velit creditor: ipsa eum humanitas, non adeo amare jus suum persequi, sed reum utrumque urgere jubet. Neque enim patitur humanitas, ut aliquid ab altero cum ejus incommodo exigamus, quod facilius et sine nostro alteriusque detrimento consequi possemus. (§. CCXVI. 8.)

§. CCCLXXVIII.

Denique ex EXPROMISSORIS definitione (§. CCCLXXIV.) colligimus, 204) ejus eandem esse obligationem, ac ipsius debitoris principalis, adeo, ut nique 205) hic expromissione cum consensu creditoris facta liberetur, ac proinde 206) expromissor nec ordinem vel debitoris excussionem urgere, nec 207) creditorem, si ab expromissore suum servare non potest, ad debitorem principalem, quem semel liberavit, recurrere possit, sed ab expromissore, cujus fidem sequutus est, id, quod sibi debetur, simpliciter expectare cogatur.

§. CCCLXXIX.

Proximus est contractus SOCIETATIS, quem non minus ante inventam numum, quam postea, locum in Contractu venisse, vel ex eo intelligitur, quod nihil aliud est, res societatis,

quam lucri, ex collatis rebus vel operis provenientes, damnique inde emergentis, inter plures communicatio. *) Res vero atque operas æque ante inventum nummum, ac postea, communicari potuisse, nemo temere dubitabit.

*) Itaque hic agimus de communione, sociorum consensu inita. Consensus vero quum vel expressus sit, vel tacitus, et hic quidem, quod ille, operetur: (§. CCLXXV. 25.) consequens est, ut societas tacito consensu, id est, facto, contrahi possit. Hert. *diss. de societate facto contr.* Prout vero vel omnia bona, vel quædam tantum, vel res quædam singulares operæve, conferuntur, societas vel UNIVERSALIS, vel GENERALIS, vel SINGULARIS solet appellari *Universalem et generalem* aleam quodammodo continere, in singulari æqualitatem observandam esse, recte monuit Grot. *de jure belli et pac. II. 12. 24.*

§. CCCLXXX.

Quum ergo in societate UNIVERSALI universa, in GENERALI quædam bona communia sint, ita tamen, ut hic contractus quodammodo aleam contineat: (§. CCCLXXIX. *) consequens est, 208) ut lucrum quidem et damnum inter socios hoc commune sit: at 209) collatio tamen admodum inæqualis esse possit, nec 210) habeat socius, quod conqueratur, si, exigentibus necessitatibus, unus socius, qui minus contulit, altero plus expendat: immo, quin 211) socius contractum ab altero æs alienum pro rata exsolvere debeat, eo minus videtur dubitandum, quo magis expediti juris est, et lucri ab uno facti alterum esse participem, eumque, qui commodum è re sentit, merito et incommoda ferre debere.

§. CCCLXXXI.

Contra quum in societate SINGULARI merito observanda sit æqualitas, (§. CCCLXXX. *) ea vero in collatione observetur: sequitur sane, 212) ut æqualitas illa in dividendo lucro, et damno non possit esse arithmetica, sed geometrica, *) adeoque, 213) qui plus

plus rerum operarumve in commune contulit, tanto plus lucri damnique ferre debeat, quanto alter minus contulit. Quandoquidem tamen in suis rebus quisque alteri qualecumque commodum concedere potest: (§. CCCIX. 13.) nemo negaverit, 214) posse socios pactionibus inter se aliud statuere, et in dividendo lucro damnoque vel æqualitatem arithmeticam, vel 215) qualemcumque inæqualitatem probare, dummodo non 216) dolo unius ex sociis hoc negotium degeneret in societatem leoninam Phædr. *Fab. I. 6.*

*) Sunt qui hic æqualitatem arithmeticam, tamquam inter fratres, servandam esse statuunt, et ita interpretantur *I. 6. l. 29. l. 80. D. pro soc.* aliosque juris Romani locos. Connan. *Comment. jur. civ. VII. 19. 5.* Hub. *Praelect. ad tit. Inst. de societ.* Sed quum fictionem redoleat illa sociorum fraternitas, adeoque in jure natura ejus ratio haberi nequit, et præterea hic lucrum ex rebus operisque, in commune collatis, proveniat: nihil æquius profecto est, quam ut lucrum damnumque pro rata rei operæque collatæ dividatur. Recte Aristot. *ad Nicom. VIII. 16.* *Ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πᾶσι λαμβάνεται ἡ συμβαλλομένη πᾶσι.* In pecuniarum communione plura accipiunt, qui plura contulerunt.

§. CCCLXXXII.

Denique observandum, quum hæc societas consensu, vel per modum conventionis contrahatur, (§. An so- CCCLXXIX. *) 217) ex juris naturalis principiis vix citio li- deduci posse regulam juris Romani, ex societate cuivis ceat, al- excedere licere, dummodo id non intempestive et in al- tero in- terius fraudem fiat: *) sed potius 218) rem omnem vito, so- cietate excede- re. re. *)

redire ad legem conventionis, et hinc, si perpetuam societatem inire placuit, eam debere esse perpetuam, sin- temporalem, temporalem; nisi quod, 219) si alter sociorum injuriosus, damnosusve sit, vel leges contractus manifesto violet, æquissimum videtur, socio facultatem esse debere, et ante tempus constitutum societati renunciandi.

*) Quod vel ex ipsis rationibus, quibus, veteres juris conditores utuntur, liquido probari potest. Modo enim hanc reddunt rationem, quod communio sit mater discordiarum:

rum: l. 77. §. 20. *D. de legat. 2.* modo, quod naturale vitium sit, negligi id, quod communiter possideatur: l. 2. *C. quando et quib. quarta pars*, quibus tertiam rationem addunt nonnulli, quod personæ, quam socium adsciscimus, qualitas et industria eligatur, adeoque si spei non respondeat socii fides et diligentia, socio merito salvum esse oporteat societati renunciandi arbitrium. Enimvero non minores sæpe discordias excitant emptio venditio et locatio conductio, in quibus tamen negant, locum esse penitentia. Et non minus aliquando negliguntur ædes, aliis locatæ, quam communes, et tamen ideo contractam ante tempus abrumpere non licet. Denique et, qui operas conducit, personæ qualitatem et industriam eligere solet, et tamen contractum ante tempus finire nequit. Si ergo reliquis contractibus valet regula: *Sicut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus: ita renuciare semel constituta obligationi, adversario non consentiente, nemo potest: l. 5. C. de obl. et act.* quidni etiam de societate idem omnino dici posset?

§. CCCLXXXIII.

Subjicimus DONATIONEM, per quam intelligimus promissum de re nostra in alterum gratis transferenda. Ex ea vero definitione facile patet, 220) eam non modo pure, sed et sub quacumque conditione, adeoque 221) sub conditione etiam mortis donatoris, vel ejus contemplatione fieri posse, adeoque 222) recte dividi in DONATIONEM INTER VIVOS, et MORTIS CAUSSA. 223) Rem inter vivos donatam merito esse tradendam, nec 224) donatori eam revocandi superesse arbitrium. Denique ex iis, quæ supra diximus, colligi potest, 224) donatarium, re evicta à donatore petere non posse victionis præstationem, (§. CCLXXIV. 24.) et 225.) donatori ad gratum animum quavis occasione verbis factisque testandum omnino esse obligatum. (§. CCXXII. 40.)

§. CCCLXXXIV.

Denique de omnibus generatim contractibus adhuc Corollam monendum est, 226) illos, quia consistunt in contraria quæsensu, (§. CCCXXVII.) ab his esse ineundos, qui

vel à natura, vel à legibus, consentire non prohibentur. dam de 228) De inde, quia contractus commercii causa incontractenti sunt, (§. CCCXXVII.) contrahendum quoque tibus in esse de rebus, quæ honeste, et permittentibus legibus, genere. in commercio esse possunt: ac proinde 229) nullum valere contractum de rebus turpibus, impossibilibus, rebus per leges commercio exemptis, quamvis 230) quum res pleræque non natura, sed legibus positivis commercio eximantur, eæ etiam contractus permittere possint super rebus, super quibus aliarum gentium legibus et moribus contrahere non liceret. *)

*) Exemplo esse possunt cadavera. Ea oppignorare apud nos procul dubio et inutile esset, et pro contractu turpissimo haberetur. Contra apud Ægyptios lex permittebat cadavera parentum condita oppignorare, et ei, qui, illis neglectis, non expunxerat nomen, honesta sepultura negabatur. Diodor. Sicul. *Bibl. l. 93.* Contra natura inhonesta est oppignoratio uxorum, liberorumque, quod in regno Pegu permittitur, quia illa non potest non plena esse tristissimi eventus. Unde et creditorem relegatione dignum judicabant Romani, qui sciens filiumfamilias pignori à patre acceperat. *l. 5. D. quæ res pign.*

CAPUT. XIV.

De Pactis.

§. CCCLXXXV.

Quamvis inter PACTA et CONTRACTUS jure naturæ nihil sit discriminis, dum utrumque negotium utriusque consensu capit substantiam: dici tamen potest, CONTRACTUS ex vetere loquendi consuetudine ad rerum operarumve commercium; (§. CCCXXVII. 6.) pacta ad alias res, factave, quæ in commercio esse non solent, pertinere. *) Sic e.g. quamvis homines ingenui utriusque sexus non sint in commercio: inter eos tamen contingere solet de nuptis, vel infuturum, vel in præsentem, celebrandis, isque consensus tum sponsalitiis, tum nuptialis PACTORUM nomine recte venit.

*) Agnovit id discrimen etiam Pufendorffius *de jure nat. et gent.*

rum: l. 77. §. 20. D. de legat. 2. modo, quod naturale vitium sit, negligi id, quod communiter possideatur: l. 2. C. quando et quib. quarta pars, quibus tertiam rationem addunt nonnulli, quod personæ, quam socium adsciscimus, qualitas et industria eligatur, adeoque si spei non respondeat socii fides et diligentia, socio merito salvum esse oporteat societati renunciandi arbitrium. Enimvero non minores sæpe discordias excitant emptio venditio et locatio conductio, in quibus tamen negant, locum esse penitentia. Et non minus aliquando negliguntur ædes, aliis locatæ, quam communes, et tamen ideo contractam ante tempus abrumpere non licet. Denique et, qui operas conducit, personæ qualitatem et industriam eligere solet, et tamen contractum ante tempus finire nequit. Si ergo reliquis contractibus valet regula: Sicut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus: ita renuciare semel constituta obligationi, adversario non consentiente, nemo potest: l. 5. C. de obl. et act. quidni etiam de societate idem omnino dici posset?

§. CCCLXXXIII.

Subjicimus DONATIONEM, per quam intelligimus promissum de re nostra in alterum gratis transferenda. Ex ea vero definitione facile patet, 220) eam non modo pure, sed et sub quacumque conditione, adeoque 221) sub conditione etiam mortis donatoris, vel ejus contemplatione fieri posse, adeoque 222) recte dividi in DONATIONEM INTER VIVOS, et MORTIS CAUSSA. 223) Rem inter vivos donatam merito esse tradendam, nec 224) donatori eam revocandi superesse arbitrium. Denique ex iis, quæ supra diximus, colligi potest, 224) donatarium, re evicta à donatore petere non posse victionis præstationem, (§. CCLXXIV. 24.) et 225.) donatori ad gratum animum quavis occasione verbis factisque testandum omnino esse obligatum. (§. CCXXII. 40.)

§. CCCLXXXIV.

Denique de omnibus generatim contractibus adhuc Corollam monendum est, 226) illos, quia consistunt in contraria quæsensu, (§. CCCXXVII.) ab his esse ineundos, qui

vel à natura, vel à legibus, consentire non prohibentur. dam de 228) De inde, quia contractus commercii causa incontractanti sunt, (§. CCCXXVII.) contrahendum quoque tibus in esse de rebus, quæ honeste, et permittentibus legibus, genere. in commercio esse possunt: ac proinde 229) nullum valere contractum de rebus turpibus, impossibilibus, rebus per leges commercio exemptis, quamvis 230) quum res pleræque non natura, sed legibus positivis commercio eximantur, eæ etiam contractus permittere possint super rebus, super quibus aliarum gentium legibus et moribus contrahere non liceret. *)

*) Exemplo esse possunt cadavera. Ea oppignorare apud nos procul dubio et inutile esset, et pro contractu turpissimo haberetur. Contra apud Ægyptios lex permittebat cadavera parentum condita oppignorare, et ei, qui, illis neglectis, non expunxerat nomen, honesta sepultura negabatur. Diodor. Sicul. Bibl. l. 93. Contra natura inhonesta est oppignoratio uxorum, liberorumque, quod in regno Pegu permittitur, quia illa non potest non plena esse tristissimi eventus. Unde et creditorem relegatione dignum judicabant Romani, qui sciens filiumfamilias pignori à patre acceperat. l. 5. D. quæ res pign.

CAPUT. XIV.

De Pactis.

§. CCCLXXXV.

Quamvis inter PACTA et CONTRACTUS jure naturæ nihil sit discriminis, dum utrumque negotium utriusque consensu capit substantiam: dici tamen potest, CONTRACTUS ex vetere loquendi consuetudine ad rerum operarumve commercium; (§. CCCXXVII. 6.) pacta ad alias res, factave, quæ in commercio esse non solent, pertinere. *) Sic e.g. quamvis homines ingenui utriusque sexus non sint in commercio: inter eos tamen contingere solet de nuptis, vel infuturum, vel in præsentem, celebrandis, isque consensus tum sponsalitiis, tum nuptialis PACTORUM nomine recte venit.

*) Agnovit id discrimen etiam Pufendorffius de jure nat. et gent.

gent. V. 2. 4. Et quamvis scriptores Romani, quia alio sensu accipiunt vocabula, aliudque discrimen pactorum et contractuum statuunt, non semper verbo *contrahere* utantur de rebus, quæ in commercio; *pacisci* de rebus factisque, extra commercium positis, veluti dum dicunt *contrahere nuptias*, l. 22. D. de ritu nupt. *pacisci ab aliquo nuptios*: Val Max IX. 4. 2. nomen tamen CONTRACTUS vix aliter accipiunt, quam de conventionem super rebus, quæ in commercio sunt. Quod adeo verum est, ut ideo iureconsulti contra Donell. *Comm. jur. XIII. 18.* negent, nuptias esse contractum, qui inatur de personis et individua vitæ consuetudine, quæ non sint in commercio. Nihil ergo obstat, quo minus nos hoc pactorum et contractuum discrimen admittamus.

§. CCCLXXXVI.

Nimirum quum homines suaviter et commode vivere non possint, nisi sibi invicem præstent officia, quæ supra HUMANITATIS et BENEFICENTIÆ diximus, (§. CCCXIV. 2.) et ita tamen inter homines jam pridem refrixerit amor, ut de eorum humanitate et beneficentia confidere non possimus, (§. CCCXXVI.) denique illa officia sint imperfecta, et invitis extorqueri nequeant: (§. CXXII. *) consequens est, 1) ut non alia sit ea certo consequendi ratio, quam consensus alterius. Qui consensus duorum pluriumve in idem placitum de dando aliquo vel faciendo, quod alias vel plane non, vel tantum ex lege humanitatis et beneficentiae debetur, quum vocetur FACTUM: 2) ea, quæ nobis ab aliis dari fierive jure perfecto cupimus, nobis PACISCI debemus. *)

*) Exemplo esse poterunt Abrahamus et Abimelechus. Ipsa sane lex humanitatis et beneficentiae utrumque jubebat benigne adversus se invicem agere, et maxime Abrahamum, virum virtutis studiosissimum, plurimisque ab Abimelecho beneficiis ornatum, ipsa recta ratio ad grati animi memoriam obligabat: et tamen uterque sibi ab altero amicitiam et benignitatem pactam esse, legimus *Gen. XXI. 23. sequ.* Ita sæpe veteres alios pactis obligabant ad præstandum id, ad quod hi jam antea ex legibus humanitatis ac benevolentiae erant obligati.

§. CCCLXXXVII.

§. CCCLXXXVII.

Nec dubitari potest, 3) quin pacta servanda sint. Ea seruum enim, qui aliquid promittit, mentem suam de vanda dando aliquo faciendove sive verbis, sive aliis sig-esse, nis prodat, verbis vero ita utendum sit, ne alter probatur decipiatur: (§. CXCVI. 67.) consequens est, ut et argu-à paciscentibus omnem fraudem omneque abesse oporteat mendacium, adeoque standum sit promissis pac-primisque omnibus, deliberato animo initis, et hinc 4) nihil debeat fide data esse sanctius, 5) nihil perfidia detestabilius. *)

*) Quemadmodum enim pactis quodammodo subvenimus indigentia nostra, idque agimus paciscentes cum aliis, ut nobis officia humanitatis et beneficentiae, quæ alias a plerisque frustra speraremus, præstent: ita facile patet, iis solis inter se genus humanum contineri. Ergo tanto perfidiosius est, magisque nefarium, fidem frangere, quæ continet vitam. Cic. pro Q. Roseto Comedo Cap. VI. Hinc semper generosum visum est *τι ἀφωδία φησὶ, ἢ ὁρᾶν*, vel, ut rem eloquitur Euripides, in *Iphig. in Taur. v. 1004.* *καλὸν τὶ γὰρ εἶναι, εἴτι πιστὸν παρῖ.*
Fulcrum est lingua, cui adest fides.

§. CCCLXXXVIII.

Accedit et altera ratio, cui non minus ponderis Itemque inesse, facile unusquisque largietur. Quum enim officiorum omnium, quæ alteri debemus, communis veluti fons et scaturigo, sit amor justitiæ, (§. CLXXIII. 1) isque nos subigere debeat, ut, quod nobis fieri nosolum, id nec alteri faciamus, (§. CLXXVII. 6.) nemo denique sit mortalium, qui pactis et promissis ab altero decipi velit: denuo sequitur, ut nec nos cuiquam pactionibus et promissis illudere, eumque propter fidem nostram defraudare debeamus, adeoque pacta omnino sint servanda. *)

*) Non hic utimur argumento, quod nec societas civilis servari posset, nisi sancta hominibus esset religio. Quam-

vis enim hoc argumento recte probetur pactorum fideique inter homines necessitas, eamque Cicero *de offic. II. 11.* et inde eleganter demonstravit, quod *ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine illa particula justitiæ*, id est, sine pactis, vivere: ex hac tamen socialitate non esse originem obligationis hujus repetendam, jam supra ostendimus. (§. LXXV.) Itaque binas has rationes, quas hoc et antecedente aphorismis exposuimus, ex principio nostro AMORIS derivare maluimus.

§. CCCLXXXIX.

Ceterum pacta vel *μονοπλευρα*, seu UNILATERALIA sunt, vel *διπλευρα*, seu BILATERALIA. Illis unus tantum alteri; his ambo sibi mutuo aliquid promittunt, adeoque posterioribus tacita inest conditio, unum præstiturum, quod promiserit, si et alter ex sua parte pacto satisfactorius sit. Deinde utraque sunt vel OBLIGATORIA, quibus nova obligatio vel alterutrius, vel utriusque partis, constituitur, vel LIBERATORIA, quibus obligationes, antea constitutæ, tolluntur, vel MIXTA, quibus et obligationes priores tolluntur, et novæ pro arbitrio paciscentium constituuntur, quales in primis NOVATIONES, et TRANSACTIONES de causis dubiis esse, nemo non intelligit. Sed horum omnium eadem est ratio, puta, 5) ut summa fide et quam religiosissime servanda sint, 6) si vel maxime non eo consilio aliquid promiserit alteruter, ut obligari velit. *)

*) Observandum hoc est, contra illos, qui aliam promissionem PERFECTAM, aliam IMPERFECTAM esse statuunt, et illam quidem definiunt, quando non solum promittens obligari vult, sed et simul jus in alterum confert, ut rem promissam veluti debitam plene à se possidere queat: hanc vero, quando obligari quidem vult, qui promisit, ut tamen alteri jus non sit ad exigendum. Quo referunt promissionem: *Ego destinavi, hoc tibi dare, et peto, ut mihi credas*, itemque pollicitationes virorum potentum aut gratiosorum, quibus alicui commendationem vel suffragium spondent. Grot. *Jur. bell. et pac. II. 2. 2.* Pufendorff. *Jur. nat. et gent. III. 5. 5.* Sed 1) sæpe tales promissiones non sunt pacta, sed dicta tantum, vel ad-

severationes, quas à pactis ipsi distinguunt Grotius et Pufendorffius, immo aliquando non pacta sunt, sed præparationes ad pacta, quas vulgo *tractatus* adpellant. 2) Res est pæne contradictoria, aliquem promittere velle, et alii tamen nolle jus ad exigendum dare. Quod nescio, an tale sit commentum, exemplo Mediolanensium, qui increpati de perjurio, respondebant: *Juravimus quidem, sed juramentum attendere non promisimus.* Quod referens Radevicus de *gestis Friderici I. Lib. II. Cap. XXV. Digna*, inquit, *responsio, ut moribus oratio consonaret, et, qui prave ac perfide vivere et facere contulerant, aliter, ac perfide et prave, loqui non potuissent, ut vitam flagitiosam sermo inlotus comiteretur.* Denique 3) si imperfectæ plerumque sunt hujusmodi potentum promissiones ratione exactionis: non ideo illico, quod ad obligationem attinet, pro imperfectis habendæ sunt.

§. CCCXC.

Ex quo porro colligimus, 7) nihil jure naturali interesse inter pactum et stipulationem, adeoque 8) Jure naturali falli Franc. Connanum *Comment. I. 6.* qui, Romanorum commendaturus *vercular*, etiam jure naturæ ex promissis, quamdiu stent intra terminos simplicis conventionis, et in *ευαγγελια* non transeant, jus perfectum oriri negat. Quemadmodum enim ejus argumenta jam satis profligarunt Grot. *de jure belli et pac. II. 2. 1.* et Pufend. *Jur. nat. et gent. III. 5. 9.* ita nos addimus, Connanum minus magnifice de naturali pactorum obligatione sentire, quam ipsos Romanos, quippe qui pactis nudis vim perfecte obligandi numquam detraxerunt, quamvis actionem ex iis, ob singulares rationes, denegarent. *)

*) Ex Romanorum sententiâ obligabatur, etiam qui nudo pacto aliquid promiserat, eumque, qui fidem fefellerat, illi non minus perfidum putabant, quam aliæ gentes. Quin non imperfectam esse existimabant hanc obligationem, quæ ex pactis nudis oriebatur, sed perfectam, siquidem ratione illius locus erat compensationi, *l. 6. D. de compens. constituto, l. 1. §. pen. D. de pecun. const. novationi, l. 1. fin. D. de novat. fidejussoribus et pignoribus, l. 5. D. de pign. exceptioni. l. 7. §. 5. l. 45. D. de pact. l. 10.*

l. 21. l. 28. C. eod. Unde et, quod à promittente per errorem fuerat solutum, conditione indebiti repeti non poterat. l. 49. D. de cond. ind. Quorum pleraque ita sunt comparata, ut in obligationem imperfectam vix cadant. Solam negabant ACTIONEM, quia civilem invenerant modum, quo paciscentes uti jusserant, puta stipulationem. Eam qui negligebant, perlusorie egisse videbantur. Quemadmodum ergo multis locis leges ex oppignorazione rerum immobilium non dant actionem, nisi pignus apud acta sit constitutum, nec tamen ideo pignori obligationem perfectam detrahunt, quippe quæ aliis modis sese exerit: ita nec de Romanis statuendam est, eos pacta noluisse perfectam obligationem producere, quia actionem inde oriri noluerint.

§. CCCXCI.

Quum vero pactum sit duorum pluriumve in idem placitum consensus, (§. CCCLXXXVI.) CONSENSUS vero duarum pluriumve voluntatum in eandem rem easdemque circumstantias conspiratio: consequens est, 9) ut ille consensus tamquam internus externo aliquo signo declarandus sit. Quæ signa, quum sint verba, sive ore prolata, sive litteris consignata, et facta, et illa consensus expressi, hæc taciti præbeant argumentum: (§. CCLXXXIV.) facile patet, 10) perinde esse, sive expresso, sive tacito consensu, aliqui paciscantur, dum tale sit factum, ex quo consensus in eam rem, de communi humani generis vel gentis cujusdam, sententia colligi soleat. *) Immo 11) aliquando consensum recte colligitur ex ipsa negotii natura, si illud tale sit, ut non possit non judicari, alterum non dissentire. (§. CCLXXXIV.)

*) Hinc et nutum sufficere, recte statuunt jura nostra: l. obus 2. §. uti. §. de arbit. act. Quincilian. Declam. CXLII. nec non patientiam, immo et silentium, l. 5. §. pro. D. lo. nu. vari. l. 1. §. 1. r. 1. Quæ inter. in jure fac. et alii passim. Quod admittimus omnino, nisi alia fuerit probabilis ratio, cur quis, dissentiens licet, tacere, quam dissentium verbis factisve testari, maluerit, e. g. si filius familiaris, truculentiam patris veritus, interrogatus, an Maximam, à qua maxime abhorret, ducere velit? taceat: non illico consensusse videbitur. Quid aliequim, patre dicente:

Abi

Abi domum, et suspende te, præ stupore tacuisset filius? an ideo consensusse diceretur?

§. CCCXCII.

Quumque consensus sit duarum voluntatum in eandem rem easdemque circumstantias conspiratio, (§. CCCXCI.) voluntas vero nihil possit vel adpetere, vel aversari, nisi ab intellectu excitata: (§. XXX.) sequitur, 12) ut pacisci valide nequeant, quicumque rectæ rationis usu destituuntur, adeoque nullius momenti sint pacta furiosorum, nisi dilucido intervallo distinguatur furor, nec non 13) infantum et eorum omnium, quos ob lubricum ætatis rem non intelligere, probabile est, 14) præterea ægrotorum, quorum animos morbi vehementia perturbat, immo 15) et maxime ebriorum, licet voluntaria fuerit promittentium ebrietas, *) nec 16) eorum, qui jocantes aliquid promiserunt, sive sunt ab altero stipulati.

*) Quamvis enim alias tunc demum agenti non imputeur actio, ex ebrietate perpetrata, si per eum non steterit, quo minus hujusmodi quid contingeret, (§. CVI. 31.) per eum autem, qui ultro suavem illam insaniam sibi attraxit, omnino steterit, ne pacisceretur, quum actio ex ebrietate profecta involuntaria quidem sit in se, sed non in sua causa: (§. L. *) hic tamen aliud statuendum, et gradus ebrietatis distinguendi sunt. Aut enim modica fuit, aut summa hominis aliquid promittentis ebrietas. Si modica: non ita caliginem illa offudit intellectui, ut nesciret, cui vel quidnam promitteret, adeoque hujusmodi promissio omnino obligat. Sin summa: non potuit non illa incurrere in sensus, ac proinde alter, qui cum illo pactus est, vel in manifesto dolo fuit, vel sibi saltim imputare debet, quod cum homine vino sepulto ac semisomni rem seriam suscipere et pacisci non dubitavit. Itaque nulla est ratio, cur ei jus esse debeat, promissum, discussa alterius crapula, exigendi.

§. CCCXCIII.

Ex eodem porro axiomate colligimus, 17) utile es— An utile

sit pac-esse pactum, ex ignorantia vel errore initum; si vitium hoc intellectus sit culpabile, vincibile, ac voluntarium: (§. CVII. 33.) non, 18) si ita compacta, vel rata sit res, ut et prudentissimum possit fallere, (§. CVIII. 36.) veluti 19) si de diversis personis rebus-ve senserint stipulator et promissor, vel 20) si alteruter erraverit circa personam, vel rem ipsam, vel 21) circa eas circumstantias, quæ non facile sciri potuerunt, et quarum si conscius fuisset promittens, numquam ita esset pactus.

§. CCCXCIV.

Andolo malo elicitum? Multo minus ergo 22) valebit pactum, ad quod quis dolo alterius inductus, vel 23) in quo dolo istius malo circumscriptus læsusque est, quia consensus non potest videri, cujus menti veluti præstigias alter objecit, ut rem vel personam, de qua pactus est, sibi multo aliter conciperet, ac eam postea reipsa deprehendit. *) Contra 24) nulla est ratio, cur irritum esse debeat pactum, ad quod tertius alterutrum paciscentium, altero inscio, pellexit, quamvis 15) dubitari nequeat, quin is, cujus dolo factum est, ut ita paciscerentur, læsis ad resarciendum damnum sit obligatus.

*) Hinc nemo dixerit jure naturæ ratas esse debuisse nuptias Jacobi cum Lia, quas manifesto dolo conciliaverat Labanus. *Gener. XXIX. 22.* Neque mos gentis, quo facti turpitudinem velare conatus est Labanus, eum a dolo excusare, vel Jacobum obligare potuit, ut sibi à socero malitiosissimo tam proterve illud pateretur. Nam nec obligatoria procul dubio fuit illa consuetudo, et, si pro lege habita fuisset, id prædictum esse oportebat, neque debebat Labanus Rachelem petenti Jacobo promittere, sed eum peregrinum, et consuetudinum Syriacarum ignarum, præmonere, sororem, natu minorem ante majorem despondere, moribus patriis nefas esse. Omnia ergo miris fraudibus hic implicata fuerunt, nec ea rata fuissent procul dubio, nisi Jacobo peregrino satius visum fuisset, concoquere injuriam, sibi à socero illatam, quam in ambiguum litem descendere.

§. CCCXCV.

§. CCCXCV.

Quumque et vis, et metus quam maxime obstant An vi et consensui, nec imputari ulli possit, quod quis coactus fecit, si cogenti nullum jus cogendi fuerit. (§. tortum? CIX. 43.) facile patet, 26) non obligari promittentem aliquid latroni, aliive vim injuste facienti. 27) Ratam contra esse promissionem, factam ei, qui dum alterum coegit, jure suo est usus: 28) multoque minus dubitari posse de validitate pacti, si non ipse, cui quid promissum, sed tertius, hoc ingorante, vim adhibuerit, vel causam ineundi pacti dederit, *) nec non, 29) si coactus postea rem ratam habuerit, qui tunc non ex voluntate prioris, vi et metu extorta, sed ex posteriore ultronea obligatur. (§. CIX. 41.)

*) Quum enim cesset imputatio, si quid factum sit, cujus quis nec causa nec auctor est, (§. CV. 23.) hic vero is, cui quid promissum est, non sit auctor violentiæ, quæ alter ad promittendum est adactus: illi etiam vim non posse imputari palam est. Sic e. g. si quis imminente à latronibus vel prædonibus maritimis periculo, præsidium sibi mercede satis luculenta conduxerit, frustra ille comitibus illis itineris, mercedem flagrantibus, reponeret, se metu latronum promississe. *Quid enim illorum refert, an conductor coactus sit, si à locatoribus coactus non sit? Horum culpam esse oportet, ut horum poena fit: recte inquit M. Seneca Controv. IV. 27.*

§. CCCXCVI.

Quandoquidem porro pactum in duorum pluriumve in idem placitum consensu consistit: (§. CCCLXXXVI.) facile patet, 30) id non modo in pactis bilateralibus, sed et in unilateralibus, justissimam habere rationem: adeoque 31) promittentem non teneri, nisi alter, sibi gratam esse rem promissam, ostenderit. mutuis. Quod tamen 32) aliquando merito præsumitur, tum ex statu ejus, cui quid promissum, tum 33) ex ipsius rei, quæ promittitur, indole, tum 34) ex an-

No

tecedente rogatione, dummodo hoc postremo casu idem, quod rogaverat alter, promissum sit.

§. CCCXCVII.

An rata Quia præterea pacta ineuntur de aliquo præstan-
sint pac- do, (§. CCCLXXXVI.) præstari vero nequeunt in-
ta de re- possibilis, adeoque eorum omissio nemini imputatur:
bus im- (§. CXV. 59.) consequens est, 35) ut pacta de re-
possibi- bus absolute impossibilibus inutilia sint, nullaque in-
libus? de nascatur obligatio, nisi 36) tempore initi pacti
res in potestate promittentis fuerit, isque postea vi-
res, quibus pollebat, sua culpa detriverit, vel 37) aliquis
rem non absolute impossibilem, quam tamen sibi impossibilem esse satis noverat, dolo malo pro-
miserit. (§. CXV. 60. sequ.)

§. CCCXCVIII.

An de rebus turpibus? Quumque in rebus aduersariis sint non modo, quæ per
rerum naturam, sed et quæ per leges bonosque mo-
res, fieri non possunt: (§. CXV. 58.) nemo non in-
telligit, 38) inutilia quoque esse pacta ac promissa,
quibus leges justitiæ humanitatisque refragantur: nec
non 39) quæ decorum, pietatem, verecundiam, læ-
dunt, quæque adeo nos ne facere quidem posse, cre-
dendum est, uti recte, et vere quædam scribit Pa-
pinianus l. 15. D. de condit. instit. 40.) Non obliga-
ri quemquam promisso, quo se ad patrandum delictum
obstrinxit: nec, 41) illum, qui se alteri ad
præmium delicti dandum obligavit, eo nomine tene-
ri: ac proinde 42) omnia pacta de rebus turpibus
ac inhonestis inita, sive unilateralia, sive bilateralia,
nullius momenti esse. *)

*) Manifesto enim contradictorium est, jus naturæ assiste-
re pactis, etiam juri naturæ contrariis: itemque prohi-
bere illud ita pacisci, et tamen præcipere, ut pacto sa-
tis fiat, pactum denique nullum esse, et tamen effectum
sortiri. Itaque sine perfidiæ labe ab hujusmodi pacto dis-
ceditur, quod sine summo scelere impleri non potest.
Nec

Nec fidei laudem fert, qui præstat, quod sine scelere
præstari non potest. Recte proinde Deianira, silentium
sibi stipulatæ, respondet nutrix apud Senecam tragœdum
in Hercule Oeteo Act. II. v. 480.

Præstare, fateor, posse me tacitam fidem,
Si scelere careat, interim scelus est fides.

§. CCCXCIX.

Ex quo porro colligimus, 43 non obligari quem-
quam ad præstanda promissa, quorum præstationem
cum alterius detrimento manifesto conjunctam esse, a-
nimadvertit, 44) licet vel maxime alter perire velit, sum cum
promissumque urgeat. Quum enim lædere alterum ju-
re naturæ prohibeamur, (§. CLXXVIII. 7.) de iis detri-
vero, quæ juri naturæ refragantur, pacisci nemo pos-
sit: (§. CCCXCVIII. 38.) non potest etiam pactum conjunc-
qualecumque, quo alter læditur, valere, et 45) qui tum?
fidem sic præstitit volenti et urgenti, non minus pœ-
na dignus est, ac qui invitum et repugnantem læ-
sit. *)

*) Nec opponi huic doctrinæ potest, volenti non fieri in-
juriam. Ei enim regulæ non esse locum, si velle non li-
ceat, jam supra ostendimus. Velle autem non licet ea,
quæ Deus vel per rectam rationem, vel per revelationem,
prohibuit. Hinc quamvis Saulus rex, vulneratus adoles-
centem supplex rogasset, us se gladio transfigeret: tantum
tamen abest ut id impune ferret, ut David eum, tam-
quam regicidam confessum, confestim obruncari jube-
ret. 2. Sam. I. 15. 16.

§. CCCC.

Quia porro paciscimur de iis, quæ nobis ab altero
dari fierique jure perfecto cupimus, (§. CCCLXXXVI.) Effectus
dari autem vel fieri non possunt ea, quæ alterius do-
minio arbitrio subjecta sunt: recte negamus 46) pactum de
quemquam utiliter promittere res, factave aliena, ni-
si mandante domino; immo 47) ne proprias quidem rebus
res, in quibus jam alteri antiquiore pacto jus aliquod
quæsitum est. 48) Obligari quidem eum ad omnem
diligentiam adhibendam, qui se operam daturum pro-
mi-

misit, ut alius det faciatur: *) immo et 49) ad id, quod interest, si se rem alteri confectam daturum, receperit, 50) non autem ei, cui quis rem factumve tertii promisit, jus esse rem illam factumve à tertio exigendi. Vid. Hert. de obl. alium datur. factumve.

*) Quum enim plus, quam operam suam diligentiamque, non promiserit: nec plus ab eo exigere poterit is, que sibi illam pactus est. Et generatim quoties quis sibi aliquid stipulatus est, quod in alterius potestate absolute non esse præscivit, vel præscire potuit: toties promittens, præstita omni diligentia, liberatur. Eleganter id observat Seneca de benefic. VII. 13. *Quædam ejus conditionis sunt, ut effectum præstare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. Si omnia fecit, ut sanaret: peregrinus medicus partes suas. Etiam damnato reo, oratori constat eloquentia officium, si omni arte usus est. Laus imperatori, etiam victo, et duci redditur, si et prudentia et industria, et fortitudo muneribus suis functa est.*

§. CCCCI.

Ex eodem, quod datio vel factum, quod promittitur, ab utriusque consensu pendet, (§. CCCLXXXVI.) et pure, sua sponte sequitur, 51) ut in pacipientium arbitrio et sub sit, PURE, AN SUB CONDITIONE, AN IN DIEM, vel EX CONDITIE, pacisci velint, easque circumstantias à pacipientione, et tibus accurate esse observandas, dum, 52) quod ad ex die conditionem attinet, illa effectum pacti ab incerto eventu vel in ventu vere suspendat, id est, dummodo vere sit conditio. Ex quo patet, 53) id quod sub conditione impossibili, quam vocant, promissum est, non deberi, quum nec hoc additamentum conditionis nomen mereatur, *) et ii, qui, quod fieri non posse præsciverant, promiserunt stipulative sunt, aut jocati, aut insanuisse, ac priore casu pacisci noluisse, posteriore non potuisse, censeantur. (§. CCCXCII. 12. 16.)

*) Est enim **CONDITIO** certa quædam circumstantia, à pacipientibus expressa, à qua pacti effectus suspenditur, tamquam ab incerto eventu. Quum ergo impossibilis, quam vocant, conditio non exprimat incertum eventum, sed, quem

quem non exiturum, certissimum est: sequitur, ut nec suspendat pacti effectum, adeoque non sit conditio. Cavillabatur ergo Miltiades, qui urbis deditionem à Lemniis ex pacto postulabat, quod domo profectus, vento Aquilone Lemnum pervenisset. Nepos Miltiad. Cap. I. et II. Lemni emm Attenas intellexerant: nec aliter Lemniorum verba capere poterat Miltiades, qui eo tempore nusquam, nisi Athenis, domum habebat. Conditio ergo erat impossibilis, quæ, quum existere numquam posset, pactum reddebat irritum, maxime quum illuisse Lemnios Miltiadi, et irridentes hoc dixisse, adeoque jocosos esse, facile intelligere potuisset Miltiades. (7)

§. CCCCI.

Quum vero, et quæ rectæ rationi, legibus, bonis que moribus adversa sunt, in tur aduersus esse cen- Multo seantur, (§. CXV. 58.) id vero, quod sub condi- min u s tione impossibili promissum est, non debeat, (§. sub tur- CCCCI. 53.) quin generatim de rebus turpibus pa- pi. pisci non liceat: (§. CCCXCVIII. 40.) inde merito colligimus, 54) turpes etiam inhonestasque conditiones vitare pactum, *) eumque 55) qui sub hujusmodi conditione promisit, illam adimplere non tene- ri: 56) si vero adimpleta sit, utrumque pacipientem pœnas merito dare, et promittentem quidem, quod delictum perpetravit, alterum, quod talem ferendo conditionem, pro causa istius facinoris morali merito habetur. (§. CXII. 49.)

*) Ex singulari ratione Romani conditiones, tum physice, tum moraliter impossibiles, pro non adscriptis esse voluerunt in ultimis voluntatibus. §. 10. Inst. de her. inst. l. 1. l. 19. D. de condit. inst. l. 8. et. l. 20. D. de condit. et dem. Quemadmodum enim absurdum videbatur, testatori indulgeri, ut in actu tam gravi et serio, heredi illudere, nugasque agere posset: ita nec heredi fraudi esse debebat omissio actionis impossibilis, in quam numquam consensisset. (§. CXV. 59.) Et hinc legata accepturi nihilominus ex jure Romano fuissent ab Eumolpo honorati, apud Petron. Sat. Cap. XCI. si vel maxime non adimplerent conditionem: *Omnes, qui in testamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient, quæ*

de-

Maximonium
Sub conditione
impossibili inhum
Substitit, et habe
tur conditio pro
non adjecta, idq.
Jure decretalium
nisi constet con
sensus conditio
ni excipere fuisse
alligatum.

Maximonium
initum sub con
ditione lux pi
nam substitit
nisi conditio her
sit sit contra
Substantiam
sp. fur.
Nta

dedi: si corpus meum in partes conciderint, et, adstante populo, comederint. At quum ex nostra sententia non alias ultimas voluntates agnoscat jus naturæ, quam quæ per modum pacti fiunt: (§. CCXCI. 5.) nihil obstat, quo minus, quæ de pactis, sub impossibili vel turpi conditione initis, diximus, (§. CCCCL. et CCCCLII.) etiam de ultimis voluntatibus valere debere dicamus: ut adeo absurda dicenda sit Thebanorum lex, quæ conditionem adimpleri jusserat ridiculam, ut heres captator mortuam testatricem nudam, et oleo unctam, humeris suis efferret,

Scilicet elabi si posset mortua, credo,

Quo nimum institerat viventi.

Vid. Horat. *Serm. II. 5.*

§. CCCCLIII.

Quia porro et per modum mandati, et per negotiorum gestionem, cuius licet alterius utilitatem promoveat, eumque ope sua juvare: (§. CCCXLVI.) a li o s non possumus non inferre, 57) perinde esse, sive ipse quis paciscatur promittatve, sive ejus mandato a li u s. Quum vero negotiorum gestor tantum ad utiliter gerendum obligatus sit, (§. CCCXLVIII.) non vero utiliter gerat, qui de alieno liberalis, aliquid sine consensu domini promittit: (§. CCCCL. 46.) consequens est, 58) ut liceat quidem negotiorum gestori alteri stipulari, adeoque 59) æquitati naturali parum conveniens videatur regula juris Romani: *neminem posse alteri, nisi cujus juri subjectus sit, stipulari*: §. 4. *Inst. de inut. stip.* non tamen 60) pro absente et ignorante promittere, et talis promissio dominum plane non obstringat.

§. CCCCLV.

Denique quum ineunte hoc capite à nobis observatum sit, inter pacta et contractus jure naturæ nihil esse discriminis, siquidem utrumque negotium utriusque consensu capit substantiam: (§. CCCLXXXV.) facile patet, 61) omnes regulas, quas hoc capite vidimus, non minus ad contractus, quam ad pacta, pertinere, nec 62) male illum ratiocinari, qui à natura

fura pactorum ad contractuum indolem eruendam ducit argumentum.

CAPUT XV.

Quibus modis obligationes ex contractibus pactisque solvantur.

§. CCCCLVI.

Pacta summa FIDE et quam religiosissime servanda esse, nihilque data FIDE debere esse sanctius, supra demonstrare nos meminimus. (§. CCCLXXXVII. sequ.) FIDES vero hic nobis nihil aliud est, quam promissionum pactorumque impletio: adeoque vere Cicero *de offic. I. 6.* quamvis parum accurate ad grammaticorum regulas, FIDEM adpellatam, ait, *quia fiat, quod dictum est.* Ex quo colligimus, 1) tum demum paciscentes finem suum adsequutos, quando pacti legibus satisfactum, idque, quod dictum, factum sit, 2) sine autem hoc obtentu, (qui ex philosophorum sententia primum in intentione, et postremum in executione est, vel ita comparato, ut obtineri nunquam possit, (§. CCCXCVII. 35.) ipsam quoque obligationem, ex pacto promissive natam, cessare oportere. *)

*) Jure quidem Romano distinguitur inter modos, quibus IPSO JURE, et quibus OPE EXCEPTIONIS tollitur obligatio. Quoties enim facto aliquo paciscentium perimitur obligatio, veluti solutione, in solutum datione, acceptilatione, ceteris: toties ipso jure illa expirasse; si contra propter æquitatem eliditur, per exceptionem sublata dicitur. Quamvis vero nec ociosam existimemus illam jureconsultorum distinctionem, nec eandem omni ratione destituti contendamus: (quam in rem præclara sunt, quæ disputavit celeberrimus Henr. Coccejus *dis. de eo, quod fit ipso jure.*) eam tamen ignorare jus naturæ recte rationem, facile nobis largientur ii, quibus explorata est Romanorum res judiciaria; ratioque, quæ illos ad explorandam hanc distinctionem permovet.

§. CCCCLVII.

Axiomata generalia de modis solvendi obligationem.

dedi: si corpus meum in partes conciderint, et, adstante populo, comederint. At quum ex nostra sententia non alias ultimas voluntates agnoscat jus naturæ, quam quæ per modum pacti fiunt: (§. CCXCI. 5.) nihil obstat, quo minus, quæ de pactis, sub impossibili vel turpi conditione initis, diximus, (§. CCCCL. et CCCCLII.) etiam de ultimis voluntatibus valere debere dicamus: ut adeo absurda dicenda sit Thebanorum lex, quæ conditionem adimpleri jusserat ridiculam, ut heres captator mortuam testatricem nudam, et oleo unctam, humeris suis efferret,

Scilicet elabi si posset mortua, credo,

Quo nimum institerat viventi.

Vid. Horat. *Serm. II. 5.*

§. CCCCLIII.

Quia porro et per modum mandati, et per negotiorum gestionem, cuius licet alterius utilitatem promoveat per movere, eumque ope sua juvare: (§. CCCXLVI.) a li o s non possumus non inferre, 57) perinde esse, sive promittat ipse quis paciscatur promittatve, sive ejus mandato a li o s terere et li o s. Quum vero negotiorum gestor tantum ad utilitatem terer gerendum obligatus sit, (§. CCCXLVIII.) non vero utiliter gerat, qui de alieno liberalis, aliquid sine consensu domini promittit: (§. CCCCL. 46.) consequens est, 58) ut liceat quidem negotiorum gestori alteri stipulari, adeoque 59) æquitati naturali parum conveniens videatur regula juris Romani: *neminem posse alteri, nisi cujus juri subjectus sit, stipulari*: §. 4. *Inst. de inut. stip.* non tamen 60) pro absente et ignorante promittere, et talis promissio dominum plane non obstringat.

§. CCCCLV.

Denique quum ineunte hoc capite à nobis observatum sit, inter pacta et contractus jure naturæ nihil esse discriminis, siquidem utrumque negotium utriusque consensu capit substantiam: (§. CCCLXXXV.) facile patet, 61) omnes regulas, quas hoc capite vidimus, non minus ad contractus, quam ad pacta, pertinere, nec 62) male illum ratiocinari, qui à natura

fura pactorum ad contractuum indolem eruendam ducit argumentum.

CAPUT XV.

Quibus modis obligationes ex contractibus pactisque solvantur.

§. CCCCLVI.

Pacta summa FIDE et quam religiosissime servanda esse, nihilque data FIDE debere esse sanctius, supra demonstrare nos meminimus. (§. CCCLXXXVII. sequ.) FIDES vero hic nobis nihil aliud est, quam promissionum pactorumque impletio: adeoque vere Cicero *de offic. I. 6.* quamvis parum accurate ad grammaticorum regulas, FIDEM adpellatam, ait, *quia fiat, quod dictum est.* Ex quo colligimus, 1) tum demum paciscentes finem suum adsequutos, quando pacti legibus satisfactum, idque, quod dictum, factum sit, 2) sine autem hoc obtentu, (qui ex philosophorum sententia primum in intentione, et postremum in executione est, vel ita comparato, ut obtineri nunquam possit, (§. CCCXCVII. 35.) ipsam quoque obligationem, ex pacto promissive natam, cessare oportere. *)

*) Jure quidem Romano distinguitur inter modos, quibus IPSO JURE, et quibus OPE EXCEPTIONIS tollitur obligatio. Quoties enim facto aliquo paciscentium perimitur obligatio, veluti solutione, in solutum datione, acceptilatione, ceteris: toties ipso jure illa expirasse; si contra propter æquitatem eliditur, per exceptionem sublata dicitur. Quamvis vero nec ociosam existimemus illam jureconsultorum distinctionem, nec eandem omni ratione destituti contendamus: (quam in rem præclara sunt, quæ disputavit celeberrimus Henr. Coccejus *dis. de eo, quod fit ipso jure.*) eam tamen ignorare jus naturæ recte rationem, facile nobis largientur ii, quibus explorata est Romanorum res judiciaria; ratioque, quæ illos ad explorandam hanc distinctionem permovet.

§. CCCCLVII.

Axiomata generalia de modis solvendi obligationem.

§. CCCCVII.

Modus Quum itaque cesset obligatio, ex pacto promissio-
primus, ve nata, quando pacti legibus satisfactum, idque,
solutio. quod dictum, factum est: (§. CCCCVI. 1. 2.)
A quo consequens est, 3) ut illa cesset, facta SOLUTIONE,
fieri de- quippe quæ nihil aliud est, quam naturalis præsta-
beat? tio ejus, quod in obligatione est, illi, cui quis ex
promisso obligatur, facta. Quemadmodum vero 4)
ei, cui solvendum, perinde est, à quo sibi solva-
tur, dummodo vel rem ipsam, quæ debetur, vel, si
res fungibilis in obligatione sit, tantundem accipiat,
(§. CCCLXIV. * 3.) quum ita naturaliter illi præ-
tetur, quod in obligatione est: ita ex eadem ratio-
ne facile patet, 5) alio se ad pacti impletionem of-
frente, non liberari paciscentem, si quid, quod vica-
riam alterius præstationem non admittit, promissum
sit. *)

*) Id toties contingit, quoties personæ qualitas vel indus-
tria aliquos ad paciscendum impulit. Hinc si Titia ex pac-
to sponsalicio obligata esset ad nuptias cum Sempronio con-
trahendas: ea sane non liberaretur, si vel maxime Sulpi-
cia parata esset ad pactum pro Titia implendum, quia
Sempronius Titia qualitates, virtutes, ætatem, formam,
frugalitatem, elegit, adeoque ei non perinde est, quæ
sibi nubat. Contra commodanti perinde est, sive librum
commodatum à commodatario, sive à tertio quodam,
quocum ipsi nihil negotii fuit, recipiat: creditoris quo-
que non refert, utrum à debitore, an à tertio, etiam igno-
to sibi homine, sortem usurasve accipiat: quia utriusque hoc
modo naturaliter præstat, quod in obligatione est.

§. CCCCVIII.

Ex eodem principio colligimus, 6) præstandam
Quid et esse vel eandem speciem, si alteri usus tantum vel
cui sol- custodia rei non fungibilis concessa: vel 7) idem ge-
vendum nus, seu tantundem, si res fungibilis alteri abuten-
sit? da data sit. 8) Creditori invito non obtrudendum es-
se aliud pro alio, multoque minus 9) eum cogen-
dum

dum esse, ut partem pro toto accipiat: vel 10) tar-
dius, aliove loco, quam legibus contractus cautum
est, solvi sibi patiat: *) quia omnibus his casi-
bus tunc non præstaretur naturaliter, quod in obliga-
tione est. (§. CCCCVII. 3.) Præterea ex eodem pa-
tet, 11) non alii solvendum esse, quam creditori,
dummodo leges illum solutionem accipere patiantur,
vel 12) ei, cui ille nomen cessit, vel 13) cui sol-
vi mandavit, quum alias præstetur quidem, quod in
obligatione est, sed non ei, cui ex promisso obliga-
tus est debitor. (§. CCCCVII. 3.)

*) Quamvis enim sæpe debitori aliquid indulgeri jubeat ne-
cessitas, sæpe et leges humanitatis subigere debeant cre-
ditorem, ut aliquid de rigore juris remittat: nos tamen
hic de jure loquimur. Hoc pacta et contractus summa fi-
de servari jubet. *Fides* autem, recte observante Cicerone
*de offic. II. 24. nulla esse potest, nisi sit necessaria solutio ve-
ram creditarum.*

§. CCCCIX.

Deinde quia cessat obligatio ex pacto, quoties
ejus legibus satisfactum, idque, quod dictum, fac-
tum est, (§. CCCCVI. 1. 2.) in rebus vero fungi-
bilibus tantundem pro eodem habetur: (§. CCCLXIV. ^{Modus}
*) 3.) consequens est, 14) ut et ^{se cun-}
tollatur obligatio, quippe quæ nihil aliud est, quam ^{dus, com-}
mutui debiti et crediti, quorum utrumque certam æs- ^{pensa-}
timationem habet, inter se contributio. *) ^{tio.}

*) Accedit et alia ratio. Quum enim ei solutum esse dica-
mus, qui habet, quod in obligatione est, (§. CCCCVII.
3.) is vero, cui res fungibilis debebatur, eam habeat,
si tantundem acceperit: (§. CCCLXIII. * 3.) sequitur,
ut ei, qui ex hujusmodi obligatione quovis modo tantum-
dem accepit, solutum esse videatur, ac proinde COM-
PENSATIO nihil aliud sit, quam solutio brevi manu fac-
ta. Ut adeo æquissimum sit, compensationis eundem esse
effectum, ac solutionis. Quod recte viderunt majores
nostri, dum dicere soliti sunt: *Abrechnen sey so gut, als
zahlen.*

§. CCCCX.

Quid circa illam justitiam sit. Ex ea vero definitione patet, 15) compensationi non esse locum, nisi inter eos, qui sibi mutuo debent, ac proinde 16) frustra veluti in solutum alteri invito obtrudi, quod nobis à tertio debetur. 17) Compensationi locum esse in rebus fungibilibus, quæ, quum regulariter pretium adfectionis non admittant, certam semper habent æstimationem, non autem 18) compensari posse speciem cum specie, nec 19) diversum genus cum diverso genere, nec 20) præstationes personales, cum præstationibus similibus, quia hæc omnia et adfectionem admittunt, et incertæ sunt æstimationis. 21) Denique compensationem quantitatum etiam inæqualium admitti, ad summam concurrentem, quamvis et recta ratio videat, 22) ab eo non postulari æquum, qui liquidum cum illiquido compensari velit. *)

*) Multo minus ergo recte compensatur debitum liquidum cum eo, quod alter vi injusta non fecerit injuriam, quia hic plane deficit mutua obligatio. Lepida ergo, si qua alia, fuit compensatio, qua creditoribus suis satisfacit Vitellius apud Dion. Cass. *Hist. Lib. LXV. p. 735.* Quum enim hi, proficiscenti in Germaniam, Vitellio injecissent manus, eumque vix, datis fidejussoribus, dimisissent; hic, occupato imperio, illos latitantes requisivit, sublatasque esse compensatione obligationes, dixit, quin et chirographa sibi reddi jussit; interserens causam, *τὴν αὐτοῦ ἀποδοῦναι τὴν τῶν ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι, salutem se illis pro credita pecunia reddidisse.* Quasi et id imputare viatori possit latro, quod, quum jugulare potuisset, incruenta spolia detraxerit.

§. CCCCXI.

Quum porro et illi satisfactum sit, procul dubio, Tertius qui nihil à debitore exigere cupit, et quisque se jure suo, quod in favorem sui in vectum est, recte se abdicet: (§. XIII. 19.) consequens est, 23) ut et CONDONATIONE vel REMISSIONE quævis solvatur obligatio, per quam quippe intelligimus renunciationem creditoris, qua se jure suo exigendi debitum ultro abdicat.

dicat. Quumque perinde sit, sive quis animi sententiam verbis, sive factis, aliisque signis, declaret: (§. CXCIV. *) 24) perinde etiam esse patet, sive verbis acceptum quis ferat, sive factis, veluti redditione, vel combustione, vel laceratione chirographi, 25) dummodo de contraria mente, aliove consilio creditoris, non constet, vel 26) chirographum non à creditore, sed ab alio injusto, vel 27) casu fortuito potius, quam voluntate creditoris, laceratum combustionumve esse, liquido probari possit. *)

*) Sic recte remissa sibi esse tributa aliaque debita fiscalia, dicere poterant Romani, quod eo consilio chirographa et rationes omnes publice combussisset Hadrianus Imp. ut hac stupenda liberalitate civium Romanorum animos sibi devinciret. Spartian. *Hadr. Cap. VI.* Absurde vero idem sibi persuaderet debitor, cui ideo chirographum reddidit creditor, ut alia ac meliore forma conciperetur, vel cuius chirographum, orto incendio, conflagravit. Ex quo etiam facile reddideris rationem, cur semper iniquissimum visum sit, populum Romanum, obæratum, NOVAS TABULAS postulare, id est, à magistratibus, vel turbulenti ingenii tribunis, remissionem æris alieni flagitare. Ita enim condonatio non proficiscebatur à creditoribus, sed à magistratibus, de alieno liberalibus, et quorum potius erat jus dicere creditoribus, quam, iis invitis, debitores liberare. Pessimi rem exempli primum à Sulla reperiunt, ferunt *Liv. Epit. Lib. LXXXVIII.* Idem deinde Catilinam, idem ipsum populum à Cæsare expectasse, constat, quamvis tunc spe sua exciderint homines turbulentissimi. Sallust. *Catil. Cap. XXI.* Cæsar *de bello civ. III. 1.* Suet. *Jul. Cap. XLII.* Plutarch. *Solon. p. 86.*

§. CCCCXII.

Quum porro unusquisque jure suo se abdicare, et alteri, quod sibi debet, remittere possit: (§. CCCCXI. Quartus, 23.) sequitur profecto, 27) ut et uterque obligationem bilateralem mutuo consensu tollere possit, maxime quum *nihil sit tam naturale, quam eodem modo quidque dissolvi, quo colligatum est. l. 35. D. de reg. jur. 28.* Ut tamen ismodus solvendi obligationem locum non habeat, si leges positivæ negotium aliquod, semel

mel contractum, indissolubile esse jubeant. Quale hodie ubique inter Christianos esse matrimonium, quod olim apud Romanos bona utriusque gratia impune solvebatur, nemo ignorat.

§. CCCCXIII.

An et alterius perfidia solvatur obligatio? Quia vero mutuo tantum consensu tolli potest bilateralis obligatio: (CCCCXII. 27.) 29) unius sane voluntas illam non tollit, adeoque 30) alterius partis PERFIDIA non abrumpit obligationem, ceu visum est Grotio *de jure belli et pac.* III. 19. 14. et Pufendorffio *de jur. nat. et gent.* V. 11. 9. Nam 31) et ipse, qui fidem non præstat, obligatus manet, quum se sua voluntate obligatione exsolvere non possit: (*per concl.* 29) et alteri jus est, illud ad implendum pactum cogendi; quamvis 32) si hic jure suo uti nolit, *) proculdubio cesset utriusque obligatio, quippe jam utriusque consensu sublata. (§. CCCCXII. 27.)

*) Potest autem id unusquisque, si alter pactum adimplere nolit. Omni enim bilaterali negotio tacita inest conditio, unum præstiturum, quod promiserit, si et alter ex sua parte pacto sit satisfactorius. (§. CCCLXXIX.) Si ergo hic pacto non satisfecit, deficit conditio, à qua suspensa est obligatio: (§. CCCL. 52.) adeoque et ipsa alterius obligatio cessat.

§. CCCCXIV.

Quandoquidem porro qualemcumque pacto circumstantiam addere licet, eaque circumstantiæ à paciscentibus accurate sunt observandæ: (§. CCCL. 51.) modus, facile intelligitur, 33) obligatione EX DIE concepta, lapsus id, quod promissum est, non prius, quam veniente tempore die, peti posse: 34) sin IN DIEM promissum sit, veris, et de-niente illo die, obligationem ipso jure perimi: *) factus 35) CONDITIONE porro, à cujus eventu pacti effectus suspensus est, non existente, obligationem ex eadem ratione tolli, 36) nisi quis ad adimplendam conditionem paratus, ab ipso paciscente, vel 37) à tertio, sine quo adimpleri non potuit, sit prohibitus.

*)

*) Itaque denuo fori Romani subtilitates redolet regula juris reconsultorum Romanorum, ex contractu stricti juris non posse ad tempus deberi, adeoque obligationem hujusmodi, in certam diem conceptam, perpetuari, nisi quod creditor ultra tempus constitutum aliquid petens exceptione doli mali repelli possit. §. 3. *Inst. de verb. oblig. l. 4. pr. D. de serv. l. 44. §. 1. D. de obl. et act.* Sunt hæc tria fori Romani, quas si quis in jure naturæ quæreret, nã iste mihi magno conatu maximas nugas agere videretur.

§. CCCCXV.

Sunt porro obligationes, quæ contemplatione cujusdam personæ, ejusque qualitatum, contrahuntur. Hæc ergo quum ita sint comparatæ, ut vicariam præstationem non admittant: (§. CCCCXVII. 5. *) nemo non videt, 38) eas non transire posse ad heredes et successores, adeoque 39) MORTE promittentis exspirare, quale quid in obligatione dispensatorum, mandatariorumque observamus. Non autem 40) hunc modum solvendi obligationem pertinere ad obligationes reliquas, quæ ex bonis possunt adimpleri, 41) quippe quas, tamquam vicariam præstationem admittentes, et ad heredes transferri, æquissimum esse, jam supra demonstravimus. (§. CCCV. 56.)

§. CCCCXVI.

Eadem est ratio, si contemplatione certi cujusdam status ad aliquid præstandum simus obligati. Perinde enim est, ac si sub conditione, si daret ille status, promissum esset. Quum ergo, deficiente conditione, et obligatio cesset: (CCCCXIX. 35.) sequitur sane, 42) ut et mutato statu obligatio, in illo statu unice fundata, cesset, adeoque 43) qui administratorio nomine contraxit, finita administratione, non amplius teneatur. *l. ult. D. de instit. act. l. 26. C. de adm. tut.* Quod tamen 44) de sola obligatione, quæ ex pacto vel lege positiva oritur, non de illa, quam ipsa naturalis ratio hominibus imponit, intelligendum esse, facile intelligitur. *)

*)

vixit.

Septimus mors.

Octavus, status mutatio.

*) Sic officia specialia , quæ consul civitati debet , quia ex pacto sunt , cessant , simulac ille consul esse desinit. Sed et officia filii familias , quatenus ex lege positiva sunt , cessant , simul ac filius patria potestate exiit. Ex eo enim tempore patri non amplius acquirit , nec usumfructum bonorum adventitiorum moribus nostris debet. At officia , quæ liberis ipsa naturalis ratio imponit , veluti obsequium , reverentia , gratus animus , etiam soluta per emancipationem patriæ potestatis , durant , nec parentibus , quorum è manu excesserunt liberi , sine injuria denegantur.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
§. CCCCXVII.

Quandoquidem porro obligatio cessat , si finis ita sit comparatus , ut obtineri numquam possit : (§. CCCCVI. 2.) fieri non potest , 45) quin is , qui speciem promiserit , illa casu pereunte , liberetur , nisi forte 46) eam æstimato , vel 47) tamquam in solutum promiserit , nec 48) prior obligatio per novationem expresse sublata sit. Præterea quum neminem excuset impossibilitas , qui in culpa vel mora est : (§. CXV. 60.) facile patet , 49) periculum rei promissæ ferre , qui in mora vel culpa est , adeoque 50) ea omnia , quæ supra de periculo rei venditæ diximus , (§. CCCLIII. sequ.) hic esse repetenda.

§. CCCCXVIII.

Denique quum et per alium solvere , (§. CCCCVII. 4.) et obligationem alteri remittere , (§. CCCCXI. 23.) et ab ea communi consensu discedere , novamque introducere liceat , quod postremum conventionis genus supra *pactum mixtum* vocavimus : (§. CCCLXXXIX.) sequitur , 51) ut quisque alteri priorem obligationem remittere , novamque ejus loco recipere possit , quod negotium NOVATIONEM , et , si de rebus dubiis et litigiosis contrahatur , TRANSACTIONEM vocamus. 52) Ut creditor debitori et ea lege remittere possit debitum , ut pro eo alius , quem ipse idoneum judicat , substituatur : quod speciatim vocant DELEGATIONEM. 53) Ut novationem dissertis verbis , vel signis evidentissimis , 54) delegationem vero , si

simul consentientibus omnibus , qui ad negotium illud concurrunt , fieri oporteat. Ut denique 55) multum intersit inter *delegationem* et *cessionem* , qua creditor actionem adversus debitorem , hoc etiam inscio et invito , in alterum transfert.

LI.

Omissa Ad §. 402.

Turpes etiam inhonestasque conditiones vitare pactum.
Non est dubium vitare eas , sed adimpleta conditione num promissum dandum sit disceptatur ab auctoribus. Grotius censet manere vitium quamdiu crimen non est perpetratum , peracto crimine vero cessare , et tunc obligationis vim exseri , quæ ab initio non intrinsecus deficit , sed ab accedente vitio fuit impedita de jur. bell. et pac. 2. ii. 9. Sumpsit hoc à Covarr. de rest. p. 2. §. 2. n. 1. et Div. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. de meritrice mercedem accipiente ut remunerationem justam. Tenent hoc etiam alii promissorem mercedis opere turpi perpetrato non tamen ex fidelitate , sed ex justitia obligari , et probabilior sententia v. Werenk. jus nat. p. 1. c. 3. n. 166. et p. 2. c. 4. n. 586. Sed à Grotio dissentit Pufendorff. jus. nat. et gent. 3. 7. 8. et ceteri Protestantes , in quos pedibus discedit Heineccius.

Ad §. 407.

Citra necessitatem exempla matrimonii sæpius inculcat , de quo sine summa alioquin reverentia loqui non oportebat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CENTRO DE BIBLIOTECAS

LIBER SECUNDUS.

JUS GENTIUM.

CAPUT PRIMUM.

De Statu Hominis Naturali et Sociali.

§. I.

Hactenus **JUS NATURÆ**, quo singulorum actiones reguntur, expendimus. Proximum est, ut, promissi memores, etiam **JUS GENTIUM**, ad principia sua revocatum, veluti in nucleo exhibeamus. (Lib. I. §. XXIII.) Quum verò **JUS GENTIUM** sit ipsum jus naturale, vitæ hominis sociali, negotiisque societatum et integrarum gentium applicatum: (Lib. I. §. XXI. 44.) illius indolem perspicere sine distincta **STATUUM** et **SOCIETATUM** notione non posse, facile Patet.

§. II.

STATUS generatim est qualitas, per quam res unaquæque limitatur: adeoque qualitates, per quas ipse homo limitatur, recte vocantur **STATUS HOMINIS**. Quemadmodum verò jam vires animi et corporis ab ipso Deo, hominum conditore, jam actiones eorum liberæ per legem limitantur: ita priorem hominum statum **PHYSICUM**; *) posteriorem **MORALEM** adpellamus. Quum itaque jam de jure gentium acturi simus, quod in actionibus liberis dirigendis versatur: nemo non intelliget, statum hominis non **physicum**, sed **moralem**, directe ad nos pertinere.

*) Sic ex limitationibus illis, ab ipso rerum conditore profec-

fectis, est, quod alii sint *masculi*, alii *femine*, alii *corpus recte formatum*, alii *monstruatum*; alii *validum et robustum*, alii *languidum ac debile*; alii *formosum*, alii *deforme* acceperunt: aliis *ingenium perspicax* et *ad omnia factum*; aliis *hebes*, ac *ineptissimum*; aliis *pæne nullum* contigit. Quæ quidem omnia ad statum hominis **PHYSICUM**, quem *jureconsulti naturalem vocant*, pertinere, res ipsa docet. Contra actiones hominis liberæ per leges aliter limitantur, si quis sit *maritus*, quam si *in celibatu* vivat, aliter, si *parentis*, aliter si *filius familias*, aliter si *domini*, aliter si *servi* personam gerat. Quare hæc omnia ad statum hominis **MORALEM**, qui *jureconsultis civilis* est, referenda sunt, quamvis paullo latius pateat status **MORALIS**, quam *jureconsultorum civilis*, ad quem tantum statum *libertatis, civitatis, et familiae* referre solent.

§. III.

STATUS porro ille **MORALIS**, secundum quem homines quam maxime distinguntur, vel iis connatus est, vel ab aliquo ejus facto pendet. Prior vocatur **NATURALIS**; posterior **ADVENTITIUS**. Itaque nobis **STATUS NATURALIS** est qualitas vel conditio, homini ab ipsa natura, sine facto ejus, imposita, in qua liberæ ejus actiones, prout id natura illius status exigit, lege naturali limitantur. **STATUS** contra **ADVENTITIUS** qualitas vel conditio, quam homo sibi facto suo eligit, in qua liberæ ejus actiones, prout id ejus status indoles et conservatio exigit, lege limitantur.

Quid status naturalis et adventitius?

*) Et ex illa limitatione contingit, ut uterque **STATUS** et jura certa hominibus tribuat, et certa iisdem officia imponat. Sic singularia jura atque officia competunt iis, qui in statu naturali vivunt, alia maritis et uxoribus, alia patribus filiisque familias, alia dominis servisque, alia civibus. Et hinc eodem redit definitio status Pufendorfii de offic. hom. et civ. II. 1. 1. **STATUM** in genere esse illam conditionem, in qua homines constituti intelliguntur ad certum genus actionum obeundum, quem etiam peculiaribus jura comitantur.

§. IV.

Non ergo hic 1) statum **NATURALEM** opponimus

Pp

sta-

Natura- statui brutorum, quæ diversa à brutis natura magis
lis status ad statum physicum, quam moralem, pertinet: * (§.
hic non II.) nec 2) statui naturali repugnanti, qualem sibi
opponi- statum servorum fingebant jureconsulti: §. 2. Inst. de
tur sta- jure pers. sed 3) statui sociali et civili, quippe quo-
tui bru- rum utrumque facto suo sibi aliisque imponunt ho-
torum, mines, et quorum uterque vere est adventitus. (§.
nec con- III.) Hic vero qualis fuerit, jam paullo accuratius,
tra natu- adhibita in consilium ratione, erit considerandum,
rali. quum unusquisque inde sit perspecturus rationem, cur
homines plerique, relicto illo statu naturali, sibi
alios, quamvis cum variis molestiis conjunctos, ad-
civerint.

*) Equidem et ex hoc hominum statu, in quo à creatore
sunt constituti, dum eos eximia præ ceteris animalia esse
voluit, officia quædam elicit Pufendorff, ibid. §. III. ve-
luti quod homo debeat auctorem sui agnoscere, colere, et ip-
sius opera admirari, ac diversa plane ratione à brutis vitam
suam exigere. Quale quid et Simplicio ad Epict. Cap.
LXXIX. p. 331. in mentem venisse videtur, dum preca-
tur Deum, ὡς ἰσοπλάθει τῷ θεῷ καὶ τὸ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εὐδαιμόνιον παρὰ
αὐτῷ, ut recordari se faciat nobilitatis, qua ille nos homines
dignatus sit. Sed ad hæc omnia similiaque officia non ideo,
quod aliquid eximium præ brutis accepimus, sed ex vo-
luntate Dei O. M. omnis justitiæ fonte (Lib. I. §. LXII.
2.) obligamur, ac proinde illa supra ex hoc limpidissi-
mo fonte à nobis jam sunt derivata. (Lib. I. §. CXXVI.
§. CXLIX.)

§. V.

Est ille Observavimus jam supra, (Lib. I. §. LXXXVIII.
status æ- 52.) omnes homines, quamvis alter altero perfectior
qualita- imperfectiorque esse possit, natura tamen sibi invi-
tis. cem esse æquales. Et quis, quæso, id in dubium vo-
cet, quum omnes iisdem partibus essentialibus, puta
mente et corpore, constant? Ex eo vero sequitur,
4) ut status naturalis sit status æqualitatis, ac proin-
de 5) eorum, qui in illo vivunt, nemo altero vel
superior sit, vel inferior, et, quod consequi inde
necesse est, 6) nec imperio, nec subjectioni 7) immo
nec ulli dignitatum discrimini in illo locus sit: adeoque
recte scripserit Ulpianus: quod ad jus naturale attinet,



omnes homines æquales sunt. l. 32. D. de reg. jur. Ad-
dantur l. 4. D. de just. et jure l. 12. §. 3. D. de accusat.
l. 64. D. de condict. indeb. *)

*) Mutuatos hæc jureconsultos esse à Stoicis, obsrvat Me-
rillius Observ. l. 15. Et passim sane similes Stoicorum sen-
tentia exstant apud Arrian. diss. Epictet. l. 13. et Senecam
Epist. XLVII. et de benef. III. 22. quas ipse laudavit Meril-
lius. Enimvero commune potius omnibus philosophis et
poetis fuit hoc principium, quod non potuerunt non adop-
tare, quicumque naturam hominis paulo attentius sunt
contemplati. Huc sane pertinet illud Euripidis in Hecuba

Νῆρες δ' ἐν ὄμειν τοῖς τ' ἰσούργοις ἴσος
καὶ τοῖσι δούλοισ ἀπ᾿ αὐτοῦ κῆρα πῆρι.
Lex enim vobis et liberis æqua
Et de servitii sanguine natis lata est.

nec non fragmentum Varronis apud Nonium Marcell. II.
98. Natura in humanis omnia sunt paria; ut alia aliorum
ejusdem sententiæ testimonia nunc prætermittamus, quo-
rum sane complura hic accumulare liceret, si jam id agere-
mus.

§. VI.

Quumque in statu naturali, ut inter æquales, nec
imperio, nec subjectioni locus sit: (§. V. 6) conse-
quens est, 8) ut status naturalis sit status liberatis, *)
in eoque 9) nec subjectioni politicæ, nec, quæ jure
gentium introducta est, servituti locus fuerit. 10)
Ut in eo statu exulare oporteat leges positivas huma-
nas; itemque 11) magistratus 12) pœnas, et 13) quid-
quid sine alterius præ altero prærogativa potestateve
intelligi non potest.

*) LIBERTAS nobis est facultas omnia agendi suo arbitrio,
et in suam utilitatem. Ea vel POLITICA, seu CIVILIS
est, quando quis superiorem non agnoscit, cujus arbi-
trio; et in cujus utilitatem quid agere vel omittere tenea-
tur: vel JURIS GENTIUM, qua gaudent, qui in nul-
lius domini potestate sunt, nec ejus arbitrio et in ejusdem
utilitatem omnia agere coguntur. Priori ergo libertati, quam
politicam vocavimus SUBJECTIO; posteriori, quam ju-
ris gentium esse diximus, SERVITUS opponitur. Addi-

Pp ij

Itemque
liberta-
tis.

optimi.



dit illustris Thomasius in *Not. ad Inst. p. 13.* tertiam libertatis speciem, puta **NATURALEM**, quæ §. 2. *Inst. de jure pers.* definitur. Sed quum ea, ipso fatente viro doctissimo, oppositum non habeat, et magis ad statum hominis physicum, quam moralem referenda sit: ejus hic nulla habenda erit ratio.

§. VII.

In eodem tamen vivere oportuit jus naturæ.

Quia vero in statu illo et leges positivas humanas, et magistratus, et poenas, ideo exulare oportebat quod omnes homines essent inter se æquales, (§. VI. 10 sequ.) ea vero ratio non cadit in jus illud sempiternum, ab ipso Deo immortaliter constitutum: satis patet, 14) hominum actiones et in statu naturali lege naturali regi, 15) eosque, qui in illo vivunt, non minus, quam nos, qui status adventitios adscivimus, ad Deum colendum, eique obtemperandum, 16) ad se ipsos amandos, conservandos, perficiendos, 17) alios denique homines, tamquam se ipsos, diligendos, 18) neminem lædendum, 19) suum cuique tribuendum, quin et 19) ad omnia humanitatis ac beneficentiæ officia aliis præstanda, esse obligatos.*

*) Habes hic præcipuum argumentum, quo jam supra hypothesis Pufendorffii de societate, juris naturalis fonte ac scaturigine, profligavimus. (Lib. I. §. LXXV. 27.) Pone vir doctus, jus naturæ esse ex custodia socialitatis, ad societatem vero homines ipsa necessitate, esse impulsos. At officia erga Deum et seipsum præstare tenebatur homo, etiamsi solus in hoc terrarum orbe viveret: aliis quoque hominibus obligatus erat ad omnia officia justitiæ, humanitatis, et beneficentiæ præstanda, etiamsi cum his nullo societatis vinculo fuisset conjunctus, sed quisque suas sibi res seorsim habuisset. Quo ergo colore vir doctus ex societate repetere potuit jus, quod maximam partem et sine statu sociali inter homines locum fuisset habiturum?

§. IX.

Ex quo simul intelligitur, 20) quam absurde **HOBBES** ac **PROBES** omne jus ex pacto derivet, ac proinde 21) inde in hominibus in statu naturali viventibus jus in omnes et

omnia tribuat, vel 22) quod perinde est, omne jus eo statu naturæ ex statu naturali veluti proscribat et in existentiam agat: (Lib. I. §. LXXIII.) et 23) non minus rationem fugere scriptores veteres, dum talem sibi finem in xerunt statum naturalem, in quo viventes homines parum discreparint à brutis, quippe nullo juris vinculo inter se colligati.*

*) Ita statum naturalem describit Cicero pro P. Sextio Cap. XLII. *Quis vestrum ignorat, ita naturam rerum tulisse, ut quodam tempore homines nondum neque NATURALI, neque civium JURE descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur, tantumque haberent, quantum manu ac viribus per eadem ac vulnera eripere aut reficere potuissent? Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, et illam inmanem, nihil tamen interest, quam JUS atque vis.* Et Horat. *Serm. I. 3. v. 99.* sequ.

Quum processissent primis animalia terris

Mutum et turpe pecus: glandem atque cubilia propter. *

Ungibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro

Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.

Donec verba, quibus voces sensusque notarent,

Nominaque invenere, dehinc absistere bello,

Oppida ceperunt munire, et condere LEGES,

Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

Similia passim habent veteres, quæ operose collegit Pufendorff. de *jur. nat. et gent. II. 2. 2.* Sed fictio hæc est, et quidem parum verosimilis. Quamvis enim facile largiamur, in statu illo naturali valde obrutescere potuisse humanum genus, idque in integris gentibus et hodie fieri animadvertamus, et olim factum esse, memoria prodiderint scriptores, veluti de Hunnis Ammianus Marcellin. *Hist. XXXI. 2.* inde tamen non sequitur, ut in statu naturali juris naturæ cognitio et obligatio plane nulla fuerit.

§. X.

Quumque, ubi acriora legum vincula, magistratum

Notatio numerorum in paragraphis aliquanto major est, sed ita in omnibus editionibus, ne in aliorum citatione aberrant.

In statu tuum potestas, et poenae exulant, quod in statu naturali fieri diximus, (§. VI. 10. sequ.) ibi et oppressis omnibus nullum, nisi in seipsis, praesidium esse possit: consequens est, ut in statu naturali cuius sit jus, omnem vim atque injuriam vi propulsandi, 25) idque, quod alter jure perfecto debebat, vi extorquendi: non autem 26) alterum cogendi ad officia humanitatis ac beneficentiae praestanda, * (Lib. I. LXXXIV. 47.) nisi 27) vel hic se ad ea praestanda pacto ultro obstrinxisset, (Lib. I. §. CCCLXXXVI. 2.) vel 28) extrema necessitas aliquem adegisset, ut res alienas contrectaret, easque in suos usus converteret, (Lib. I. §. CLXX. 75.) 29) maxime si talia essent officia, quae ab altero, nisi inhumanissimus fuisset, sine aliquo detrimento suo potuissent praestari. (Lib. I. §. CCXVI. 4. sequ.)

*) Non ergo excusari potuisset vis Davidis, quam minabatur Nabali, officia beneficentiae sibi denegari, si vel maxime ille in statu naturali vixisset. I. Sam. XXV. 21. 22. Non enim aliunde obligatus erat Nabal, quantumvis stolidissimus, ad comineatum Davidi gratis submitendum, quam ex lege gratitudinis. Ad eam vero cogi neminem posse, jam supra observavimus, nisi ingratitude sit praegnans et cum injuria conjuncta. (Lib. I. §. CCCXXVII. 42.) *) Extrema vero necessitas vim quidem excusasset, non autem vindictam, quam anhelabat Davides, quum Nabal nondum ei, comineatum auferenti, resistisset, sed tantum eum denegasset pecenti, quod eum jure suo facere potuisse, maxime de justitia causae non omnino convictum, nemo non intelligit.

Ad §. 10.

Maxime si talia essent officia. Quia jus innoxiae utilitatis residuum etiam omnibus est ex primæva communione uti jus necessitatis extremæ, et cum evidenter innoxia officia sunt, quodammodo in jus strictum transeunt, uti in casu necessitatis diximus supra lib. I. §. 174. et hoc ipsum infra Heineccius. §. 196. clarius asserit v. Puffend. de jure nat. lib. 2. c. 6. §. 15. et Wolf. jus nat. p. 6. c. 4.

Quum denique et in statu naturali ad officia humanitatis ac beneficentiae cogi nemo posset, adeoque ei opus esset pactis, qui certus de illorum praestatione esse vellet: (§. X. 26. sequ.) sequitur, 30) ut et in statu illo omnia, quae tum de officio paciscentium, tum de jure commercii et de contractibus diximus, locum habuerit, vel habere saltem potuerint: quum 31) saepe homines et illa, quae jure perfecto deberentur, pactis intervenientibus, à debitoribus sibi stipulari debuerint, adeoque 32) nullum fortius fuerit vinculum, quo homines in isto statu continerentur, quam pactorum religio, 33) eoque laxato ruptove, statim labasci ac rumpi oportuerit amicitiam.

§. XII.

Quibus positis, facile intelligitur, 34) quantumvis ab Hobbesio, ipsoque Pufendorffio, hic status, tamquam miserrimus depingatur, pleraque tamen, quae in illo desiderant, ac horrent, non tam ipsi statui, quam hominum malitiae esse tribuenda: 35) ob quaedam etiam perperam reprehendi hunc statum, veluti ob solitudinem, inopiam, famem, frigorisque periculum, ruditatem, virium propriarum imbecillitatem, ac bella inter homines perpetua, quum 36) ea omnia in statu naturali non minus, quam in civili, potuissent evitari, si homines rectam rationem sequi voluissent, *) et 37) in statu civili aequè difficulter, ac in naturali evitentur, si homines rationem sequi nolint. Titius Obs. ad Puffend. de offic. hom. et civ. II. 1. 9.

*) Solitudo enim non concipi potest, nisi inter paucos et brevi tempore. Inopia, famem, frigus non magis premere poterunt homines in statu naturali, quam in civili, quum nihil obstiterit, quo minus et res necessarias occuparent, et commercia aequè commode, ac in civitatibus, instituerent, et nondum nota esset illa dignitatum inaequalitas, quinque luxuriam, matrem inopiae, peperit. Ruditati ac ig-

Praecipue vero in hoc statu pactis opus erat.

An tanta sit hujus status miseria, quanta jactatur?

®

norantia medemur per culturam recte rationis. Cur vero rationem non æque excolere potuissent homines, in statu naturali, quam in civili, viventes? At plerumque candor vitæque simplicitas pro barbarie; adfectatum elegantia studium pro cultiore vita venditur. Præterea quum et hodie *virium propriarum imbecillitas* non aliter medemur, quam per pacta et fœdera: quidni idem in statu naturali fieri potuisset? Denique si *bellum* inter status naturalis incommoda referendum est; nihil sane præcipuum habebit status civilis, quippe quo factum est, ut quum olim singuli cum paucorum periculo vires inter se periclitarentur, hodie integræ gentes cum myriadum interitu in se invicem sæviant. Eat nunc aliquis, et statutum naturalem civili deteriorem esse, dicat, quum hic iisdem, quibus ille; ille pæne non iisdem, quibus hic, incommodis fuerit obnoxius.

§. XIII.

Itaque non eximia quædam status naturalis miseria, (§. XII.) sed partim spes majoris securitatis commoditatisque, partim ipsa hominum malitia effecit, ut in societates coalescerent: ceu paullo post erit dicendi locus. Quumque in statu naturali non fortius fit vinculum, quo homines contineantur, quam pacta et conventiones: (§. XI. 32.) consequens est, 38) ut pactis vel conventionibus constitutæ sint societates. Quumque pauciores facilius, quam multi, in unum placitum consentire soleant: 39) in societates primum simpliciores, deinde et in magis compositas, paulatim coaluisse homines, opinabile est. *)

*) Idque et ipsa historia sacra satis confirmat. Primum enim Adamum et Evam in societatem matrimonialem, omnium simplicissimam, coisse, notum est ex *Gen. II. 21. 23.* Inde mox nati liberi, *Gen. IV. 1. 2.* adeoque exorta est nova societas, paullo magis composita, inter parentes et liberos. Servi tum concipi non possunt, nisi dixeris, protoplastos ipsos liberos vel nepotes suos in servitutem redogisse. Immo quum Noachus tantum cum uxore, filiis et nurbus servatus in arca legatur: *Gen. VI. 18.* probabile sane, est, tum temporis saltim pios nondum familias servorum aluisse: quum contra de Caini posteris ob locum *Gen. VI. 4.* dubitari vix possit, quin homines

alios oppresserint, et in servitutem redegerint. Denique et civitatis, *societatis omnium maxime compositæ*, vestigium jam *Genes. IV. 17.* reperimus. Ut adeo certissimum videatur à societatibus simplicissimis progressum paulatim factum esse ad magis compositas, et ab his ad maxime compositam, quæ civitatis vel reip. nomine veneri solet.

§. XIV.

Et hic quidem per SOCIETATEM intelligimus consensum duorum pluriumve in eundem finem, eademque media, quæ ad finem illum obtinendum sunt necessaria. Quamdiu ergo ille consensus durat, tamdiu status durat societas: simul ac ii, qui antea in eum socialidem finem eademque media consenserant, suum quisque finem intendit, soluta censetur illa societas, et res quisque suas sibi habere incipit. *) Unde et STATUS, in quo durante societate vivunt homines, SOCIALIS vocari solet.

*) Quod non ita accipi velimus, ac si unius dissensu statim et pactum, quo inita est societas, irritum sit, quod supra jam refellimus: (§. CCCLXXXII. 217.) sed quod iste à reliquis non amplius, tamquam socius possit considerari, qui cum reliquis nec in eundem finem, nec in eadem media conspirat, eumque animum suum signis luculentis testatur. Hinc manet quidem reliquis ex illa conventionione jus, alterum ad servanda promissa adimplendasque leges conventionis, vel, si id fieri non possit, ad resarciendum damnum, præstandumque, quod interest, adigendi: at is non potest socius amplius dici, cui non amplius competit socii definitio, ex quo vinculum illud, quod socios continet, tam nefarie abruptum.

§. XV.

Quandoquidem ergo quælibet societas ad certum finem tendit, (§. XIV.) fines vero diversissimi sunt: Societas sequitur profecto, 40) ut et societatum esse possint diversissima genera, adeoque, 41) si finis justus licitusque sit, etiam societas JUSTA et LICITA; in diversis ille injustus ac illicitus, hæc quoque INJUSTA et IL-LICITA merito habeatur: (Lib. I. §. CCCXCVIII. 38.)

Qq

ac

ac proinde turpissimæ sint societates latronum, piratarum, dardanariorum, et similes. 47) Ut societates omnes finibus discernantur, *) quumque ex fine de mediis judicandum sit, 43) jura officiaque sociorum ex ipso societatis fine merito sint æstimanda.

*) Sic vidimus supra contractum societatis, cujus finis erat, commune lucrum. (Lib. I. §. CCCLXXIX.) Alius vero est finis societatis matrimonialis, alius parentum et liberorum, alius dominorum et servorum, alius denique maxime illius societatis civilis, quam vocamus republicam. Quot ergo sunt fines, totidem diversas societates, et quot societates, totidem fines esse oportet. Huc pertinet insignis locus quo Aristoteles auspicatur opus *Politicum*. I. 1. *Ἐπειδὴ πάσαι κοινωνίαι ἐπιούσιν ἀγαθὸν τινος ἢ καὶ οὐκ ἐπιούσιν, τὸ γὰρ ἀγαθὸν δούλοισ ἀγαθὸν καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς οἰκίας, δούλοισ δὲ τῆς πόλεως καὶ ἀγαθὸν τινος ἐπιούσιν.* Quia omnem communitatem boni alicujus causa constitutam, videmus: (ejus enim, quod videtur bonum esse, gratia omnes omnia agunt,) perspicuum est, omnes bonum aliquod propositum habere.

§. XVI.

Quumque sine consensu non intelligatur societas: (§. XIV.) hic vero vel sit ultroneus, vel vi extortus, quem coactum adpellamus, et ratihabitione convalescere posse, supra ostendimus: (Lib. I. §. CCCXLV. 29.) consequens est, 44) ut et societatum aliæ sint ULTRONEÆ, aliæ COACTÆ, nec 45) has ideo statim injustas dicendas esse, quod earum origo vitiosa fuerit, si postea ii, qui coacti societati dederunt nomen, ex parte vel tacite (Lib. I. §. CCCLXXXI. 10.) rem ratam habuerint. *)

*) Sic rata inter Romanos et Sabinas, interque Benjaminitas et Siloitarum filias *Judic. XXI. 21. sequ.* erat societas matrimonialis, quamvis initium ejusdem ob vim injustam esset vitiosum, quia postea ipsæ raptæ rem ratam habuerunt, neque dirimi voluerunt, male licet conciliata matrimonia. *Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. Lib. II. p. 110.* Sic et coacta plerumque inter dominos et mancipia, bello capta, erat societas: et tamen aliquando dominorum humanitas et mansuetudo efficiebat, ut non inviti servirent,

rent, idque serio dicerent, quod apud Plautum *Capr. II. 2. v. 21.* aliquis dolose ait:

Quamquam non fuit multum molesta servitus:

Nec mi secus erat, quam si essem familiaris filius.

Conf. Exod. XXI. 5.

§. XVII.

Præterea quum consensus alius sit expressus, alius tacitus, qui ex facto colligitur, qualis est etiam parentia: (Lib. I. §. CCCXCI. 10. *) sequitur, 46) ut consentietates vel EXPRESSO, vel TACITO consensu inean-su vel tur, et 47) perinde sit, ac si consensissent, qui postea cum aliis in societate vivunt, ad eundem finem seu, vel consilia cogitationesque suas conferunt, mediis quo-tacito, que iisdem, ac alii, ad finem illum adsequendum ne-vel, cessariis, utuntur. Quin, quum aliquando ex ipsa rei-præsum-to, cons-tituunt-tur. natura, alterum consensisse judicemus: (Lib. I. §. CCCXCI. 11.) 48) etiam ex PRÆSUMTO consensu aliquando nasci societatem, satis intelligitur. *)

*) Talis est societas inter parentes et liberos. Tantum enim abest, ut hi diserte consenserint in hanc societatem, eo tempore, quo in illam pervenerunt, ut tum ne consentire quidem potuerint. Et quamvis postea rei paullo intelligentiores, consentire possent, si vellent: tantum tamen abest, ut omnes hunc consensum verbis factisve testentur, ut plures dissentiant, franaque mordere non dubitent. Nihilominus tamen ideo non dirimitur societas, quia ipsa liberorum educatio hanc societatem requirit, præsumiturque, liberos non nolle posse cum parentibus in societate vivere, sine qua ipsi nec conservari, nec commode educari possent.

§. XVIII.

Aliquando contingit, ut non solum singuli homines, sed et totæ societates eundem finem intendant, eademque media sibi ad adsequendum communem finem necessaria esse, intelligant. Quum ergo consensus in communem finem, eademque media sit societas: (§. XIV.) consequens est, 49) ut non modo singuli, sed et integræ societates, in societatem coire possint,

Qq ij

sint,

sint, adeoque 50) societates sint vel SIMPLICES, quas homines singuli, vel COMPOSITÆ, quas societates simpliciores ineunt, quæ tunc tamquam socii considerantur. Quin 51) ex eadem ratione patet, societates etiam jam tum compositas coalescere posse in majores, et maxime compositas, atque 52) ita fieri, ut societates quædam ex multis hominum non millibus sed myriadibus, consistant.*)

*) Illustrat hæc omnia experientia. Simplicissimæ societates sunt conjugum, parentum et liberorum, dominorum et servorum. Ex his societatibus omnibus, inter se consociatis, nascitur societas composita major, quam vocamus FAMILIAM. Ex multis familiis consociatis PAGI, VICI, URBES; ex pluribus pagis, vicis, urbibus integra CIVITATES vel RESPUBLICÆ; ex pluribus rebus publicis SYSTEMATA CIVITATUM vel republica Achaica existunt. Vid. Cicer. *de offic. I. 17.* Nimirum si minores simplicioresque societates non sufficiunt fini adsequendo, ex plurium consociatione majores et magis compositas nasci, necesse est. Hinc bene observat Justinus *Hist. I. 1.* initio *intra suam cuique patriam regna finita esse, idemque testantur exempla Chanaanorum, Phœnicum, Græcorum, Gallorum, Germanorum, Britannorum, quorum provincias olim in plurima regna, pluresque civitates, scissas fuisse, ex Gen. XIV. 1. Jos. XII. 7. Jud. I. 7. Strabone Geogr. XVI. p. 519. aliisque scriptoribus constat. Sed paullatim plures civitates, vi oppressæ, majorem cum aliis civitatem constituere cœperunt: aliz imminente à vicinis periculo, fœdere junctæ in systema aliquod rerumpublicarum majus coaluerunt. Ita Amphictyonum concordia Medorum potentiam concussit, et Achaicæ, res, alioquin satis exiguæ, solo sociorum consensu valuerunt. Vid. Jo. Henr. Boecler. *de concilio Amphictyonum.**

§. XIX.

Denique qui in unum finem eademque media consentiunt, vel æquales sunt, vel inæquales. 53) Illi tamquam pares, media, ad communem finem adsequendum necessaria, communi consensu inveniunt, adeoque 54) inde nascitur societas ÆQUALIS. In his 55) uni pluribusve id negotii datur, ut de fine medi-

disque, ad finem adsequendum necessariis, soli dispiciant, et tunc 56) ea societas est INÆQUALIS, quam et RECTORIAM vocant. Res ipsa autem et ingenii humani indoles unumquemque convinct, 57) quo major est societas, eo minus fieri posse, ut tanta sociorum multitudo media necessaria communi consensu et suffragio inveniat, adeoque, 58) quo major est societas, eo magis eam esse debere rectoriam ac inæqualem.*)

*) Hinc experientia docet, quo majora sunt imperia, eo minus juxta illa consistere libertatem, et, gliscente nimis imperio, prolatisque civitatis finibus, saepe ipsam necessitatem subigere homines, libertatis alioquin amantissimos, ut adductius regi se patiantur. In magna enim, at libera et æquali societate, quia pars major meliorem vincit, non possunt non saepe prava consilia capiri, fieri etiam vix potest, ut non procax libertas civitatem misceat, sociique in plures factiones distrahantur. Tunc vero discordantis patriæ plerumque non aliud remedium est, quam ut ab uno regatur, ceu de republica Romana, jam ab Augusto occupata, judicabant prudentiores apud Tacit. *Annal. I. 9.*

§. XX.

Ceterum cujuscumque generis sit societas, ex ipsa definitione patet, eam ad adsequendum eundem finem, eademque adhibenda media, esse comparatam. (§. XIV.) Quum vero consentire in eundem finem, eademque media non possint, nisi qui idem volunt, nec idem velle possint, nisi qui finem bonum, mediaque fini commodata esse, intelligunt: (Lib. I. §. XXXII. 8.) consequens est, 59) ut singularum societatum concipienda sit una voluntas, unusque intellectus, adeoque 60) singulæ veluti unam personam, quam ad differentiam suppositorum physicorum *moralem* vocamus, constituent.*)

*) Sic Cicero *de Offic. I. 17.* observat, per omnem amicitiam, adeoque et societatem, *ex pluribus fieri unum*, idque ideo, quod, omnes unum et idem sentiant. Add. *Catilin. IV. 7.* At luculentissime Apulejus *de habit. doctr. Plat. Lib. II. p. 25.* *Civitatem esse*, ait, *conjunctionem inter se hominum plu-*

Omnis societas est una persona moralis.



rimorum, in quibus sint regentes alii, alii deteriores, conjuncti inter se concordia, atque inde sibi opem atque auxilium deferentes, iisdem legibus, rectis tamen officia sua temperantes, unamque civitatem iisdem moribus illam futuram, et EADEM VELLE atque EADEM NOLLE incolarum mentes adsueverunt. Ceterum naturam personæ moralis discas ex Senecæ Epist. CII. itemque ex l. 30. D. de usurpat. et usucap.

§. XXI.

Si vero unaquæque civitas veluti unam personam constituit: (§. XX. 60.) consequens est, 61) ut et iisdem legibus, ac homines singuli, vel personæ physicae, regantur, *) adeoque 62. officia omnia, quæ jus naturæ hominibus singulis præscribit, à societatibus quoque, tum majoribus, tum minoribus, religiose sint observanda. 63) Ut contra, quæ personis singulis competunt, jura etiam societatibus competant, et socii res juraque, quæ ad societatem pertinent, communia habeant; immo 64) et adfectiones personarum et corporum non incommode tribuantur societatibus, adeoque 65) illæ eleganti satis metaphora et VIVERE, et ÆGROTARE, immo et MORI et INTERIRE dicantur. Vid. Koehler. Spec. jur. gent. I. §. XX. sequ.

*) Hoc ipso confirmatur, quod jam supra ostendimus, JUS GENTIUM nihil aliud esse, quam ipsum jus naturæ vitæ homines sociali, negotiisque societatum et integrarum gentium applicatum. (Lib. I. §. XXI. 44.) Et recte jus gentium jus naturale societatum vocat laudatus Koehler. ibid §. XXXIV. Ex quo simul patet, quam male ii subducant rationes, qui societates majores, veluti imperia et resp. ab obligatione juris naturalis veluti absolvent, omniaque justa putant imperantibus, quæ illis vel resp. conducant. Unde merito execrandum illud Cæsaris apud Ciceronem de offic. III. 21.

Si violandum est jus, regnandi gratia

Violandum est, aliis rebus pietatem colat.

Plura de pestilentissimo hoc pseudopoliticorum principio dixit Hert. Polit. pæd. §. XIII. p. 22. sequ.

§. XXII.

§. XXII.

Ex eodem principio merito colligimus, 65) unumquemque socium obligatum esse ad actiones suas communi societatis fini attemperandas, adeoque 66) illum injuriam facere sociis, qui ex eorum incommodo fructum capit, vel 67) aliquid agit, quod fini societatis adversatur, vel 68) reliquos socios lædit, ac proinde nec injuriam illi fieri, si et ad resarciendum damnum, et 69) ad officia socii in posterum accuratius observanda, malo quodam passionis, quod pœnam vocant, adigatur. (Lib. I. §. CCXI. 120.) Denique 70) non posse vitio verti socio si vel socium, tam male conciliatum, à se segreget, vel 71) ipse excedat societate, in qua nec finis communis, nec mediolorum, ad hunc finem necessariorum, ratio habetur.

§. XXIII.

Denique ex eodem principio patet, 72) societatem quidem NEMINEM LÆDERE, et 73) SUUM QUIQUE TRIBUERE; non tamen 74) alterius privati, vel alterius societatis, utilitatem suæ antepondere debere. Quum enim quælibet societas unam personam moralem constituat, (§. XX. 60.) eique idem jus, quod singulis personis physicis competat, (§. XXI. 63.) nulla autem persona phisica alteram magis, quam seipsam amare, (Lib. I. §. XCIV. 65.) vel ei officia humanitatis, quæ sibi, vel amicis, noxia futura sint, præstare teneatur: (Lib. I. §. CCXVIII. 13.) etiam societas alteri hujusmodi officia cum detrimento suo præstare, vel utilitatem alienam propriæ antepondere, non tenetur. *)

*) Ita inhumanos non dixeris unius societatis mercatorie contribules, si alteri societati, vel privato, monopolium concedere

Ad §. 23. in scholio.

Monopolium concedere nolint. Sed hoc versari debet in his quæ non tantum utilitatem adferant civitati, sed quæ in necessitatem incidere solent uti alias infra

Sociorum obligatio ratione societatis, et societatis ratione sociorum.

Ratione aliorum.



cedere nolint. Id enim cum manifesto totius societatis suæ detrimento esset conjunctum. Nec quisquam justum pliumque bellum gessisse dixerit Cimbro, Teutone, Helvetios, qui novas quaesituri sedes, quasi jure quodam suo postulabant, ut Romani illis loco cederent, certosque terræ tractus, quos ipsi occuparent, adsignarent. Id enim sine maximo propriae reip. detrimento illis concedere non poterant Romani. *Quas enim terras daret populus, agraria legibus intra se dimicaturus?* inquit Florus III. 3. Et Tencteris atque Usipetibus, similia petentibus, recte respondit Caesar: *Nullo in Gallia vacare agros, qui dari tanta praesentim multitudi sine injuria possint.* Caesar de bello Gall. IV. 8.

§. XXIV.

Similiter demonstrari potest, 75) in compositis societatibus minorum utilitatem majorum fini non repugnare, immo eandem cedere debere utilitati majorum. Quia enim minores societates tunc considerantur tamquam singuli socii, (§. XVII. 50.) socii vero singuli in unum eundemque finem communem eademque media consentire, (§. XIV.) nec propriam utilitatem fini communi societatis anteponebantur: (§. XXII. 66.) etiam minores societates, quæ in majorem, magisque compositam societatem coaluerunt, nihil, quod majori illi societati manifesto refragatur, agere salva justitia, possunt. *)

*) Sic familia non parum prodesset immunitas à tributis et muneribus quibuscumque personalibus. At quia hæc utilitas societatis simplicioris cum detrimento majoris, puta reipublicæ, esset conjuncta: nemo hujus rectores dixerit injuriam facere familiae, si immunitatem flagitanti reipublicæ det: quum contra reprehensionem prudentum procul dubio incurrant principes et magistratus, qui singulis hominibus familiisve consulturi, nervos reip. incidunt.

fra §. 171. utilitatem intelligit. Nam monopolium solius utilitatis causa agere, caritati proximi absonum videtur, contra si societatis contribules iisdem mercibus indigeant, quia tunc exteris illas concedere non tenentur. Almici. 2. 1. 15.

cedere non dubitant. Hinc quum Nero dubitaret, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret: *impetum ejus attinere senatores, DISSOLUTIONEM IMPERII dicendo, si fructus, quibus res publica sustineretur, deminuerentur.* Tacit. Annal. XIII. 30.

§. XXV.

Postremo quum in societatibus sociorum omnium officia ex ipso cujusque societatis fine æstimanda sint, De officio (§. XV. 43.) satis patet, 76) esse hanc veluti omnium legum, quibus societates continentur, summam: *AD OMNIA EA AGENDA OBSTRACTOS ESSE SOCIOS, SINE QUIBUS FINIS, QUEM SOCIETAS INTENDIT, OBTINERI NEQUEAT: CONITA 77) EA OMNIA, QUÆ FINI SOCIETATIS ADVERSANTUR, OMITTENDA ESSE: adeoque 78) recte dici, societatis cujusque salutem supremam sociorum legem esse debere.* *optimè.*

CAPUT. II.

De Officiis in societate conjugali observandis.

§. XXVI.

VELLE Deum, ut genus humanum propagetur, eorumque numerus, qui quotidie debitum naturæ reddunt, nova prole suppleatur, *) vel inde patet, quod alias finis, quem ille in producendo genere humano intendit, non obtineretur. (Lib. I. §. LXXVII. 31.) qui ergo illum finem ob oculos habent, finem bonum intendunt, simulque media, per quæ ille finis obtineri potest, adhibere tenentur. Quum vero obtineri finis ille non possit, nisi masculus et femina in concubitu consentiant: consequens est, 1) ut conjugium sit societas, (§. XIV.) eaque, 2) quia ad finem bonum et Deo gratum comparata est, licita et honesta, (§. XV. 41.) et, 3) quia ex paucissimis hominibus, diversi sexus constat, simplicissima dicenda sit. (§. XVIII. 50.)

Re

*) Hinc

Conjugium est societas licita et simplicissima.

cedere nolint. Id enim cum manifesto totius societatis suæ detrimento esset conjunctum. Nec quisquam justum pliumque bellum gessisse dixerit Cimbrōs, Teutones, Helvetios, qui novas quæsituri sedes, quasi jure quodam suo postulabant, ut Romani illis loco cederent, certosque terræ tractus, quos ipsi occuparent, adsignarent. Id enim sine maximo propriæ reip. detrimento illis concedere non poterant Romani. *Quas enim terras daret populus, agraria legibus intra se dimicaturus?* inquit Florus III. 3. Et Tencteris atque Usiperibus, similia petentibus, recte respondit Cæsar: *Nullo in Gallia vacare agros, qui dari tanta præsentim multitudini sine injuria possint.* Cæsar de bello Gall. IV. 8.

§. XXIV.

Similiter demonstrari potest, 75) in compositis societatibus minorum utilitatem majorum fini non repugnare, immo eandem cedere debere utilitati majorum. Quia enim minores societates tunc considerantur tamquam singuli socii, (§. XVII. 50.) socii vero singuli in unum eundemque finem communem eademque media consentire, (§. XIV.) nec propriam utilitatem fini communi societatis anteponebantur: (§. XXII. 66.) etiam minores societates, quæ in majorem, magisque compositam societatem coaluerunt, nihil, quod majori illi societati manifesto refragatur, agere salva justitia, possunt. *)

*) Sic familiæ non parum prodesset immunitas à tributis et muneribus quibuscumque personalibus. At quia hæc utilitas societatis simplicioris cum detrimento majoris, puta reipublicæ, esset conjuncta: nemo hujus rectores dixerit injuriam facere familiæ, si immunitatem flagitanti reipublicæ det: quum contra reprehensionem prudentum procul dubio incurrant principes et magistratus, qui singulis hominibus familiisve consulturi, nervos reip. incidere de-

fra §. 171. utilitatem intelligit. Nam monopolium solius utilitatis causa agere, caritati proximi absonum videtur, contra si societatis contribules iisdem mercibus indigeant, quia tunc exteris illas concedere non tenentur. Almici. 2. 1. 15.

cedere non dubitant. Hinc quum Nero dubitaret, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret: *impetum ejus attinere senatores, DISSOLUTIONEM IMPERII dicendo, si fructus, quibus res publica sustineretur, deminuerentur.* Tacit. Annal. XIII. 30.

§. XXV.

Postremo quum in societatibus sociorum omnium officia ex ipso cujusque societatis fine æstimanda sint, De officiis (§. XV. 43.) satis patet, 76) esse hanc veluti omnium legum, quibus societates continentur, summam: *AD OMNIA EA AGENDA OBSTRACTOS ESSE SOCIOS, SINE QUIBUS FINIS, QUEM SOCIETAS INTENDIT, OBTINERI NEQUEAT: CONITA 77) EA OMNIA, QUÆ FINI SOCIETATIS ADVERSENTUR, OMITTENDA ESSE: adeoque 78) recte dici, societatis cujusque salutem supremam sociorum legem esse debere.* *optimè.*

CAPUT. II.

De Officiis in societate conjugali observandis.

§. XXVI.

VELLE Deum, ut genus humanum propagetur, eorumque numerus, qui quotidie debitum naturæ reddunt, nova prole suppleatur, *) vel inde patet, quod alias finis, quem ille in producendo genere humano intendit, non obtineretur. (Lib. I. §. LXXVII. 31.) qui ergo illum finem ob oculos habent, finem bonum intendunt, simulque media, per quæ ille finis obtineri potest, adhibere tenentur. Quum vero obtineri finis ille non possit, nisi masculus et femina in concubitu consentiant: consequens est, 1) ut conjugium sit societas, (§. XIV.) eaque, 2) quia ad finem bonum et Deo gratum comparata est, licita et honesta, (§. XV. 41.) et, 3) quia ex paucissimis hominibus, diversi sexus constat, simplicissima dicenda sit. (§. XVIII. 50.)

Re

*) Hinc

Conjugium est societas licita et simplicissima.

*) Hinc Græci societatem conjugalem recte vocarunt τὴν οὐρανίαν, exordiale reliquarum societatum, et quasi quoddam generis humani seminarium, quia sine ea genus humanum fuisset minus etatis, uti de populo Romano ab uxoribus destituto loquitur Florus Hist. I. 1. Rem plane φιλοσοφικῶς expressit Seneca tragædus in Hippolyto. v. 466.

Providit ille maximus mundi parens,
 Quum tam rapaces cerneret fati manus,
 Ut Lamia semper sobole repararet nova.
 Excedat, agetum, rebus humanis Venus, U
 Quæ succulet ac restituit exhaustum genus:

Orbis jacebis squallido turpis situ.
 Et paucis interjectis v. 478.

Calibem vitam probet
 Sterilis juvenus: hoc erit, quidquid vides,
 Unius avi turba, et in semet ruit,

§. XXVII.

Quum tamen finis Dei, tamquam auctori humani generis, non solum in eo consistat, ut homines existant, sed et ut veræ felicitatis sint participes: (Lib. I. §. LXXXVII. 31.) sequitur, 4) ut non solum procreanda, sed et ita educanda sit soboles, ne potius in inutilia terræ pondera, quam in idonea membra humani generis, adolescat. Quumque officium istud educandi sobolem nemini incumbere possit, quam parentibus, quibus ipse Deus ideo tenerrimum ejus amorem impressit: *) merito inde colligimus, 5) eos non modo procreationem sobolis, verum etiam commodam ejusdem educationem, tamquam finem matrimonii, sibi ob oculos ponere debere, adeoque 6) genuinum conjugii finem esse PROCREATIONEM COMMODAMQUE EDUCATIONEM SOBOLIS.

Ejus finis non modo procreatio, sed educatio sobolis.

*) Adeo ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur observante Justiniano l. un §. 5. C. de rei uxor. act. immo non homines tantum, sed et ipsa bruta animalia, quæ curam fœtus non abjicere, prius animadvertimus, quam ipse victam querere, sequæ adve sus allorum animalium injurias defendere possit. Quum ergo Deus, tamquam ens sapientissimus, nihil omnino frustra

frustra, faciat, et hic instinctus quem in hominibus brutisque deprehendimus, non alium finem habere possit, quam ut illo parentes ad educandam curandamque sobolem impellantur: illam curam nobis demandare voluisse Deum, tam certum est, quam quod certissimum. Recte ergo Euripip. in Medea v. 1098.

Οἷοι δὲ τῶν ἄνθρωπων ἰσὺς ἰσὺς
 γὰρ ἄνθρωποι βλάπτουσι, καὶ οὐκ ἔμελλεν
 καὶ ἀλγυχομένῃ τῇ ἀνατολῇ χεῖρῶν.
 Πρῶτον πῶς, ἄνθρωπος ἄνθρωπον ἀνάγει,
 Βίωσιν δ' ἐπιβῆναι ἀνθρώπων τῶν αἰώνων.
 Sed quibus in adibus est liberorum.

Dulce germen, eos video, curis
 Confici omni tempore:
 Primum quidem quo pacto illos bene educant,
 Et unde victum relinquunt liberis.

§. XXVIII.

Itaque CONJUGIUM est societas simplex personarum diversi sexus, procreandæ educandæque sobolis causa inita. Ex eaque definitione patet, 7) nuptias contrahi non posse sine personarum utriusque sexus consensu: (§. XIV.) 8) Ad ea omnia obstrictos esse conjuges, sine quibus procreatio commodaque educatio sobolis obtineri nequit, * 9) eaque omnia omittenda, quæ huic conjugii fini adversantur. (§. XXV. 76. 77.)

Definitio conjugii, de eoque axiomata.

*) Sane enim aliquando satius esset, non procreare liberos, quam procreatos male educare. Leve hoc generis humani dispendium est, si non omnibus annis idem sit proventus hominum. At maximum saepe detrimentum illud capit ex uno vel altero homine, nato in generis sui dedecus, quia institutione, bona commodaque educatione caruit. Quam infelix fuit humanum genus, quod uno Nerone fuit numerosius? Recte et graviter juvenalis Sat. XIV. v. 70.

Gratum est, quod patriæ civem populoque dedisti,
 Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris.
 Utilis et bellorum et pacis rebus agendis.
 Plurimum enim intererit, quibus arillus, et quibus hunc tu
 Moribus instituas.

Add. Senec. de Benef. III. 30.

Rr ij

§ XXIX.

§. XXIX.

Nuptias faciunt consentientes.

Quia ergo nuptiae sine consensu contrahi non possunt: (§. XXVIII. 7.) facile patet, 10) ratas non esse nuptias inter raptorem et raptam, (Lib. I. §. CIX. 43.) nisi vi rapta ex postfacto ultro consenserit: * (§. XVI. *) nec magis 11) eas consistere, si alterutri vis atrocior facta, (ibid.) vel 12) dolo malo aliquis implicatus sit nuptiis, a quibus, si abfuisset dolus, omnino abhorruisset. (Lib. I. §. CCCXC. 23.) Quamvis vero consensus hic conjugum nuptialis omnino sit necessarius: quia tamen societas non est, ubi quis in finem tantum, non item in media, consensit, 13) solum consensum in finem futurum jure naturae nondum efficere nuptias, sed 14) consensum praesentem in ipsam communicationem corporum requiri, arbitramur.

*) Dummodo vera antea vis adhibita fuerit. Saep̄ enim olim vim gratam experiebantur virgines, non quod nollent alicui nubere, sed ne velle, et ruere in virorum amplexus viderentur. Morem hunc jam antiquissimis temporibus inolevisse, testatur Romulus apud Dionys. Halicarn. Antiqu. Rom II. p. 100. ubi apud Sabinas raptum, suo imperio factum, ita excusat: ἔκ τινος ὄψεως τῶν ἀπαγωγῶν, ἀλλ' οὐκ ἔτι γὰρ οὐκ ἔγνωσαν ἰδύμενοι τὴν καὶ ἀρχαίων ἀποφαινοῦν τὸ ἔθος, καὶ τῶν οὐκ ἀνδρῶν, καὶ ὅς οὐκ ἔπαυοντο γὰρ οὐκ οὐκ ἔτι τῶν ἀπαγωγῶν. Raptum hunc non ad consumeliam, sed ad conjugium, pertinere: morem hunc Graecorum esse antiquissimum, et qui maximum decus adferat expetitis ad nuptias mulieribus. Idem et aliarum gentium moribus probatum esse, novimus, quasi honestius esset, virginem rapi, quam ultro in manum viri convenire. Hanc vero vim, mulieribus male repugnantibus illatam, non adversari consensui, facile unusquisque animadvertit.

§. XXX.

Ex quo simul patet, 15) consensum in futuras nuptias potius sponsaliorum, quam conjugii, noferentia mine venire, adeoque 16) subtiliorem esse canonistarum distinctiunculam inter sponsalia DE PRESENTI et

DE FUTURO, quam ut ea ex recta ratione possit defendi. s en s u s Quia tamen sponsalia sunt pactum, pactaque omnia sponsalijure naturae perfecte obligant: (Lib. I. §. CCCLXXXVII. tii et nu sequ.) nemo dubitaverit, 17) quin et sponsalia sint pialis? adimplenda, *) nisi 18) ea, quibus et alia pacta vitiari observavimus, (Lib. I. §. CCCXCII. sequ.) vel animorum dissimilitudo, vel aliae justae caussae, dirimi potius hoc pactum, quam par male conciliatum infelicissimis auspiciis jungi, suadeant.

*) Mira ergo dispositio juris Romanorum, ut sponsalibus neutra pars perfecte obligetur. Quum enim reliqui Latini inde saltim actionem ex sponsu darent, ad id, quod interesset, pactum hoc non fuisset servatum: Gell. Noct. Att. IV. 4. Romani quemque suo arbitrio et impune renunciare conditioni, statuebant. l. 1. C. de sponsal. l. 2. C. de repud. Sed cum ipsis conjugibus summa esset diuortendi libertas: fieri vix poterat, ut vinculum, quod sponsum sponsamque continet, firmiter existimarent: ac proinde non potuerunt non et repudia apud eos esse liberrima.

§. XXXI.

Quumque finis matrimonii sit procreatio commodaque educatio sobolis, (§. XXVII. 6.) eaque omnia, sine quibus hic finis obtineri non potest, factas concienda, quae illi adversantur, omittenda sint: (§. XXVIII. 8. 9.) sequitur sane, 19) ut, qui ad nuptias adpellunt animum, ea aetate esse debeant, ut sperari possit, eos et procreationi sobolis, et ejusdem educationi sufficere: et hinc 20) merito arcendi sint infantes, immo 21) et adolescentes, quorum nondum est vel tantus vigor, ut genus humanum nova vegetaque sobole augere, *) vel tanta virtus et

Habili-
tas con-
jugum m
ratione
aetatis.

pru-

Ad §. 30.

Quam ut ea ex recta ratione possint defendi. Duriusela aliquantulum videntur, et ita emollienda, nempe simplicitatem naturae non agnoscere hanc distinctionem, quae juris constituti est, et minime ea per rectae rationis principia sustinetur, aut inducitur.



prudencia, ut et alimenta uxori liberisque parare, et eorum actiones, pro eo, ac decet, regere possint. *)

*) Hinc ea in re plerosque legislatores prudentia superavit Lycurgus. Quum enim is vulgo juvenum ac juvenularum nuptias quam maxime p obari, animadverteret: ipse, teste Xenophonte de rep. Laced. Cap. I. §. 6. ἀποκρούει τὸ εἶπερ βλάπτετο τῶν ἡλικιωτῶν ἀγαθῶν, ἰταξεία, ἡλικιωτῶν ἀγαθῶν τὸς γάμους τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸτα συγγενῶν τῶν ἡλικιωτῶν ἐπιβουλήν, potestate adempta, ne quis uxores ducerent, quam ipsis libidinum esset, jussit, ut, dum vigerent corpora, matrimonia contraherent: idque non minus ad rectam procreandi rationem conducere putabat. Deinde quum plerique parentes ad procreandam, quam educandam, sobolem sint aptiores: Lycurgus hanc curam publicam esse voluit, omnibusque Laconum adolescentibus praefecit: ἀρχὴν ἔξ ἄρχης αἰ μὲν γὰρ ἀρχαὶ καθίσταται, ὅτι ἐξ αἰ καθίσταται καθάρτα. τῶν δὲ ἀρχῶν ἰσχυρὸν καὶ ἀρχαῖον τὸς παῖδας, ἀποκρούει, ἀ τῶν πατρῴων, ἰσχυρὸν καὶ ἀρχαῖον, virum ex illorum numero, qui summos magi status obtinent, cui paedonomi est inditum nomen, cuique plenam potestatem colligendi pueros concessit, et eosdem punienti graviter, inspectanti, an quis nequiter agat. Vid. Xenoph. ibid. Cap. II. §. 2. Digna profecto res, quam non negligenter alii resplicent.

§. XXXII.

Ex quo facile intellectu est, quid judicandum sit de senum nuptiis. Quemadmodum enim 22) ob indissolubilitatem hujus societatis, de qua paullo post dicendi locus erit, non divellendi sunt conjuges, qui in illo statu consenuerunt, 23) tolerandumque etiam videtur matrimonium viri declivioris aetatis, sed adhuc vegeti, cum muliere juvene, quam adhuc sperare liceat, par illud finem matrimonii adsequaturum: ita 24) nemo sanus probaverit nuptias senis cum sene, vel 25) adolescentuli cum anu effæta ac decrepita, quale par male compositum sine turpissima impudicitia nec in finem, nec in media matrimonii, consentire potest. *)

*) Quid enim turpius, quid impudentius fingi potest femina, quae quam sint tres cavilli, quatuorque dentes, gaudet octoginta nupturire post mortes, virumque domens cineribus suis

quærit prurire? uti loquitur Martial. Epigr. III. 93. Tolerantur in civitatibus hujusmodi nuptiae, quæ nuptiarum nomen vix tuentur, quia, judice Quintiliano Decclam. CCCVI. quedam et nubendi impudicitia est. Eleganter, uti solet, de hujusmodi matrimonio Pufendorfius de jure nat. et gent. VI. 1. 25. Quæ matrimonia fortasse non incommode vocare possis HONORARIA: eo sensu, quo honorarii quandoque dicuntur, quibus titulus muneris sine functione datur. Apud Suetonium Ner. Cap. XXXV. uxoria ornamenta vocantur, eo sensu, quo triumphalia ornamenta dici soverunt.

§. XXXIII.

Multo minus ergo 26) iis permittendum est matrimonium, quos vel ipsa natura, vel 27) hominum An spualtia, potentia procreandi sobolem privavit, adeo dones et que 28) impudicissimæ sunt non modo eunuchorum, eunuchi; sed et spadonum nuptiæ, quamvis eas exemplis non carere, satis constet, *) nisi 29) occulta et incerta sit masculi impotentia sterilitasve feminae, nec omnis spe curationis evanuerit, alterque conjux hoc Catione contentus esse, et meliora spectare, velit.

*) Absurda ergo matrimonia spadonum apud Egyptios, de quibus Grot. ad Deut. XXIII. 2. Absurda itidem eunuchorum apud Turcas, de quibus Ricaut dant 1^o erat present de 1^o empire Otoman. II. 21. Et tamen inter ipsos Christianos, quod mireris, disceptatum novimus, licitumne sit castrato uxorem ducere? Quæ de questione singularis extat libellus Hieronymi Delphiini de eunuchi conjugio, quod ipse lepide vocat die Capaunen-beyratb, recusus Jene MDCCXXXVII. Id vero merito retuleris inter portentosa sæculi, de quibus jam sua ætate Juvenalis Sat. I. v. 22. Quum tener uxorem ducat spado, Maxia Tuscum Figat aprum, et nuda teneat venabula mamma: Difficile est, satyram non scribere.

§. XXXIV.

Quamvis vero ex eodem principio recte colligere liceat, 30) eos easve, qui quæve obtinendo matrimonii fini se satis idoneos idoneasve esse animadvertunt, recte et ordine facere, si matrimonium contrahant: An omnes natura habent:

les obligant : non tamen 31) talis est obligatio ad ineundum gati sint matrimonium , ut is contra jus naturæ egisse videatur , qui castum cælibatum inauspicato præferre matrimonio statuit. *) Quum enim nemini imputandum sit omissio actionis , si agendi defuerit occasio , (Lib. I. §. CXIV. 56.) et sæpe contingat , ut tum res ipsa , tum tempus , locus aliæque circumstantiæ turbent consilium contrahendi matrimonium , adeoque illud ineundi desit occasio : vitio sane tunc ei verti non potest cælibatus , cui divina providentia conditionem honestam non obtulit.

*) Est hæc sententia Judæorum , quam ex eorum magistris pluribus describit Jo. Selden. *jur. nat. et gent. secund. discipl. Hibr. V. 3.* Neque enim illud recte probant ex loco *Genes. I. 2.* qui non legem , sed benedictionem divinam , comprehendit. Et absurdum est , illos , qui cælibatum ex justa causa præferunt matrimonio , coargui , quod generi humano male consulant , quasi ideo interituum sit genus humanum , si unus vel alter ex justa causa ad nuptias non adpellat animum. Hinc parum memores præceptorum Pauli , Apostoli , *1. Cor. VII.* esse videntur ii , qui ex Christianis pedibus in illam Judæorum sententiam ire non dubitant.

§. XXXV.

Extra
matrimonium
veritum
omnege-
nus libi-
dinis.

At id tam certum est , quam quod certissimum , quum medium sit propter finem , adeoque concubitus propter procreationem educationemque liberorum , omniaque , quæ huic fini adversantur sint omittenda , (§. XXVIII. 9.) 32) graviter peccare omnes , qui medio illo , quod Deus ad certum finem destinavit , abutuntur ad explendam tantum libidinem , adeoque 33) omnem nefandam Venerem , quam scire non proficit , 34) omnia adulteria et 35) supra , 36) omnes furtivos amores , qui insuper cum maxima aliorum injuria conjuncti sunt , denique 37) omnes fœdas pollutiones æque , ac 38) quæstum nefandum et 39) le-nocinium rectæ rationi omnino adversari : neque a deo 40) aliud esse propagandi supplendique generis humani legitimum medium , præter societatem conju-

ga-

galem , quam adhuc descripsimus. *)

*) Omnes enim hæc impurissimæ commixiones non fiunt procreandæ sobolis causa , sed ii , qui his libidinibus indulgent , potius hunc finem , quantum in ipsis est , impedire student. Et si vel maxime natura hoc pravum illorum consilium alio vertit , ut soboles , etiam invitis parentibus , nascatur : his tamen alter finis , puta educatio ejusdem , minime omnium ob oculos est , et maxime patri , qui prolem , tamquam incertam , et vulgo quæsitam , plerumque negligit. Ex quo deinde plerumque sequitur , ut infelicissimi hi liberi ad omne scelus adolescent , et generi humano oneri potius sint , quam ornamento. Quod quum omnino prohibendum sit : facile patet , non injuste agere magistratus , qui et adulteros et stupratores ad suppeditanda liberis alimenta ; et hos , si feminas , injecta spe matrimonii , ad stuprum pellexerint , etiam ad ducendas stupratas adigunt.

§. XXXVI.

Ob eandem causam 41) *πολυγαμία* , id est , unius feminae cum pluribus viris conjunctionem , rectæ rationi omnino refragari , adeoque et 42) communio-nem uxorum , quam in republica sua Platonem civibus permisisse , ajunt , plane esse reprobendam , libro uxoret. Aristot. *Polit. II. 2.* Quum enim utroque casu incerta futura sit paterna prolis origo , eaque incertitudo commodam liberorum educationem vel maxime impediatur : (§. XXXV. *) tantum abest , ut fœdas has commixiones probet recta ratio , ut ne ii quidem populi , quos alioquin *πολυγαμία* , id est , unius viri cum pluribus uxoribus conjugium , permisisse constat , ulli feminae facultatem dederint , cum pluribus maritis uno eodemque tempore in manum conveniendi. *)

*) Non igitur acutius Papius Prætextatus eludere potuisset curiositatem matris , quæ rei magnæ in senatu eo die consultatum esset , paullo compressius ac violentius sciscitantis , quam dum actum in senatu dixit : *utrum videretur utilius magisque è republica esse , unusne ut duas uxores haberet , an ut una apud duos nupta esset ?* Quum enim nulli in mentem venisset , alterutram legibus permittendam

Ss

es-

esse: matronæ Romanæ, à matre Prætextati de periculo monita, postero die nudare animi sententiam non dubitarunt, adeuntes amplissimum ordinem, et non sine lacrymis orantes, una potius duobus nupta fieret, quam ut uni due. Gell. Not. Att. I. 23. Sed tantum abest, ut *πελυγοίαν*, tolerarint Romani, ut ne barbari quidem eam umquam admiserint, quamvis promiscuum usum uxorum aliqui probarint, veluti Taprobanenses, Ichthyophagi, Hylophagi, Nomades, Garamantes, Troglodytæ, Agathyrsi, Gindani, Britanni, de quibus videndus Pufendorff. *de Jur. nat. et gent. VI. I. 15.*

ALERE FLAMMAM VERITATIS §. XXXVII.

Paullo altioris indaginis est quæstio, an *πελυγοίαν*, seu unius mariti cum pluribus uxoribus connubium, jura naturæ permittat? Neque enim I) hujusmodi conjugium vel procreationem sobolis impedit, vel II) efficit, ut proles incerta videatur. Præterea III) multæ gentes, ipseque Dei populus, et probarunt hanc cum pluribus uxoribus societatem, et sibi non infelices visi sunt, dum plures feminas domum duxerunt; ut jam non dicamus, IV) Turcarum, aliorumque populorum orientalium, exempla argumento esse, non pejus se habere liberorum procreationem atque educationem, si unus plures, quam si unam quisque domum ducat: itemque V) sæpe vel mariti vigorem, vel uxoris intolerabiles mores, vel ejusdem sterilitatem, vel ipsius reipublicæ salutem, aliasque justas causas videri suadere, ut polygamia simultanea monogamiæ præferatur. *)

*) Eo redeunt præcipua, quibus polygamie patroni utuntur, argumenta, ex sola ratione delecta. Quæ enim ex scriptura sacra addunt, ea huc non pertinent. Magno argumentorum utriusque generis apparatu causam hanc egerunt Huldericus Neobulus, de cujus libro *de digamia* videndus Seckend. *Hist. Lutheran. III. 79. Addit. III. litt. x. p. 281.* Bernardin. Ochinus, ex instituto refutatus à Theod. Beza libro *de polygamia* et Jo. Gerardo *de conjug. §. CCVII.* Jo. Lyserus, qui sub fictis Theophili Alethæi, Vinc. Athanasii, Cottl. Wahrmundi nominibus latitans, plures libellos ea de re sparsit in vulgus, de quibus fusi-

sus egit Vinc. Placcius *Theatr. pseudonym. n. 97. 277. 2867.* Adversus eum calamum strinxerunt Jo. Brunsmannus, Jo. Musæus, Diekmannus, Feltmannus, Gesenius, at in Pufendorffium injurius, Jo. Meyerus, et alii. Denique polygamie paracoinium suscepit vir, quem studia sua, melioribus literis consecrata, hoc ingenii foetu interrumpere non decebat, Daphnæus Arcuarius, in libro Germanice scripto *von Ebe sachen*: ut jam non dicamus de novissima controversia, quæ nuper à jureconsulto Dantiscano, majore fortassis ecclesiæ damno, quam fructu, excitata, plures libellos eristicos peperit, quos, utpote ubi obvios, recensere hic nihil attinet.

§. XXXVIII.

Enimvero quum conjugum sit, ea omnia, quæ conjugii fini adversantur, omittere, (§. XXVIII. 9.) fini vero illi, quia conjugium est societas, vel maxime adversetur discordia circa finem et media, (ibid.) denique illa discordia, eo minus evitetur, quo major est societas: *) (§. XIX. 57.) merito colligimus, 43) *πελυγοίαν*, quoque rectæ rationi minus convenire, quam unius cum una matrimonium, et proinde 44) quum natura nos obliget, ut ex pluribus bonis id, quod optimum est, eligamus, (Lib. I. §. XCII. *) potius nos ad monogamiam, quam ad polygamiam eligendam esse obligatos.

Ea rectæ rationi non convenit.

*) Hoc tam certum est, quam quod certissimum. Plures unius viri uxores invidia, zelotypia, æmulatio, et mille aliæ causæ quotidie collidunt. Jam enim mulier mulieri venustiori, juvenculæ, fecundiori, magi que amabili; jam plures earum marito, unam vel alteram sibi præferenti; jam eadem alterius liberis erectioris ingenii, vel patri paullo carioribus, succensent. In hoc vero intestino bello quæ posset locum habere concordia? quis consensus in educationem tam dissortium liberorum? Viderunt tam tristia exempla familiæ Abrahami et Jacobi, quum in iis floreret virtus et pietas. *Genes. XVI. 5. XXI. 9. sequ. XXIX. 30. sequ. XXX. 1. sequ.* Quid non evenire posse credimus aliis, quis pro mulieribus probis et modestis Medæas vel furias aliquot domi alerent?

§. XXXIX.

Respon- Nec tanti sunt rationes, paullo ante recensitæ, ut
sio ad ar- earum causa deserere velimus vadimonium. Ponamus,
gumenta I. procreationem sobolis non impediri *πολυγυρία*; at
primum, tanto magis impeditur finis alter, puta, commoda li-
se cu n- berorum educatio, (§. XXXVIII. *) quæ à procrea-
dum et tione non est sejungenda. (§. XXVII.) II. Quamvis
tertium. proles etiam in *πολυγυρία* certa sit: hæc tamen certi-
tudo non impedit, quo minus quælibet mater suis
tantum liberis faveat, reliquarum prolem odio plus
quam Vatiniano prosequatur, vel eam saltim nover-
calibus instigationibus patri exsosas reddere studeat.
III. Populis orientalibus, quibus clima ferventius, ip-
saque naturalis lascivia *πολυγυρία* persuasit, facile op-
poni possunt tot gentes humaniores, quibus eadem
displicuit. Nec mos Judæorum pro norma est, quum
ipse Servator ea omnia, quæ à primæva Dei insti-
tutione discrepent, *) in Judæis tolerata magis, quam
adprobata à Deo esse, doceat, *πῆρς του συληροκαρδίας
αὐτῶν propter duritiem cordis eorum. Matth. XIX. 8.*

*) Nulla autem ostendi potest ratio, cur in quæstione de
divortiorum licentia magis ad primævam matrimonii ins-
titutionem respiciendum sit, quam ubi de *πολυγυρία*, dis-
putatur. Immo ab ipso divortio, quod Servator primæ-
væ institutioni refragari, ac proinde *παρὰ τὴν ἀρχαίαν πορνείαν*
illlicitum esse docet, recte ducimus argumentum ad pro-
hibitionem *πολυγυρίας*. Si enim is, qui, repudiata injus-
te priore uxore, aliam ducit, adulterii reus est: multo
magis adulterii reus erit, qui constante matrimonio uxori
aliam superinducit, quia ratio, à Christo adducta,
quod nempe Deus, instituens matrimonium, voluerit, *ut
duo sint caro una, Matth. XIX. 5.* non minus polygamiz,
quam divortio, obstat.

§. XL.

*valoxi vi
lit quidem.* Nec non — Ejusdem commatis et reliqua sunt argumenta, in
ad quar- quibus polygamiz adsertores causæ suæ præsidium
tum et quærunt. Nam IV. quæ de Turcarum aliorumque po-
quintum. pu-

pulorum orientalium felicitate, tranquillitateque do-
mestica jactant, partem annalibus eorum, ipsique ex-
perientiæ repugnant, partim iis mediis obtinentur, quæ
naturæ atque indoli societatis matrimonialis plane re-
pugnant. *) Et quid, quæso, V. incredibile est,
quam uni non sufficere unam? quid incertius, quam
eum, cui inverecunda vel immodesta obtigit uxor, al-
teram, quam illi superinducit, verecundio-rem modestio-
remque, vel cui jam infæcunda domi est, alteram fæ-
cundio-rem habiturum? Quid si pro una furia duas
tresve inveniat? Immo totum hoc argumentum non
nisi iis alicujus ponderis esse videbitur, quibus

Sola est utilitas, justi, prope mater, et æqui.

id est, qui falsum juris naturæ et gentium principium
pro vero adoptant. (Lib. I. §. LXXVIII. *)

*) Notum est, orientales populos, qui plures uxores alunt,
easdem gynæceo, tamquam carceri perpetuo inclusas ha-
bere, nec meliorem earum, quam ancillarum, pati esse
conditionem. Hinc Aristotel. *Polit. I. 2. περὶ τῶν βαρβάρων
τῶν θύλων καὶ δούλων τῆν ἀνδρῶν ἔχει τάδε.* Apud barbaros autem
femina et servus eundem ordinem habent. Adde de Persis in-
signem locum Plutarchi in *Themistocl. p. 125.* Præsto iis
est eunuchus aliquis, qui illas custodiat, et ab omni a-
liorum hominum consuetudine plane avertat. Liberi e-
tiam, maxime dignioris sexus, raro matris, plerumque
autem eunuchi alicujus, vel servi, disciplina traduntur.
Quæ omnia an naturæ hujus societatis convenient, facile
intelliget, quisquis uxorem vitæ fortunæque sociam, non
captivam, non ancillam, esse debere, cogitaverit.

§. XLI.

Non minus difficilis est quæstio, an ex juris na-
turæ præscripto et sanguini habendus sit honor, a-
deoque nuptias et cognatio, et adfinitas impediatur? An jus-
certo natura
certa
Enimvero quum matrimonii fini adversari non videatur
gradus
tur hujusmodi conjunctio: (§. XXVIII. 8. 9.) satis prohi-
constare arbitror, 45) eam ex hac causa juri na-
beat
turæ haud adversari. Attamen quia nuptiæ, inter ads-
cendentibus et descendentes contractæ, cum maxima tur-
pissimaque respectum, qui inter has personas inter-
ce-

cedunt, confusione conjunctæ sunt: 46) ipsa recta ratio, illas omnino inhonestas esse, agnoscit, et 47) eatenus Jetti Romani non male statuerunt, hunc esse incestum juris gentium.*) l. 38. §. 2. D. ad leg. Jul. de adult. quin et 48) in linea collateralis nuptiis inter proximos cognatos cognatasque pudorem impedimento esse, existimarunt, l. 68. D. de ritu nupt.

*) Quum enim natura probare non possit contradictoria, tales vero veræ sint obligationes uxoris et matris, patris et fratris, matris et sororis, quæ in una persona vix consistere sine summa confusione possunt: nec possunt hæc nuptiæ consistere, quibus hi respectus in una eademque persona manifesto confunduntur, veluti in nuptiis Hersili, et Marullæ, de quibus vetus epigramma:

Hersilus hic jaceo, mecum Marulla quiescit:

Quæ soror, et genitrix, quæ mihi sponsa fuit.

Me pater è nata genuit: mihi jungitur illa:

Sic soror et conjux, sic fuit illa parens.

Sunt hæc sane ita comparata, ut et pagani turpia viderentur, ex quorum numero Ovidius *Metam. X. v. 9.*

Myrrham ita loquentem inducit:

Tunc soror nati, genitrixque vocabere fratris

Nec, quod confundat et jura et nomina, sentis?

Inter collaterales confusio tanta non metuenda, at confusio tamen quædam respectuum et obligationum evitari non potest, si eadem soror, eadem uxor sit. Hinc honestius putamus, has quoque nuptias non permitti, nisi eas absoluta excuset necessitas. Et sic facile reddideris rationem, cur Adami liberi sine incestus crimine inter se contraxerint nuptias, quum incestuosi procul dubio hodie dicendi sint, qui eorum exemplum imitari non dubitarent. Pertinet enim hæc graduum prohibitio ad officia erga alios, quorum ea est natura et indoles, ut, si necessitas ab ipso Deo objiciatur, qualibet sit honesta ratio expediendæ salutis. (Lib. I. §. CLXII. 64.)

§. XLII.

An ritus et solemnitas conjugalis: (§. XXXV.) consequens est, 49) ut probet?

Quum porro omnes commixtiones extra matrimonium, quippe ad solam explendam libidinem compalemnitata, rectæ rationi adversentur, nec aliud legitimum sit genus humanum propagandi medium, quam societates conjugalis: (§. XXXV.) consequens est, 49) ut probet?

et ipsorum conjugum, et liberorum inde natorum intersit, animum hanc societatem contrahendi signo quodam externo testatum fieri, justamque uxorem à concubina, maritum à stupratore vel concubinario, liberos legitimos ab illegitimis discerni. Quod quum commodius fieri non possit, quam si nuptiæ publicæ et solemniter contrahantur: facile reddideris rationem, 50) cur omnes pæne gentes, certos ritus nuptiales, *arbitrarios* illos quidem, ast ad declarandum consensum nuptialem, officiaque conjugum significanda idoneos, adhibendos existimarint. *)

*) Nulla pæne fuit gens tam barbara, quæ non ritus quosdam adhibuerit in contrahendis nuptiis, multoque magis gentes humaniores, veluti Hebræi, Græci, Romani hujusmodi solemnitatibus utendum putarunt, de quibus tanto adparatu agunt viri docti, qui antiquitates Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque gentium ex instituto descripserunt, ut propositi immemor esse viderer, si de ritibus illis vel verbum addendum putarem. Id tantum moneo, Romanos, oblanguescente paulatim vetere illa disciplina, eo demum devenisse, ut nullum pæne ritum amplius adhiberent, eoque factum esse, ut sæpenu-mero dubitaretur, justæne uxoris, an concubinæ locum in ædibus teneat femina, idque aliquando ex instrumentis dotalibus, §. ult. *Inst. de nupt.* aliquando ex ipsa foeminarum conditione qualitateque adfectionis esset dijudicandum. l. 24. D. de ritu nupt. l. 31. pr. D. de donat. Quam facile vero supersedissent his quæstionibus, si more majorum certo ritu contraxissent nuptias?

XLIII.

Ad §. 41.

Arbitrarios illos quidem. Hoc est non à natura præscriptos, uti infra notabimus. 186. et hoc sensu de signis locutus est Heineccius supra §. 138. Hinc provenit etiam ut nos Catholici in faciem Ecclesiæ, proclamationibus præmissis, interveniente demum Parocho, testibusque duobus præsentibus, matrimonium contrahere debeamus, non arbitrato nostro, sed ex sac. Concilii Trident. decisionem sess. 24. c. 1.

§. XLIII.

Officia De officiis utriusque conjugis omnia sunt certa et conspicua. Quam enim natura hujus societatis requirat mutuum consensum, (§. XXXIII. 7.) is vero sine amore actua, quæ concordia sperari nequeat: consequens est, 51) ut ex natura conjuges mutuo amore sese complecti, 52) et non ra pacti modo communem rem familiarem *) communi consilio administrare et curare, sed et 53) alter alteri pro virili adjumento esse, immo et 54) communem utramque fortunam habere, in primis vero 55) in liberorum educatione ope et consilio se invicem juvare debeant. *)

*) Equidem an communio illa bonorum, mortuo alterutro conjugis, effectum habere, et quanta pars substantiæ communis superstiti, quanta defuncti heredibus, obvenire debeat, vel pactis, vel legibus, definiendum est. Constante tamen matrimonio communia omnia habere conjuges, etiam recta ratio agnoscit. Quam enim socii ob unitatem voluntatis sint una persona, (§. XX. 60.) ac proinde res et jura, quæ ad societatem pertinent, communia habeant: (§. XXI. 63.) manifestum est, idem etiam inter conjuges observandum esse, adeo, ut et Romani, quamvis, exolescente in manum conventionem, ab usu recederet illa communio, quam inter conjuges esse voluerat Romulus, teste Dionysio Halicarn. *Antiq. Rom. Lib. II. p. 95.* tamen communem utrique conjugi bonorum usum esse statuerent *l. 1. D. rer. amat. l. 5. C. de crim. expil. hered.* Ex quo facile patet, cur Modestinus, retenta veteri definitione, nuptias, quales et sua ætate erant, dixerit conjunctionem maris et femina, consortium omnis vitæ, diviniq; et humani juris communicationem. *l. 1. D. de ritu nupt.*

§. XLIV.

Itemque, Et hæc quidem communia sunt utriusque conjugis officia, quæ ex consensus ac societatis natura pronæ alveo fluunt. Ex fine porro matrimonii (§. XXVII. 6.) colligimus, 56) conjuges merito cohabitare: sibi bique solis 57) invicem corporis usum præbere, adeo-

deoque 58) ab adulteriis, aliisque furtivis impurisque amoribus, abstinere, *) 59) liberos pari amore complecti, nec 60) alterum alterius curam et sollicitudinem, qua liberos commode educare cupit, inutilem atque infructuosam reddere debere.

*) Sunt, qui hoc officium tantum ad uxorem, non item ad maritum pertinere existimant, ex ea ratione, quod eo neglecto, incertitudo prolis uxori non sit metuenda. Enimvero uti omnino vetita est commixtio, qua fit, ut incerta sit origo sobolis: ita non sequitur, ut licitus sit congressus, ex quo illa incertitudo non sit metuenda. (§. XXXIX. 11.) Vid. Gundlingii *dis. an major à feminis, quam à viris, castitas requiratur.* Nos ex regula principali justitiæ naturalis hoc argumentum ducimus: Quod sibi quisque non vult fieri, id nec alteri facere debet. (Lib. I. §. CLXXVII. 6.) At maritus non vult, ut uxor alterum majore amore, quantumvis innoxio, quam se complectatur, vel ulli alii, quam sibi, corporis usuram præbeat: Hinc ad idem officium obstrictus est maritus. Recte itaque Chrysostom. *homil. XIX. in I. Cor. VII. In aliis sit prerogativa viri, non in pudicitia.* Et Greg. Nazianzenus: *πῶς ἀναίτιός, ἢ ἀπὸ τῆς ἡλικίας; Quo jure exigis, quod non rependis?* Add. Lactant. *Inst. div. VI. 3.* Hieronym. *ad Ocean. et can. 20. Caus. XXXII. quest. V.* Quamvis uxoris impudicitiam fini matrimonii magis, quam viri incastitatem, repugnare, facile largiamur.

§. XLV.

Satis porro manifestum est, imperfectam admodum fore hanc societatem, si tam esset æqualis, ut An mæpenes neutrum conjugem aliqua negotia communia dirigitendi, facultas relinquatur, quia in plerisque contingere posset, ut in eligendis mediis quam maxime dissentirent, adeoque, quum inter duos ne numerus quidem suffragiorum vincere possit, res non habeat exitum. Quamvis vero tunc prudentius consilium præferendum videatur: (Lib. I. §. XCII. *) tamen quia æque incertum futurum esset, uter conjugum magis altero sapiat, merito ad id, quod plerumque fit, attendendum, adeoque 61) marito aliqua prerogativa

Tt

con-

concedenda erit circa negotia, quæ ad societatis communis salutem utilitatemque pertinent. *) (§. XXVIII. 8.)

*) Quum enim ad ea omnia obstricti sint conjuges, sine quibus procreatio commodaque educatio sobolis obtineri nequit: (§. XXVIII. 8.) obstricti etiam erunt ad alterutrius prærogativam ferendam, sine qua sperandus non esset in eadem media consensus. Quia vero in societate inter pares prærogativa illa merito debet prudentiori, eique, cui plus oneris incumbit, is vero in societate conjugali, ut plurimum est maritus: uxor obstricta erit, ad prærogativam mariti ferendam. Martial. Epigr. VIII. 12.

Inferior matrona suo sit, Prince, marito:

Non aliter fuerint femina virque pares.

Et Plutarch. conjugal. præcept. p. 139. Ὁμοίως ἀνὸς ὄντες οὐκ ἔστιν ἰσότης, τὸ βαρύτερον γινώσκον τὸ μίλλον, ἐν τῷ πάσῃ πρᾶξίς ἐν οὐκ ἰσότητι οὐκ ἔστιν ἰσότης, ἡ δὲ ἀποφύγετον ἐπιποδοῦναι ἰσότητα δὲ τῶν τῶ ἀδελφῶν ἡγεμονίαν, ἢ καὶ προαίρεσιν. Sicut quum tumuntur dua consone voces, cantus graviori adscribitur: ita in familia recte instituta omnes res quidem geruntur consensu conjugum, viri tamen vel IMPERIUM vel CONSILIUM elucet.

§. XLVI.

Ejus in- doles.

Quum vero ea prærogativa, marito concessa, non nisi ad negotia, quæ ad societatis salutem utilitatemque pertinent, porrigatur: (§. XLV. 61.) consequens est, 62) ut illa maritalis potestas degenerare non debeat in imperium herile, quale apud barbaros ple- rosque invaluisse, jam supra observavimus, (§. XL.

*) nec adeo 63) consistere in jure vitæ et necis, quod leges quorundam populorum maritis indulserunt, Gell. X. 23. Tacit. Annal. XIII. 32. Cas. de bell. Gall. VI. 19. Tacit. de mor. Germ. Cap. XIX. multoque minus 64) in jure uxores aliis vel vendundi, vel commodandi, a quo more ii populi, apud quos uxores tamquam res in commercio fuerunt, ipsique Romani non abhorruerunt. Plutarch. in Catone p. 770. Tacit. Annal. V. 1. Dio Cass. Hist. Lib. XLVIII. p. 384. sed 65) in facultate uxorum actiones prudente consilio regendi, 66) easdem defendendi, 67) immodestas modice, et pro conjugum conditione et dig- ni-

nitate castigandi, *) (§. XXII. 69.) immo et 68) ob causas graviore, de quibus paullo post erit dicendi locus, matrimonio mulctandi. (§. XXII. 70.)

*) Dico castigationem illam conditioni dignitatique utriusque conjugis debere accommodari. Quum enim conjuges, tamquam socii, sint veluti una persona: (§. XX. 60.) ignominiosa castigatio uxoris cum ipsius viri ignominia est conjuncta. Quia vero unumquemque decet existimationem suam pro virili conservare: (Lib. I. §. CLIII. 44.) contra officium faciet maritus, si uxorem contra dignitatem tractando, et illius et sui ipsius existimationem lædit. Unde elegans Germanorum parœmia: Wer sich die nose abschneidet schændet sein angesicht. Eleganter virorum hujusmodi imprudentum disciplinam reprehendit Plutarch: in præcept. conjugal. p. 139. Ὅσοι τοῖς ἰσποῖσι φέρωνται ἀπὸ δύναμιν δὲ ἀδύναμιν ἢ μάχωνται, ἀντὶς ἰσότητος ἰσότησιν καὶ ὑποτακτικῶν διδασκασίῶν ἐπὶ τῶν λαβίτων ὑγιεινῆς ἢ πλεονεξίας γυναικαί, ἢ καὶ αὐτὸς πῶς βελτίον, ἀλλ' ἰσάνας περὶ ἐκδοσίν, ὡς μάλλον ἔξῃσιν ταπεινῶν γυναικῶν. Ὅσοι δὲ, ὡς πῶς ἰσότητος τὸ μίλλον, φέρωνται ἰσότητος, καὶ τὸ ἀδύναμιν τῶν γυναικῶν, χροῦσται τῶν χαλκῶν. Qui ob imbecillitatem aut mollitiem non possunt insilire in equos, illos condoces faciunt, ut se submittant, ac ingeniculent. Eodem modo quidam, ducendo nobiles et opulentas uxores, non sese meliores reddunt, sed uxores depriment, ut humilibus facilius imperare possint: quum oporteat, ratione habita, ut magnitudinis in equo, ita DIGNITATIS IN MULIERE, freno uti.

§. XLVII.

Quia vero hæc prærogativa marito ob præsumptam An id duntaxat majorem prudentiam et onera matrimonii, ei- jus mari- incumbentia, debetur, (§. XLV. *) et sæpe tamen ti pacto contingit, ut virilis animi femina viro ingenii minus mutari perspicacis; opulentior pauperi, regina privato nu- possit bere cogatur: 69) omnibus his casibus pacto sibi prærogativam illam stipulari posse feminam, *) nemo negaverit, exempla que docent, 70) reginas, nup- tas principi, cui nihil in uxoris regno imperii est, priores in societate etiam conjugali partes tenere, ni- si 71) uxor, regni heres, ipsum imperium in mari- tum transcribere malint, sola dignitate contenta.

*) Sic sane quod referunt Aristotel. Polit. V. 11. et Sophocl.

in *Oedipo Colon.* v. 354. apud Ægyptios uxorem imperare marito, id ex pacto esse, docet Diodor. Sicul. *Biblioth.* I. 27. De regina marito, quæ dici possunt, omnia jam occupavit doctissimus Jo. Philipp. Paltheus dissertatione singulari, edita Gryphisu. MDCCVII. ubi et varia, quæ huc pertinent; pacta dotalia, et natas inde controversias illustrat accuratius explicavit. In primis notabilis est exemplum Jacobi Boduelli, Ducis Orcadum, qui ducturus Mariam, Scotorum Reginam, conceptis verbis juravit, se nullam inde præcellentiam, aut supremi gradus fastigium spectare, sed id unum, ut perinde Regine, atque adhuc fecerit, quoad viveret, pareret atque interiret Buchanan. *rer. Scot. Hist. Lib. XVI. p. 674.* Ad ea, quæ ex jure divino positivo *Genes. III. 16. I. Cor. XI. 7. I. Tim. II. 11. Eph. V. 23. Coloss. III. 18. I. Petr. III. 1.* his omnibus opponi solent, plura regessit laudatus Paltheus *ibid.* §. XXX. sequi. quæ tamen nos, alio plane innixi fundamento, in medio relinquimus.

§. XLVIII.

Quum vero ordinarie maritus priores in societate coniugiali partes teneat: (§. XLV. 61.) non potest etiam detrectare officium 72) alendi uxorem et liberos, 73) oneraque matrimonii ferendi: quamvis 74) quia communes sunt liberi, communisque rei familiaris cura utrique incumbit, (§. XLIII. 52.) merito et uxor partem istorum onerum, quantum opes ejus ferunt, in se suscipiat, eaque 75) procul dubio sit origo dotium apud Græcos et Romanos, quas et illæ uxores adferbant maritis, quæ ab hereditate parentum non excludebantur. *)

*) Apud reliquas plerasque gentes ideo dotem accipiebant femine, ne plane exortes essent bonorum patrum, quippe alias à successione exclusæ. Idem illis temporibus obtinebat apud Romanos, quibus lex Voconia nondum exoleverat. At dotare tamen Romani solebant filias, etiam antequam lata esset lex Voconia, itemque, ea jam subversa, faciebant, quamvis hereditatem paternam maternamque æqua lance cum fratribus dividerent. Rem omnem eleganter exposuit Jac. Perizon. *dissert. de lege Voconia*, nostris auspiciis recusa Halæ MDCCXXII. Hinc ipsi Romanorum jureconsulti dotem ad ferenda matrimonii onera dari, fatentur. *l. 7. pr. l. 56. §. 1. l. 76. fin. de jure dot. l. 20. C. eod.*

§. XLIX.

§. XLIX.

Denique quum omnia omittenda sint, quæ matrimonii finem impediunt, (§. XXVIII. 9.) educatio vero liberorum, quæ non minus, quam procreatio eorumdem, finis matrimonii est, perpetuam conjugum societatem requirant: facile patet, 76) ei fini omnino adversari divortiorum licentiam, qualis apud ple- rasque gentes olim invaluerat. At quia tamen 77) in-

Matri-
monium
quatenus
indisso-
lubile
sit.

Ad §. 49.

At quia tamen intolerabiles. Damnanda merito sunt nonnulla quæ sequebantur cum interpretatione pro lubitu facta ad Mathæi capita in scholio, et in hac editione merito recissa. Nam si licentia ob intolerabile alterutrius conjugis mores, et alias hujusmodi causas admittatur, nullum conjugium prope erit, quod prætextu hujus causæ dirumpi non possit maximo procreationis, et educationis, simulque societatis humanæ dispendio; quorum propagationi, et conservati- ni cum unice quidem intendat jus naturæ, impossi- bile est, ut idem divortium ullo modo permittat, at- que consentiat. Unde colligere licet, neque intolerabi- les alterius conjugis mores, neque ipsiusmet inju- riam ac pervicaciam, neque denique prævaricatio- nem, atque ipsum adulterium, jus discedendi à ma- trimonio consummato, et perfecto alteri dare, ita ut saltem ei sit facultas ad alias nuptias transeundi. Hoc enim familiarum et societatis humanæ salus et tran- quillitas, non minus quam matrimonii pactum finis- que, nempe sobolis procreatio, ac levamen, quid- quid Protestantes regerant, requirunt. Sed hæc indis- solubitas præterea per Evangelium disserte sancitur ac ordinatur Matth. 5. 32. *Quod Deus conjunxit homo non separet* juxta interpretationem nostram Catholi- cam. Contraquam si à Protestantibus congesta vale- rent, opus esset dicere, quod meliori conditioni di- missa mulier per adulterium fuisset, quam illa ob a- liquam quamcumque causam juste repudiata: nam il- la

tolerabiles alterutrius conjugis mores hunc finem magis impediunt, quam divortium, et 78) socio, cui tam injuriosus socius obtigit, non possit vitio verti, si illam abs se segrèget: (§. XXII. 70.) divortium etiam non illicitum censemus, quoties alteruter conjux ita se gerit, ut finis matrimonii obtineri nequeat; divortium vero uti in notis exponitur.

§. L. *Quamvis vero hæc omnia ipsa recta ratio exigere statuen. videatur in societate conjugali: facile tamen unusquisque sit que intelligit, 80) unum officium altero magis mide manusve finem matrimoni attingere, adeoque 81) non*

la denuo nubere absque crimine posset, hæc vero per ipsum Evangelium nubendo mœcharetur. Quæ cum manifesto absurda sint, de divina sapientia absque piaculo admitti nequeunt. Non est dubium tamen quod ob morum intolerantiam, ac multo magis ob adulterium unius conjugis, separationem conviventia, ac quoad thorum, uti dicunt, non solum jus naturæ, sed etiam jus divinum positivum juxta Catholicorum expositionem, et jus Ecclesiasticum, conjugii concedant, atque permittant. Hanc conviventiam æquitas suadet ad scandala, deordinationes, ac majora mala vitanda. Divortium enim duplex est, quoad vinculum conjugale et quo ad cohabitationem, primum in consummato individuum, alterum ex justis causis permisum, ut declaratum extat ab Ecclesia in Concil. Tridenti. sess. 24. de matrim. v. Covarruv. de matrim. p. 2. c. 2. §. 4. 5. Almaci 2. 2. 17.

Ad §. 50.

Matrimonii minus solemnis species adducit, in quibus utat ritus et publica pacta deficiant, tamen cum sobolis procreationi atque educationi intendant, et legitimo consentu vera matrimonia sunt. Triplex quippe est matrimonium, aliud legitimum, quod legitimo solum consensu more infidelium coalescit, aliud ratum quod in fide Christi, et solemnii ritu inter

statim societatem inter masculum et feminam, matrimonium esse desinere, si quid per pacta mutetur. nis im- Quamobrem 82) matrimonium, licet imperfectum est, perfectum quod sine solemnitate, clam, liberorum tamen quaerendorum educandorumque causa, contrahitur, *) 83) nec non cui accedit *lex morganatica*, immo et 84)

ter Christianos peragitur, aliud consummatum quod carnali copula firmatur. Sed ex his excipi debet concubinatus, et Amazonicum seu irregulare coitus gratia et in diem coactum, apud nos enim Catholicos omnino talis conjunctio, quæ sub concubinatus nomine venit, reprobatur atque interdicitur, quippe creditus, ac sustinemus matrimonium per Evangelium ad sacramenti conditionem, et dignitatem evectum, et qui plane contrarium asserant hæretici censentur: quapropter absque certis solemnitatibus palam coram Ecclesie Ministro, et testibus ac indissolubili vinculo conformari nequit v. Covarruv. de matrim. p. 1. c. 4. et p. 2. c. 1. §. 1. Almaci. 2. 2. 18. Van Espen jus Eccles. p. 2. t. 12. c. 4. Concil. Trid. sess. 24. Immo sub triplici respectu contemplari potest, sive enim quatenus generis humani propagationem, et conservationem curat, et officium hominis, ac naturæ est, sive quatenus familiarum dispensationi, et ordini conducit, et uti contractus civilis, sive institutum humanum, vel denique quatenus per novam legem gratiæ quasi sacro, et visibili signo rei invisibilis, et sacra adsumitur. Ita ut non jure naturæ, nec civili tantum, sed juxta jus divinum explicari oportet, et pluribus legibus subjeitur ex mente Div. Thom. lib. 4. contra Gentes c. 78. Heineccius vero hic uti ceteri Protestantes nude tamquam societatis contractum civilem contemplatur. Unde provenit quod circa ea quæ sunt spiritualia, et religiosa Ministri Religionis de eo cognoscant, verum annexa, et dependentia matrimonii, quæ mere temporalia, et civilia sunt à judice laico disponi, et judicari possunt, et si quid amplius cupis vide Van Espen jus Eccles. p. 2. t. 13. c. 1. per totum.

84) *putativam*, de quo singulari dissertatione egit Jo. Nic. Hertius; quamvis 85) in imperantium sit arbitrio, quem hujusmodi conjunctioni effectum in civitate tribuere velint.

*) Huc pertinet matrimonium, quod vocant *mariage de conscience*: immo et concubinatus, qualis apud Romanos obtinuit, de quo plura diximus in *commentario ad legem Jul. et Papiam, Lib. II. Cap. IV.* Neque enim aliter, quam dignitate, ab uxore legitima differebat concubina, quippe cum pellice non confundenda. Unde et *inequale conjugium* vocatur concubinatus. *L. 3. C. de natur. lib.* Contra ne imperfecti quidem matrimonii nomen meretur illud, quod barbare vocant *ad talacho, amancebado, casato di media carta*, quod ea lege contrahitur, ut vir, prole positus, feminam illicito à se segregare, vel uxor, pragnans, maritum pro libitu deserere possit, qualia Amazonum matrimonia fuisse, memoria prodiderunt veteres, quamvis de veritate rei non abs re dubitet Arrianus in *expedit. Alexandri M. Lib. VII. p. 191. sequ.* Conf. Sam. Petiti *Diss. de Amazonibus*, et Casp. Sagitt. *Exercit. ad Justin. Hist. II. 4.* Quid enim hoc aliud est, quam *exire matrimonii causa, habere divortii causa*? Seneca de *Benef. III. 6.* Quid magis adversari dixeris educationi liberorum, quam nuptias contrahentibus pro fine esse debere, supra monuimus?

CAPUT. III.

De officiis, in Societate parentum et liberorum observandis.

§. LI.

Transi-
tio ad
riore
capite
disseru-
imus,
nascuntur
LIBERI,
qui
societa-
tantisper
cum
parentibus
in
societate
vivunt,
dum
ipsi
novas
familias
constituunt,
et è
parentum
manu
potestateque
exeant.
Quamvis
enim
liberi,
quando
in
hoc
orbis
theatrum
prodeunt,
nec
expresse,
nec
tacite,
in
hanc
societatem
consentire
possunt:
tamen,
quia
et
ex
presumpto
consensu
aliquando
nasci
potest
societas,
si
ex
ipsa
rei
natura,
alterum
consensisse,
judicamus,
(§. XVII. 48.)
ipsa
vero
liberorum
adhuc
in-

infantium conditio requirit, ut cum aliis in societate vivant: (§. eod. *) 1) nihil obstat, quo minus parentes liberosque in eundem finem, eademque media consentire, adeoque 2) dari SOCIETATEM INTER PARENTES LIBEROSQUE, statuamus. (§. XIV.)

§. LII.

Nimirum, quum liberi, adhuc infantes, immo et pueri atque adolescentes, non sint ea ingenii perspicacia præditi, ut ipsi vel de alimentis sibi prospicere, vel, quomodo actiones suas ad rectæ rationis normam componere debeant, dijudicare possint: 3) Deus sane, qui eos existere voluit, etiam aliis curam demandasse, intelligitur, tenellos illos homunculos educandi. Quumque 4) ideo incredibilem amorem erga liberos inseverit parentibus, non solum hominibus, verum etiam brutis animantibus, ut de hoc officio admonerentur, (§. XXVII.) hique præterea sobolis procreandæ educandæve causa societatem inierint, aut saltim hunc finem unice ob oculos habere debuerint: * (§. eod.) consequens est,) ut id officium primario incumbat parenti utrique, adeoque 6) societatis inter parentes et liberos finis non alius sit, quam COMMODA HORUM EDUCATIO.

Ejus finis commoda liberorum educatio.

*) Quamvis ergo contingere possit, ut homines diversi sensus non liberorum quærendorum, sed solius libidinis causa, congregiantur: tamen ideo hac obligatione non liberantur, quod alium sibi finem proposuerunt. Quum enim omnes impuræ commixtiones extra matrimonium rectæ rationi adversentur: (§. XXXV.) non refert, quem finem ante oculos habeant parentes, sed quem habere debeant, nec in cujusquam potestate est, juri præceptivo, quod hunc finem statuit, renunciare. (Lib. I. §. XIII. 19.)

§. LIII.

Quia ergo finis hujus societatis est commoda sobolis procreatæ educatio, (§. LII.) ea vero sine actionum directione consistere nequit: consequens est, 7) ut parentibus liceat liberorum actiones dirigere,

Hæc obtineri nequit sine potestate *

84) *putativam*, de quo singulari dissertatione egit Jo. Nic. Hertius; quamvis 85) in imperantium sit arbitrio, quem hujusmodi conjunctioni effectum in civitate tribuere velint.

*) Huc pertinet matrimonium, quod vocant *mariage de conscience*: immo et concubinatus, qualis apud Romanos obtinuit, de quo plura diximus in *commentario ad legem Jul. et Papiam, Lib. II. Cap. IV.* Neque enim aliter, quam dignitate, ab uxore legitima differebat concubina, quippe cum pellice non confundenda. Unde et *inequale conjugium* vocatur concubinatus. *L. 3. C. de natur. lib.* Contra ne imperfecti quidem matrimonii nomen meretur illud, quod barbare vocant *ad talacho, amancebado, casato di media carta*, quod ea lege contrahitur, ut vir, prole positus, feminam illicito à se segregare, vel uxor, pragnans, maritum pro libitu deserere possit, qualia Amazonum matrimonia fuisse, memoria prodiderunt veteres, quamvis de veritate rei non abs re dubitet Arrianus in *expedit. Alexandri M. Lib. VII. p. 191. sequ.* Conf. Sam. Petiti *Diss. de Amazonibus*, et Casp. Sagitt. *Exercit. ad Justin. Hist. II. 4.* Quid enim hoc aliud est, quam *exire matrimonii causa, habere divortii causa*? Seneca de *Benef. III. 6.* Quid magis adversari dixeris educationi liberorum, quam nuptias contrahentibus pro fine esse debere, supra monuimus?

CAPUT. III.

De officiis, in Societate parentum et liberorum observandis.

§. LI.

Transi-
rio ad **E**X conjunctione maris et feminae, de qua superiore capite disseruimus, nascuntur LIBERI, qui societatim cum parentibus in societate vivunt, dum ipsi novas familias constituent, et è parentum manu potestateque exeant. Quamvis enim liberi, quando in hoc orbis theatrum prodeunt, nec expresse, nec tacite, in hanc societatem consentire possint: tamen, quia et ex presunto consensu aliquando nasci potest societas, si ex ipsa rei natura, alterum consensisse, judicamus, (§. XVII. 48.) ipsa vero liberorum adhuc in-

infantum conditio requirit, ut cum aliis in societate vivant: (§. eod. *) 1) nihil obstat, quo minus parentes liberosque in eundem finem, eademque media consentire, adeoque 2) dari SOCIETATEM INTER PARENTES LIBEROSQUE, statuamus. (§. XIV.)

§. LII.

Nimirum, quum liberi, adhuc infantes, immo et pueri atque adolescentes, non sint ea ingenii perspicacia præditi, ut ipsi vel de alimentis sibi prospicere, vel, quomodo actiones suas ad rectæ rationis normam componere debeant, dijudicare possint: 3) Deus sane, qui eos existere voluit, etiam aliis curam demandasse, intelligitur, tenellos illos homunculos educandi. Quumque 4) ideo incredibilem amorem erga liberos inseverit parentibus, non solum hominibus, verum etiam brutis animantibus, ut de hoc officio admonerentur, (§. XXVII.) hique præterea sobolis procreandæ educandæve causa societatem inierint, aut saltim hunc finem unice ob oculos habere debuerint: * (§. eod.) consequens est, ut id officium primario incumbat parenti utrique, adeoque 6) societatis inter parentes et liberos finis non alius sit, quam COMMODA HORUM EDUCATIO.

Ejus finis commoda liberorum educatio.

*) Quamvis ergo contingere possit, ut homines diversi sexus non liberorum quærendorum, sed solius libidinis causa, congregiantur: tamen ideo hac obligatione non liberantur, quod alium sibi finem proposuerunt. Quum enim omnes impuræ commixtiones extra matrimonium rectæ rationi adversentur: (§. XXXV.) non refert, quem finem ante oculos habeant parentes, sed quem habere debeant, nec in cuiusquam potestate est, juri præceptivo, quod hunc finem statuit, renunciare. (Lib. I. §. XIII. 19.)

§. LIII.

Quia ergo finis hujus societatis est commoda sobolis procreatæ educatio, (§. LII.) ea vero sine actionum directione consistere nequit: consequens est, ut parentibus liceat liberorum actiones dirigere, potestatem

Hæc obtineri nequit sine potestatem *

te paren-*) ac proinde 8) iis competat POTESTAS in liberos, tibus adeoque 9) hæc societas omnino sit inæqualis et recto- compe- ria. Quemadmodum vero ex fine cujusque societatis tente. officia sociorum sunt æstimanda: (§. XV. 43.) ita 10) et hæc PARENTUM POTESTAS ex fine æstimanda est, adeoque 11) est jus, parentibus competens, ea omnia agenda, sine quibus liberorum actiones ad ob- tinendum hujus societatis finem dirigi non possent.

*) Habes ergo originem potestatis illius, qua parentes jure naturæ in liberos utuntur. Vult Deus, ut liberi existant, id est, ut et conserventur, et feliciter vivant. (Lib. I. §. LXXVII. sequ.) Conservari et felices esse non possunt, nisi commode educantur. (§. LII.) Educari commode nequeunt, nisi eorum actiones dirigantur. Vult ergo Deus, ut ab iis, qui liberos educant, eorum actiones dirigantur, Quumque jus dirigendi actiones liberorum sit potestas in liberos: (§. LIII. 11.) voluit sane, ut parentes potestatem in liberos exercent. Facessere ergo jubemus Hobbesium de civi IX. 3. hanc potestatem ex occupatione derivantem. Nec Pufendorffius satisfacit, qui Lib. VI. de jur. nat. et gent. Cap. II. §. IV. eam partim ex vitæ socialis natura, partim ex præsumto liberorum consensu, explicare voluit. Consensus enim præsumtus in societatem hanc, quem ipsi agnoscimus, fundamento aliquo niti debet, quod non aliud esse potest, quam hoc, quod paullo ante exposuimus.

§. LIV.

Potestas Quumque hoc officium communes liberos educandi hæc pe- utrique parenti incumbat: (§. LII. 5.) consequens est nes u- 12) ut et potestas hæc utrique sit communis, adeo- trumque que 13) ex jure gentium repeti non possit patria il- pa- ren- la potestas, soli patri propria, quam jus Romanum tem est. inculcat. Attamen quum patris, tamquam mariti, in ipsa societate conjugali regulariter primæ sint partes: (§. XLV. 61.) facile est ad existimandum, 14) dissidentibus parentibus, paternæ magis, quam ma- ternæ, voluntatis habendam esse rationem, nisi 15) pater aliquid, quod manifesto turpe, liberisque noxium sit jubeat. Ad id enim, tamquam moraliter impossibile, nec matrem nec liberos obstringi, facile est ad existi- mandum.

§. LV.

§. LV.

Quia præterea officium educandi liberos, ex quo Immo hæc potestas nascitur, aliquando præmortuis paren- et in a- tibus, vel avi aviæve, quos pietas excitat, vel cog- vos, a- nati occupant: aliquando ipsi parentes id aliis, ad vias, cog- hoc exsequendum magis idoneis, demandant: aliquan- natos, tu- do extraneus quidam id sibi, à parentibus cedi, ul- tores, nu- tro postulat: sequitur, 16) ut hæc potestas, quatenus tritores, in facultate actiones liberorum dirigendi consistit, adoptan- tunc et AVIS, COGNATISVE, 17) et NUTRITORIBUS et tes, tran- PÆDAGOGIS, et 18) iis, qui quæve *) alienos liberos sit. ADOPTANT, vel 19) in TUTELAM recipiunt, denega- ri nequeant, adeoque 20) hi omnes ea potestate ea- tenus uti possint, quatenus eam suscepta ab iis cura edu- cationis exigere videtur.

*) ADOPTIONEM ergo jus naturæ non improbare statui- mus, sed ex alia ratione, quam ex qua tam Romani derivarunt. Quum enim liberi apud eos essent in patria potestate, id est, in dominio juris Quiritium: l. 1. D. de rei vind. inde colligebant, patrem liberos æque, ac alias res mancipi, in dominio suo constitutas, posse alienare, et mancipare. Et hinc adoptiones fiebant per man- cipationes et cessiones in jure, ceu alibi ostendimus. Porro adoptare poterant soli masculi, non femina, nisi ex indulgentia principis in solatium liberorum: §. 10. Inst. l. 5. C. de adopt. quia femina aliquem in potestate habere non poterat. Sed nos adoptiones non ex dominio aliquo vel patris, vel utriusque parentis, sed ex officio liberos educandi, eorumque actiones ad hunc finem dirigendi derivamus. Quod officium quum aliquando alii extranei rectius, vel saltim æque commode exsequantur, ac ipsi parentes: nihil obstat, quominus hi illud aliis volentibus concedere, adeoque liberos iis in adoptionem dare possint. Nec quidquam refert, masculus adoptet, an femina, nupta an innupta, quia hæc adoptio non imitatur naturam, sed parentum tantum officia. Et exstat sane hujusmodi adoptionis exemplum non modo apud Ægyptios Exod. II. 10. verum etiam apud Romanos, apud quos Valeriam Augustam non in solatium liberorum amissorum, sed ob sterilitatem, a loptasse Canlidianum, refert Lactant. de mort. persequ. Cap. L.

§. LVI.

Quemadmodum porro hæc parentum potestas consistit in jure ea omnia agendi, sine quibus liberorum actiones ad obtinendum societatis hujus finem dirigere non possunt: (§. LIII. 11.) ita facile est ad existendum, mandum, 21) parentibus licere et prescribere liberis, quæ agere eos oportet, et 22) prohibere, quæ ab his fieri nolint, et 23) immorigeros non modo obcastigare, sed et, 24) prout res exigit, castigare, et acrioribus remediis in ordinem cogere: modo 25) id prudenter fiat, statusque non modo et dignitatis familiaris, sed et 26) ætatis, *) reliquarumque circumstantiarum ratio habeatur.

*) Recte Grot. de jure belli et pac. II. 5. 2. et Pufendorff. Jur. nat. et gent. VI. 2. 7. sequ. observant, majorem esse hujus potestatis vim in primæ ætatis liberis, quam in adultioribus. Quam enim tantum possit pater, quantum requirit finis hujus societatis, puta liberorum educatio, (§. LIII. 11.) liberi autem imperfecti judicii vix unquam, quid factu optimum sit, perspiciant: ipsa res exigit, ut parentes omnes eorum actiones dirigant, eos ad certam addiscendam artem, nec non ad amplectendam religionem, quam ipsi probant, compellant, immodestoque et immorigeros etiam virga scuticaque castigant. Id vero bonus pater non fecerit filio adultiori, quem, maturiore judicio præditum, auctoritate magis et rationum pondere, quam severitate ac rigidioris imperio, ad quævis honesta pertrahere studebit, nec temere quidquam, quod ad futuræ vitæ rationes pertinet, invito illi per modum imperii injunget. Sic e. g. puerum parentes recte adigent etiam invitum, ut scholam frequentet, ac non recte adultum cogent ad ducendam uxorem, ad certum vitæ genus, à quo abhorret, eligendum, cetera. Id quod observandum contra Casp. Zieglerum, qui hanc distinctionem non putat admittendam in Notis ad Grot. II. 5. 2.

§. LVII.

Ex eodem patet, 27) finem hujus societatis non An et exigere jus vitæ et necis in liberos, 28) nisi forte in sta-

statu naturali parentes diffusæ familiæ, tamquam capta, præferunt: quamvis tunc magis ut principes vel imperantes, quam tamquam parentes, id jus exercuisse videantur. *) Hinc denuo colligimus, 29) non probare jus naturæ rigidum illud jus veterum Romanorum, quod ipsis postea Romanis displicuit, adeoque 30) vere docuisse Justinianum, *nullos esse alios homines, qui tali in liberos potestate utantur, qua usi sint Romani.* §. 2. Inst. de patr. pot.

*) Id vero vel inde patet, quod jus illud vitæ et necis magis patri proprium, quam utrique parenti commune fuisse, quin sese in ipsas uxores, et nurus etiam viduas porrexisset videtur. Exemplum sane posterioris observationis præbuit Judas, qui, quum intellexisset, scortatam esse Thamarum nurum: *Ducite eam*, inquit, *ut comburatur*. Genes. XXXVIII. 24. Ita et hodie Reges, quia in statu naturali vivunt, hoc jus vitæ et necis exercent in uxores, liberos, universamque familiam, idque et olim semper exercuerunt, non tamquam patres, sed tamquam supremi imperantes. Sic inter Perseum et Demetrium filios iudex sedit Philippus Macedo apud Liv. XL. 8. Sic à Valeria Messalina, uxore adultera, supplicium sumpsit Claudius Cæsar apud Sueton. in Claud. Cap. XXVI. ut jam non dicam de exemplis recentioribus, quæ jam alii cum cura expendunt. Add. Barbeyrac ad Pufend. de jure nat. et gent. VI. 2. 10.

§. LVIII.

Multo minus ergo 31) illa parentum potestas jure naturæ conjuncta est cum jure liberos venundandi 32) delinquentes noxa dandi, 33) omniaque, quæ liberis aliunde obveniunt, acquirendi, quamvis hæc omnia antiqua saltem Romanorum jurisprudentia probavit. Nihil enim horum ita comparatum est, ut sine eo obtineri nequeat finis hujus societatis. (§. LIII. 11.) Attamen, quum hæc potestas in facultate dirigendi liberorum actiones consistat: (§. LIII. 7.) 34) parentibus non deneganda videtur facultas, liberis pro conditione sua certas imperandi operas, ex hisque lucrum capiendi, immo et 35) administrandi ea quæ liberis sive fortunæ, sive hominum beneficio obveniant. *)

*) Nam

*) Nam quum ipsi liberi, quamdiu immaturum imperfectumque est eorum iudicium, directioni parentum subsint: quidni et eorum res ab iis aministrantur? An vero et fructuaria est hæc aministratio? Non dubito. Quibuscumque rebus indigent liberi, eas a parentibus jure quodam suo exigunt, veluti cibum, potum, vestes, habitationem, sumtus disciplinæ. Non ergo indigent fructibus, quibus maxime plerumque indigent parentes ad alendos educandosque liberos. Et qua fronte fructus a parentibus repeterent liberi, quibus vicem numquam reddere possunt, si se suaque omnia redderent? Ismene apud Sophoclem in *Oedipo Colone* v. 523.

Εὐχόμενος πατέρα τιμῆς τοῖς παιδοῖσι γὰρ

ὄντ' ἀποβά τῆς, τῆ ἀνὴρ μὴ μὴν ἔχων.

Patrem cura: nam parentum causa

Et si quis laborat, laborum tamen non meminisse debet.

§. LIX.

Sed hæc de potestate parentum dicta sufficiant. Quod ad officia eorundem attinet: ea intellectu facillima videntur. Etenim ex fine hujus societatis pro no alveo fluunt. Est ille COMMODA LIBERORUM EDUCATIO, ac proinde nemo non intelligit, obligatos esse parentes, ad ea omnia agenda, sine quibus finis hujus societatis obtineri non potest, et ad ea omittenda, quæ cum fine illo pugnant. (§. XXV. 76. seq.) Itaque operæ pretium fuerit, educationis notionem evolvere paullo accuratius, ut ex ea officia, tum parentum, tum liberorum, tanto facillius certiusque eruantur.

§. LX.

Quid e-
ducatio,
et in quo
illa con-
sistat?

Obligationem ad educandos liberos parentibus ipsorum amorem, quem illis natura iniecit, inculcare, jam supra monuimus. (§. XXVII.) Quumque parentes liberos non alio AMORE, quam BENEVOLENTIÆ, complecti possint, (Lib. I. §. LXXXV.) hic vero in eo consistat, ut entis inferioris atque imperfectioris felicitate delectemur, eamque servare, et, quantum in ens illud cadit, amplificare studeamus: (ibid. §. LXXXVI.) consequens est, 36 (ut et parentes libe-

ros

ros non modo conservare, sed et 37) felicitatem eorum amplificare teneantur: et 38) in hoc ipso consistat commoda EDUCATIO, per quam adeo 39) nihil aliud intelligimus, quam curam parentum, qua liberos suos et conservare, et felicitatem perfectionemque eorum amplificare, omni ope nituntur.*)

*) Quid enim adeo magnum est, procreasse liberos, nisi et conserventur? et quid conservasse, nisi et ita instuantur, ut veræ felicitatis participes esse possint? Ad bene vivendum, ait Seneca, de *Benef. III. 31. minima portio est vivere.* Et paucis interjectis: *Vis scire, quam non sis magnum beneficium, vitam sic dare? exposuisses: nempe injuria erat, genuisse. Quo quidem colligo, minimum esse beneficium patris matrisque concubitus, nisi accesserint alia, quæ prosequerentur hoc initium muneris, et aliis officiis rotam facerent.*

§. LXI.

Quum ergo parentum sit, operam dare, ut conserventur liberi: (§. LX. 39.) consequens est, 40) ut non modo iis alimenta commoda, *) id est, victum, amictumque, pro conditione sua præbere, sed et 41) eorum valetudinem curare, 42) corpus membraque, quantum in se est, integra præstare, quin et 43) eos à luxu, ingluvie, lascivia, omnibusque vitiis, quæ sanitatem ac vires corporis animique prosternunt, avertere, ac proinde 44) non temere solos et sine custode relinquere teneantur.

Parentum est liberorum vitam sanitatem et integritatem membrorum conservare.

*) Ad quæ alimenta præcipue etiam pertinet primi lactis instillatio. Ad hanc enim ipsam matrem obligatam esse, vel hoc ipso eas natura admonet, quod illico à partu, ubera illius lacte turgescere incipiunt, et inexhaustus ille fons tamdiu plerumque hoc nectar sufficit, donec solidiorem cibum ferat infantuli stomachus. Vere ergo neglecti officii materni reas esse, quæ vel commoditatis suæ, vel formæ servandæ causa, eam operam nutriculis et scortillis delégant, ipsi pagani, ductu solius rationis, videntur, multisque probarunt argumentis. Pertinent huc Plutarch. de *liber. educ. p. 3. Geil. Noct. Att. XII. 1.* At, sicuti necessitas facile unumquemque solvit lege adfirmativa: (Lib. I. §. CXIV. 59.) ita nec vitio vertendum fuerit ma-

tri

tri delicatiori, infirmæ, lacte destituta: si nutriti com-
mendet infantem. Qualis vero deligenda sit à proba et
prudente matre, elegante epistola ad Phyllida ostendit
Myia apud Thom. Gale *Opusc. mythol. eth. et phys.* p. 750.

§. LXII.

Huic ergo officio omnino adservantur 45) procura-
tio abortus, 46) exposito infantum, 47) eorumdem,
nihil tale meritorum, abdicatio vel exhereditio, *)
48) alimentorum necessariorum denegatio, et similia,
quæ fini hujus societatis repugnant, vitia. In pri-
mis 49) reprehensione dignissimi, indignique paren-
tum nomine sunt, qui vel derelinquunt liberos, vel
50) incuria sua efficiunt, ut vita, sanitas, sensus,
membraque eorumque aliquid capiant detrimenti. Quin
51) tanto deestabilior est hæc parentum impietas,
quo magis sensus, sanitas, integritasque membrorum
non solum ad conservationem, sed et ad felicitatem
liberorum, pertinent.

*) Parum enim interest, sive quis occidat liberos, sive iis-
dem alimenta deneget. l. 4. D. de agnos. et aliend. lib. Ali-
menta autem liberis subtrahunt parentes, qui illos abdicant
vel deserunt, innocentesve exheredes scribunt: immo ne
ipsa quidem leges reprehensione vacant, quæ parentibus
tantum indulgent, ut liberos suo arbitrio tractare pos-
sint, vel saltim majorem patriæ potestatis, quam æqui-
tatis naturalis, habent rationem. Quis enim non repre-
hendat Tarquiniensium leges, estare passas testamentum
Damarati, qui ignorans, nuptum ventrem ferre, immemur in
testamento nepotis decesserat, puero post avi mortem in nul-
lam sortem bonorum nato, et postea ob inopiam Egerii nomen
ferente. Liv. I. 34. Quis non laudet Augustum, qui C. Tet-
tium, infantem, à patre exhereditatum, in bona paterna ire de-
creto suo jussit, patris patriæ nomine usus, quoniam Tettius
in propriis jure procreatio filio summa cum iniquitate paternum
nomen abrogaverat? Valer. Max. VII. 7.

§. LXIII.

Quum vero præterea ad parentum officium perti-
neat, ut liberorum suorum perfectionem felicitatem-
que

que pro virili amplificare estudeant, (§. LX. 39.) ad r u m
perfectionem vero eorum vel maxime pertineat intel- p e r f i
lectus excultus, et viva veri bonique cognitione pro- ciendus
be imbutus: (Lib. I. §. CXLVI.) sane parentum erit, est intel-
52) liberis præcepta sapientiæ rerumque divinarum lectus.
et humanarum scientiam à teneris unguiculis instilla-
re, vel 53) eos idoneis magistris perpoliendos dare,
54) nullisque sumtibus parcere, ut et ingenia eorum
acuuntur, et 55) ipsi ad omnes honestas artes, pro
conditione facultatibusque suis, instituantur. Ex quo
porro colligimus, 56) parentes obligatos esse ad ex-
plorandam liberorum indolem, honestumque vitæ ge-
nus, quod indoli, conditioni, aliisque circumstantiis
conveniat, eligendum, eo vero semel electo, 57) ni-
hil eos reliqui facere debere, ut liberi, personam, si-
bi impositam, in hoc mundi theatro aliquando cum
plausu agere possint. *)

*) Quumque unus homo plures plerumque personas susti-
tineat, ut singulari dissertatione luculenter ostendit Her-
tius: educatio ita attemperanda est, ut liberi non modo
ad vita genus, quod electum est, apti sint, sed et reli-
quas personas decore agant. Hinc quia liberi aliquando
non solum boni mercatores, artifices, opifices, sed et
boni cives, esse debent: educationem liberorum accom-
modandam etiam esse statui ac formæ reipublicæ pa-
trix, recte monet Aristoteles *Polit. V. 9.* addita ratione:
*Ὅριος γὰρ ἔστι τῶν ἀγαθῶν τῶν νουμένων, καὶ συνδεδεμένοι
ἐπὶ πάντων τῶν πολιτικῶν, αἱ μὴ ἴσονται ἀδικοῦναι καὶ πεπα-
θημένοι ἐν τῇ πολιτείᾳ ἀπὸ ἰλιγαρχικῆς, ἰλιγαρχικῆς. Ἐπεὶ
γὰρ ἴσιν ἴσ' ἵπὸς ἀκρασία, ἴσιν καὶ ἰπὶ πείρας. Nullum enim em-
lumentum capitur ex utilissimis legibus, et quæ probate sunt
judicio cunctorum, qui dant operam reip. ni fuerint aduerti et
instituti, si leges sint populares, populariter; sin oligarchicae,
oligarchiee. Si enim est in uno mortali incontinentia, eis
etiam in civitate.*

§. LXIV.

Quumque voluntas sit vera illa amoris, quo cum Ft e-
bono adeoque et cum felicitate conjungimur, sedes: mendan-
58) nihil agere videbuntur parentes, qui de perfida vo-
ciendo liberorum intellectu solliciti, nullam voluntas-
luntas-

tis rationem habent: nec non 59) qui non id agunt, ut liberorum suorum animos ad pietatis virtutisque amorem inflament, sed 60) ut eos vel manifestis vitiis, vel 61) calliditati, avaritiæ, ambitioni, voluptati, (quibus ipsi prudentiæ, frugalitatis, erectioris animi elegantiaque velum prætendunt,) adsuefaciant, qui denique liberis ad omne scelus profligatis, 62) præeunt exemplo, et sic ægrotos animos perpetuis vitiorum spectaculis turpiter corrumpunt.*)

*) Sunt hæc præcipua errata, quibus et optimam liberorum indolem in præcipitia abripi, animadvertimus. Quemadmodum enim nemo est tam existimationis suæ incuriosus, ut manifestis vitiis pollutus videri velit, ac proinde unusquisque sceleribus suis aliquod virtutis ac prudentiæ velum prætexit: ita et liberos suos ita instituere solent parentes, ut non tam honeste ac sapienter vivere, quam alios aliqua virtutum specie decipere discant, id est.

Ut Curios simulent, et bacchanalia vivant.

Ad hoc eos præceptis, ad hoc exemplis suis instituunt. Quia si hi quadam naturæ bonitate ad veram laudem contendunt: cum impetum parentes turpi exemplo reprimunt. Quemadmodum enim, qui nocte illuni iter faciunt, facile à recto tramite aberrant, si præter facem passim oberant ignes fatui: ita et præclara ingenia plerumque in transversum aguntur, si oculis quotidie observantur prava parentum facinora, hique se ipsos liberis præbent inutilis disciplinæ exempla, parum memores incomparabilis illius sententiæ Juvenalis Sat. XIV. v. 44.

Nil dictu fœdum, vituque hæc limina tangat,

Intra quæ puer est; procul hinc, procul inde puella:

Lenonum, et cantus pernoctantis parasiti.

Maxima debetur puero reverentia. Si quid

Turpe paras; nec tu pueri contemneris annos:

Sed peccaturo obiistas tivo filius infans.

§. LXV.

In primis à voluptate revocandus animus. Quum vero puerorum atque adolescentium indoli nihil magis adblandiatur, quam otium et voluptas: parentes operam dabunt, 63) ne nimis delicatam rationem in educandis liberis teneant, 64) neque eos otio obtorpescere patiantur, aut 65) nimis exquisito vic-

victu nutriant, sed 66) solem, frigusque ferre, ciboque parabili contentos esse, doceant. Ita enim dum educantur rusticorum liberi, dumque hi inter operas rusticas, pressumque lac, et cibos parabiles adolescent, eos et sanitate et robore ipsis plerumque nobilibus adolescentibus antecellere, docet experientia.*)

*) Exstat hanc in rem incomparabilis epistola Theanus, Pythagoræ sapientiæ filia, ad Embulen apud Thomam Gale Opusc. mythol. Ethic. et phys. p. 741. qua ex instituto demonstrat, διαστροφὴν τῶν πνεύματων ἄρα, ἵταρ τὰ παιδία φιλόδοξα μὴ τοῖς ψυχαῖς, ἀδυναθὴ δὲ τοῖς σώματι γυνύλα. Corruptionem et perversionem naturæ esse, (non educationem,) quoniam animi ad voluptatis amorem corpora ad libidinem transferantur. Nec minus graviter hæc præcepta passim inculcat Plutarchus toto illo aureo libello de institutione liberorum.

§. LXVI.

Sed præcipue 67) juventutis animum pervertit consuetudo cum pravis hominibus: adeoque 68) nihil majore cura ac sollicitudine cavere, decet parentes, quam ne liberi sibi malos sodales inveniant, sed 69) paribus et bene educatis colludere malint. Quum enim ad imitationem natura proclives sint tenelli eorum animi, *) cerei quippe flecti in vitium, monitoribus asperi: experientia docet, tanto facilius pueros adolescentesque abripi in quævis præcipitia, quanto minus adultores et parasitos ab amicis, corruptores à bonis magistris, instigationes ad vitia à salubrioribus præceptis possunt discernere.

*) Quam proclives sint pueri ad imitandum, argumento sunt illi, qui inter feras bestias educati, earum non modo victum et gressus, sed et gestus, vocem et ferociam ita paulatim adsciverunt, ut à bestiis vix discernentur. Exempla dederunt auctor supplementorum Lamberti Scansinab. ad ann. MCCCXLIV. Hartknoch. de Polon. Lib. I. c. p. II. p. 108. Bern. Connor. Evang. med. art. CXV. pag. 181. et de statu Polon. Part. I. Epist. VI. p. 338. Sic et puerum surdum et mutum, à parentibus in templum frequentius adductum, omnes gestus, quibus inter sacra alios uti viderat, tam accurate expressisse ferunt, ut non dubitarent cle-

rici, quin aliquo religionis sensu tangeretur, quum tamen ubi auditum casu recepisset, et sensim cœpisset loqui, rei non meminerit, nec ullo indicio vel argumento colligi posset, cum religionis ideam ullam animo concepisset. Vid. Act. erud. Lips. MDCCVII. p. 507. Si ergo homines in bruta veluti convertit solum cum brutis contubernium, et si hominem surdum et mutum religiosis gestibus imbuat solus aliorum religiose Deum colentium conspectus: quis miretur, et pueros aliam naturam induere ex consuetudine cum aliis, et veluti hausto Circes poculo in bestias transformari?

ALERE FLAMMAM §. LXVII.

Quæ contra LIBERIS officia erga parentes incumbant: ex horum statu et jure, societatisque ipsius indole non difficulter intelligitur. Quemadmodum enim parentibus est jus dirigendi liberorum actiones: ita inde patet, 70) eos à liberis non aliter considerari posse, quam ut superiores et perfectiores, adeoque 71) amandos esse amore devotionis et obedientiæ, *) (Lib. I. §. LXXXV.) Ex quo porro sequitur, 72) ut liberi eos omni veneratione atque obsequio, (§. LXXXVI.) et 73) tali quidem veneratione, quæ eorum perfectionibus digna sit, (Lib. I. §. LXXXVII. 51.) prosequi teneantur.

*) Hinc veteres omnes fassi sunt, proximum amoris gradum post Deum deberi parentibus, quibus nos ipsos debeamus. Sic Gell. Nect. Att. IV. 13. officia liberorum erga parentes primo loco ponit inter omnia, quæ aliis hominibus debeamus, autoritate usus Catonis, Massurii Sabini et C. Cæsaris. Multo expressius aureorum Pythagora carminum auctor v. t. sequ.

Ἀδελφοὺς οὖν πρῶτα βίβει, νέμει δὲ διακονεῖαι, ἰσοῦ δὲ τιμᾶν καὶ οὐκ ἴσους ἀγαθῶν ἔργων. Τὸς τε καταχθίνους οὐκὶ δαίμονας, ἰννομαρτίων τῶν τε γαίης τιμᾶν, τὸς δὲ ἀρχαῖς ἀνυπατάται, ἰσοῦ δὲ αἰὲν ἰμμότατοι. Divos pro lege colunt. Et iusjurandum: βερόας, clarum genus, inde. Demones hinc, terris mixti, sua jura ferunt. Inde parentis honos sequitur: tum sanguinis ordo. Quæ explicans suo more Hierocles p. 50. ἀποδείκνυμι τὴν θεῶν οὐκ ἰσοῦ τιμᾶν ἰσοῦ δὲ ἀγαθῶν ἔργων. Et Simpli-

plicius Comment. in Epicteti Enchirid. Cap. XXXVII. p. 199. Ὅτι ἴτι παλαιότεροι τοσοῦτον τὸς γονίαις εὐφραίνουσι, ὡς καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἐξομῶσι κατὰ τὴν ἀναγκαστικὴν δὲ τὴν θάναν ὑπεροχὴν τὸς τῶν γονίων ἀδελφὸς βίβει ἰσάκλειαν, ἰσοῦ δὲ ἀγαθῶν ἔργων, ἢ τὸς γονίαις ἴχαν προὶ τὸς παῖδας τὸς ἰαυτῶν ὑπαλάμβανον. Antiquiores (Romanis) leges ita veneratæ sunt parentes, ut DEOS adpellare eos non dubitarint: divinam autem excellentiam reverentæ fratres patrum THIOS quasi DIVINOS adpellant, ut demonstrent, quam rationem parentum adversus liberos esse existiment.

§. LXVIII.

Quia ergo veneratione prosequendi sunt parentes, et tali quidem, quæ eorum perfectionibus digna sit: (§. LXVII. 72. 73.) nemo sane dubitaverit, 74) quin liberi, parentes aliis omnibus præferre; 75) cum iis, ac de iisdem, non nisi honorifice loqui; quin 76) et operam dare debeant, ne vel vultu lædatur pietas. Et quamvis contingere possit, ut in parente vel alterutro, vel utroque non reperiantur eæ perfectiones, ut inde veneratio, vel honor nasci possit: (Lib. I. §. LXXXVII. *) boni tamen filii est, 77) dissimulare illa parentum vitia, et 78) patienter potius ferre eorum injurias, quam quidquam eorum, quæ à liberis ipsa natura exigit, prætermittere. *)

Veneratio parentibus debita.

*) Nam et mali parentes, parentes tamen, id est, uti eos recte vocat Simplicius ibid. p. 198. ἀγία μετὰ θεῶν τὸ εἶναι, // existentie nostræ post Deum auctores, sunt: eaque perfectio vel sola nos ad concipiendam animo pietatem ac venerationem incitare debet. Epictet. Enchir. Cap. XXXVII. Ἀλλὰ κατὰ τὴν κακίαν ἐστὶν. μή τι δὲ πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ἠνεώθητι; ἢ ἀλλὰ πρὸς πάλτρα, τῆς τοιγαροῦν τὴν πρᾶξιν τὴν σπαντὸς πρὸς αὐτὸν, μὴδὲ οὐκ αἶσθη, ἀλλὰ τί σοι ποιῶν; κατὰ φύσιν, ἢ ἐν ἴσῃ προαίρεσιν, ἂν πater malus est. Numquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? Non, sed cum patre. Tu ergo munus tuum erga ipsum tuere, nec, quid ille agat, considera, sed quibus rebus agendis tuum institutum natura futurum sit consentaneum.

§. LXIX.

Quumque parentibus competat potestas dirigendi li-

Itemque liberorum actiones, eosque coercendi castigandique: metus (§. LVI. 23. sequ.) consequens est, 79) ut parentes non modo amore devotionis prosequendi, sed et timendi sint. Ex quo amoris ac timoris temperamento quum nascatur *timor filialis*: (Lib. I. §. CXXXI. *) inde non possumus non colligere, 80) timorem illum solum cadere in pios liberos, adeoque 81) objurgationes castigationesque parentum non tam quod doleant, metuendas, quam quod indignationis paterna, suis vitiis provocatae, sint argumentum.

§. LXX.

Quondoquidem vero et obsequio prosequendi sunt parentes: (§. LXII. 72.) non possent profecto reprehensionem effugere liberi, 82) nisi jussa eorum promte exsequerentur, ac 83) ne morositatem quidem eorum, et duriora imperia, sese ab officio dimoveri patiantur. Quia tamen vel ipsa recta ratio docet, quo major est entis alicujus perfectio ac sublimitas, eo majorem ei venerationem et obedientiam exhiberi oportere: (Lib. I. §. LXXXVII. *) consequens est, 84) ut, si turpe quid ac voluntati divinae vel legibus adversum jubeant parentes, horum potius, quam Dei ac legum, jussa insuper sint habenda. *)

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD

despicendam
exceditux.

*) Quod enim de magistratum jussibus dixerunt Petrus et Joannes, Apostoli: *Ἐπι δὲ ἀκούετε τῶν κυρίων τῶν ἐν ὑμῶν ἀνομιῶν μᾶλλον, ἢ τῶν ἐνδ, κριναί. Justumne sit apud Deum, vobis potius, quam Deo, auscultare, ipsi judicate. Act. IV. 19. Et paullo post Act. V. 29. Πειθαρχῆσαι δὲ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Obédire oportet Deo potius, quam hominibus: idem et parentum praecepta pertinet. Quamvis enim sanctissimum eorum sit imperium: sanctius tamen est ipsius Dei, nec eo usque porrigitur parentum potestas, ut liberos, legibus à summis imperantibus latis, possint solvere. (§. XXIV. 75.) Hierocl. ad aurea Pyth. carm. v. 4. p. 53. *Ἐπι δὲ ἴσιν, ὅτι τῶν θεῶν νόμον ἀνθρώποις ἴσιν ἢ τῶν γονέων προαίρεσις, τὶ δὲ ποῖαν εἰς ἀντινομίαν ἐμπροστίας τοιαύτων, ἢ τῶτο, ὃ καὶ ἐπὶ πολλῶν καθυκόντων ἐκ περιφροσύνης εἰς ἰκανότητα λαθόντων προέβηκε φιλῶνται; καὶ ἰσὺν γὰρ καὶ ἰσὺν ἀποκαταστήσει κα-**

λῶν, τὰ μάλιστα πρὸς τῶν ἰσχυρῶν ποιῆσαι δὲ, ὅταν μὴ ἀμφοτέρω ἐξ ἡμετέρας ἴσιν καλῶν μὲν τῶν ἐνδ καὶ ἀδίκων, καλῶν δὲ καὶ τοῖς γονέων: εἰ δὲ πρὸς ταῦτα ἢ ἀμφοτέρω ἀγοὶ κατὰ, ἴσιν αὐτῶν καὶ ἀμφοτέρω: εἰ δὲ πρὸς ἄλλο μὲν ὁ θεὸς νόμος, καὶ πρὸς ἄλλο δὲ εἰ γονεὶς φέρον, καὶ κριναί τῶν αἰθρῶν τοῖς ἀμφοτέρω ἰσὺν δὲ, καὶ ταῦτα μὲν ἀποκαταστήσει γίνουσι, καὶ πρὸς ἢ καὶ αὐτῶν τοῖς θεῶν νόμος ἢ κατὰ. Si divinis legibus repugnat aliquando parentum voluntas: quid eos aliud facere oportet, qui in illam legum collisionem incidunt, quam quod in multis etiam officii, qua pro circumstantiarum ratione sibi adversantur, decet observare? Honestis enim dubus propositis, quod majus est, minori decet antepone, quum utroque frui non licet. Verbi gratia: honestum quidem est Deo obedire: honestum vero et parentibus ipsis. Quod si te ad eadem ducat utriusque persuadendi vis: lucrum fuerit inopinatum, et sine controversia maximum. Sin autem ad aliud te trahat divina lex, ad aliud vero parentes: in hac voluntatum dissensione meliora sequi praestiterit, et in iis solum parentum jussa praeterire, in quibus et ipsi divinis legibus non obediunt.

§. LXXI.

Ceterum uti ea est genuina potestatis parentum ratio, quod ad finem societatis hujus consequendum necessaria est facultas liberorum actiones ad hunc finem dirigendi (§. LIII. 8.) ita nemo dubitaverit, 85) quin, obtento fine, et medium cessare oporteat, adeoque 86) illa parentum potestas non demum morte eorum, sed tunc illico expiret, quando liberi masculi ejus aetatis atque ita instituti sint, ut ipsi sua quadra vivere, novamque familiam instituere possint vel 87) si filiae neptesve domo patriam vel aviam enubant, in aliasque transeant familias. 88) Ut jus naturae non probet rigorem illum juris veteris Romani, quod filios cum uxore et liberis per omnem vitam in patria potestate esse jubebat, nisi patres vel avi quosdam, ultro emancipatos, è sacris suis dimitterent. *)

Quando solvantur parentum potestas?

suis sumptibus.

*) Illud è dominio juris Quiritium, quod patri apud Romanos competuisse in liberos diximus, prono alveo fluere videbatur. Neque enim tempore finitur dominium, neque ullus eo sine facto suo excidere potest. Hinc et imaginariae illae venditiones in emancipationibus adhibita. Nil

UNIV... NON... ALD... CAS... hil

hil enim analogiæ juris magis videbatur convenire, quam ut res mancipi, intercedente mancipatione, abalienaretur. Vid. V. A. Corn. van. Bynkershoek *de jure occid. lib. Cap. I. p. 145. sequ.* Quum vero illud dominium in liberos, tamquam res mancipi, jus naturæ et gentium plane ignoret: (§. LV. *) illud etiam rigorem illum, quem in paragrafo descripsimus, ignorare certissimum est.

§. LXXII.

Soluta 86.) non item amor, quem ipsa natura insevit parentibus, (§. XXVII.) liberis à familia dimissis cesset: consequens est, 89) ut bonorum parentum sit, etiam separatorum à se liberorum felicitate delectari, 90) eos ope et consilio pro virili juvare, 91) et non minus his, quam in familia perseverantibus, quantum honeste fieri potest, lucrari, 92) nihil denique reliqui facere, ut eos reddant quam felicissimos. Ex quibus simul patet, 93) cur emancipati non minus, quam sui liberi, parentibus ab intestato merito succedant. *)

*) Itaque ab æquitate naturali discessisse videntur gentes pleeraque, quæ filias nupturas, oblata certa dote, contentas, exsortesque esse jubebant patris hereditatis. Equidem hæc lex justam habuit rationem apud Hebræos, quorum rempublicam ita instituerat supremum Numen, ut cuiusvis tribui sortem suam attribueret, cujus agros et bona in aliam tribum transire noluerat. Num. XXVII. Sed non æque laudaveris similem Syrorum morem, cujus vestigium existat Genes. XXXI. 14. sequ. nec non leges Atheniensium, de quibus plura erudite disseruit Jac. Perizon. *de lege Vocation. p. 119. seq.* Quin multo minus æquam dixeris legem Romanorum, de filiis etiam emancipatis à paterna hereditate excludendis, quum ipse Prætor ejus rigorem, data illis bonorum possessione, emolliendum, quin eam plane abolendam dixerit Justinianus *Novella CXVIII.* Emancipationem enim potestatem tantum parentum tollere oportebat, non amorem, ex quo successionem ab intestato esse derivandam, suo loco ostendimus. (Lib. I. §. CCXCV.)

§. LXXIII.

§. LXXIII.

Ex quo porro colligimus, 94) nec in parentum An in positum esse arbitrio, liberosne cujuscumque ætatis è parentestate dimittere, an eosdem jam adultos invitos in tum et familia retinere malint: nec 95) excusandos esse liberos, qui invitos parentes deserere, et fræna verbitro luti mordere non dubitant. Quemadmodum enim injus sit positum agunt parentes, qui quid eorum omittunt, sine tum, quibus finis hujus societatis obtineri nequit: (§. XXV. quando 76.) ita liberi se, salva justitia, non possunt subducere parentibus, quia quod sibi quisque fieri non vult, id illa solvendam nec aliis facere debet. (Lib. I. §. LXXXVIII. 54.)

§. LXXIV.

Quemadmodum porro parentum amorem exstingue- Libero- re non oportet liberorum discessum è familia: (§. rum o- LXXII.) ita 96) amorem illum venerationis, quo lib- bligatio, beri illos prosequi tenentur multo minus tunc cessare soluta debere verum est. Immo quum unusquisque ad aman- paren- dum eum, à quo beneficiis ornatus est, obstrictus tum po- sit, (Lib. I. §. CCXXVI. 37.) isque amor erga be- testate, nefactores vulgo GRATITUDO vocetur: (ibid. §. CCXXVII.) consequens est, 97) ut liberi, et finita parentum potestate, obligati maneant ad gratum illis animum quavis ratione ostendendum, 98) eorum benevolentiam verbis ornandam, 99) beneficia beneficiis pensanda, nihilque, quod alicujus momenti est, et ad familiæ decus pertinet, (veluti conjugium,) sine eorum consilio suscipiendum: quin 100) et alimenta indigentibus suppeditanda. Quod genus gratitudinis quamvis ad officia imperfecta referendum videatur, 101) ita tamen comparatum est, ut leges civiles liberos, officii sui immemores, jure meritoque in ordinem cogant. *) (Lib. I. §. CCXXVII. 43.)

*) Si vera sunt, quæ de ciconiis memoriæ prodiderunt veteres, eas parentes senectute confectos alere: etiam à brutis animantibus in ruborem dantur liberi beneficiorum immemores. Eleganter Ælian. *Hist. animal. III. 23.*

Τρίφασ μίτρος παλίας παλαγυι γυρομνίτασ ηγά ιβίλοσ, καί
επιλιττοσασ καλίνα δι αυίδο σίμοσ ανθρακίνοσ δδλ ήσ τήτο, αλλ
αίτια τήτων φόοισ άγαθό. Magna cura ciconia exacta atate pa-
rentes alunt, etsi humanis hoc facere legibus nullis jubentur,
sed sola natura bonitate ad id impelluntur. Annon vero recta
ratio ad id impelleret homines, ad quod ipsa bruta im-
pellit natura?

§. LXXV.

Tutores et pupillorum tutela obligatio.
Si parentes, antequam liberi ad justam aetatem per-
venerunt, decesserint: res ipsa suadet, 102) ut eorum
educatio demandetur aliis, quos TUTORES vocant, adeo-
que 103) TUTELA nihil aliud est, quam potestas, actio-
nes liberorum vice parentum dirigendi, eorumque bo-
na administrandi tantisper, dum ipsi liberi justam
aetatem attigerint, idoneique sint, ad se suaque rite
gubernanda. *) (§. LV. 19.) Ex qua definitione porro
colligimus, 104) tutores eadem potestate uti, ac pa-
rentes, quatenus eam arctioribus limitibus non circums-
cripserunt leges civiles; sed et 105) ad eandem fi-
dem eademque officia, quae parentibus incumbunt, te-
neri: denique 106) pupillos non minus ad amorem
venerationis, obsequium et gratitudinem, obstrictos es-
se, ac liberos: quin 107) hanc obligationem tanto es-
se strictiorem, quo majus est beneficium, ab iis praes-
titum, quos non natura, sed amor benevolentiae, ad
benefaciendum excitavit.

*) Quamdiu pro impuberibus vel minorennibus habendi sint
liberi, jus naturae eo minus definire potest, quo magis
diversae sunt eorum indoles, quum in aliis sapientia an-
te pilos sit, alii sero, alii vix umquam sapiant. Ac quia
tamen legislatores ad id, quod ut plurimum fit, merito
attendunt: (§. XLV. 60.) recte atque ordine fecerunt,
dum certos pubertatis ac minorennitatis definiunt an-
nos. Quam varia vero hic fuerint eorum sententiae, re-
petitis ex omni aevi testimoniis, cum cura et ex institu-
to ostendit vir illustris, Jo. Pert. à Ludewig. dissertatione
singulari de aetate legitima puberum et majorennium.

CAPUT. IV.

De Officiis, in societate herili ob-
servandis.

§. LXXVI.

Progradimur ad SOCIETATEM HERILEM, naturam qui-
dem non tam necessariam, ac illae simpliciores,
de quibus hactenus actum est, at inter homines ta-
men jam inde ab antiquissimis temporibus frequen-
tissimam, per quam intelligimus societatem inter do-
minum dominamve et servos ac ancillas, in qua hi
ad dominorum utilitatem operis suis promovendam,
illi ad hos alendos, immo et aliquando ad certam mer-
cedem praestandam obligantur. Quum enim ita com-
paratum sit, ut alter alterius opera indigeat, nec
quidquam obstat, ut quod cuique deest, id ille al-
terius operis suppleat: (Lib. I. §. CCCXXV. 3.)
consequens est, 1) ut aliorum operas, quocumque
intercedente contractu, nobis recte stipulemur, at-
que ita 2) inter nos servosque et ancillas nasci pos-
sit HERILIS SOCIETAS, quam inaequalem vel rectoriam
esse, facile pater. (§. XIX. 56.)

Quid so-
cietas he-
rilis, et
quae ejus
origo?

§. LXXVII.

Itaque per HERUM HERAMVE intelligimus personam,
quae aliorum operis ad suam utilitatem promoven-
dam utitur, et his vicissim ad alimenta, vel insu-
per ad mercedem praestandam, obligata est. SERVI
vero et ANCILLAE sunt personae, quae ad dominorum
utilitatem operis suis, vel pro certa mercede alimen-
tisque, vel pro solis alimentis promovendam obstric-
tae sunt. Ex qua definitione facile patet, 3) servitu-
tem prioris generis esse MERCENARIAM, 4) ejusque
fundamentum non aliud esse, quam locationem con-
ductionem; 5) posterioris OBNOXIAM, *) 6) ejusque
fundamentum esse dominium in ipsas personas servo-
rum justo titulo acquisitum.


Quid he-
rus, vel
hera, et
servus
vel an-
cilla? et
quotu-
plex ser-
vitus?

Τρέφει μὲν τὸν παῖδα κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ διὰ τὴν ἀνάγκην τὴν αἰσθητικὴν ἀδύνατον αὐτῆς ἐπιμετεῖται, καὶ οὕτως αὐτὴ τὸν παῖδα ἐκτρέφει. Magna cura ciconia exacta aetate parentes alunt, etsi humanis hoc facere legibus nullis jubentur, sed sola natura bonitate ad id impelluntur. Annon vero recta ratio ad id impelleret homines, ad quod ipsa bruta impellit natura?

§. LXXV.

Tutorem et pupillorum mutua obligatio. Si parentes, antequam liberi ad justam aetatem pervenerunt, decesserint: res ipsa suadet, 102) ut eorum educatio demandetur aliis, quos TUTORES vocant, adeoque 103) TUTELA nihil aliud est, quam potestas, actiones liberorum vice parentum dirigendi, eorumque bona administrandi tantisper, dum ipsi liberi justam aetatem attigerint, idoneique sint, ad se suaque rite gubernanda. *) (§. LV. 19.) Ex qua definitione porro colligimus, 104) tutores eadem potestate uti, ac parentes, quatenus eam arctioribus limitibus non circumscripserunt leges civiles; sed et 105) ad eandem fidem eademque officia, quae parentibus incumbunt, teneri: denique 106) pupillos non minus ad amorem venerationis, obsequium et gratitudinem, obstrictos esse, ac liberos: quin 107) hanc obligationem tanto esse strictiorem, quo majus est beneficium, ab iis praestitum, quos non natura, sed amor benevolentiae, ad benefaciendum excitavit.

*) Quamdiu pro impuberibus vel minorennibus habendi sint liberi, jus naturae eo minus definire potest, quo magis diversae sunt eorum indoles, quum in aliis sapientia ante pilos sit, alii sero, alii vix umquam sapiant. Ac quia tamen legislatores ad id, quod ut plurimum fit, merito attendunt: (§. XLV. 60.) recte atque ordine fecerunt, dum certos pubertatis ac minorennitatis definiunt annos. Quam varia vero hic fuerint eorum sententiae, repetitis ex omni aevi testimoniis, cum cura et ex instituto ostendit vir illustris, Jo. Pert. à Ludewig. dissertatione singulari de aetate legitima puerum et majorennium.



CAPUT. IV.

De Officiis, in societate herili observandis.

§. LXXVI.

PROGREDIMUR AD SOCIETATEM HERILEM, naturam quidem non tam necessariam, ac illae simpliciores, de quibus hactenus actum est, at inter homines tamen jam inde ab antiquissimis temporibus frequentissimam, per quam intelligimus societatem inter dominum dominamve et servos ac ancillas, in qua hi ad dominorum utilitatem operis suis promovendam, illi ad hos alendos, immo et aliquando ad certam mercedem praestandam obligantur. Quum enim ita comparatum sit, ut alter alterius opera indigeat, nec quidquam obstat, ut quod cuique deest, id ille alterius operis suppleat: (Lib. I. §. CCCXXV. 3.) consequens est, 1) ut aliorum operas, quocumque intercedente contractu, nobis recte stipulemur, atque ita 2) inter nos servosque et ancillas nasci possit HERILIS SOCIETAS, quam inaequalem vel rectoriam esse, facile pater. (§. XIX. 56.)

Quid societas herilis, et quae ejus origo?

§. LXXVII.

Itaque per HERUM HERAMVE intelligimus personam, quae aliorum operis ad suam utilitatem promovendam utitur, et his vicissim ad alimenta, vel insuper ad mercedem praestandam, obligata est. SERVI vero et ANCILLAE sunt personae, quae ad dominorum utilitatem operis suis, vel pro certa mercede alimentisque, vel pro solis alimentis promovendam obstrictae sunt. Ex qua definitione facile patet, 3) servitutem prioris generis esse MERCENARIAM, 4) ejusque fundamentum non aliud esse, quam locationem conductionem; 5) posterioris OBNOXIAM, *) 6) ejusque fundamentum esse dominium in ipsas personas servorum justo titulo acquisitum.

Quid herus, vel heri, et servus vel ancilla? et quatuorplex servitus?

*) Uti placuit vocabulo, quo usus est Phædrus *Fab. Lib. III. præf. v. 34.*

Servitus OBNOXIA,

*Quia quæ volebat, non audebat dicere,
Affectus proprios in sabellas transtulit.*

Uti enim hic *servitutem* dixit pro *seruo*, Æsopo, ita eam *obnoxiam* vocavit, quasi *ὀνοχίαν*, quia Æsopus hujusmodi *servitutem* serviebat. Græci *obnoxios δᾶσς*, mercenários *δούλους*, vocabant, teste Athen. *Deinops. VI. 19.* Ceterum utraque *servitus* antiquissima est. Quemadmodum enim Abrahamum jam quarto à diluvio sæculo multos *servos obnoxios* domi suæ aluisse, constat: *Genes. XI. 5. XIV. 14. XV. 3. 4. XVI. 1. sequ.* ita Jacobum Labano mercenarias operas per multos annos præstitisse, notissimum est ex *Genes. XXIX. 15. sequ. XXX. 28.* Equidem et Noachum jam *Gen. IX. 25.* mentionem facit *servitutis obnoxia*, eique Chanaanem, nepotem, ob illatas sibi injurias addidit. Sed prædictionem hanc esse eorum, quæ haud paullo post acciderunt, recte observavit Jo. Clericus *Comment. in Genes. p. 72.*

§. LXXVIII.

Et de prioris quidem generis *servitute* nemo sanus dubitaverit, quin rectæ rationi æquitate naturalis non repugnet. At nec posteriorem esse contra naturam, vel inde patet, quod experientia docet, esse homines indole tam servili præditos, ut nec se familiamve regere, nec necessaria vitæ præsidia sibi suisque parare possint. *) Quum ergo unusquisque vitæ genus, cui idoneus est, eligere teneatur, (*Lib. I. §. CXLVII. 21. sequ.*) hi vero homines nulli alii vitæ generi idonei sint, quam ut aliis pro alimentis prærent operas: 71) nihil sane faciunt contra officium, si sese aliis in perpetuum hac conditione addicunt.

*) Observaverat hoc Aristoteles, qui ideo quosdam homines *quosdam δᾶσς*, natura *servos* esse, observaverat *Poët. I. 3. sequ.* Quod quamvis recte refellat Pufendorffus *de jur. nat. et gent. III. 28. et VI. 3. 2.* si ita accipiatur philosophus, ac si stupidi illi homines ipso actu prudentiorum *servi* sint, vel quasi his jus perfectum sit, illos sine alia causa *servitute* opprimendi, quemadmodum Græci sibi hujusmodi jus in barbaros videntur adrogasse; nihil tamen ab-

absurdi inest huic sententiæ, si de indole servili, non de naturæ conditione, intelligatur, uti illam intelligendam putavit Dan. Heinsius in *epist. ad Ge. Richterum*, apud Jan. Rutgers. *Var. Lect. IV. 3.* Sic sane Asiaticos homines *ταυτοῦτο πῦρ πάντες, ἴσους δὲ ἀγαθῶν, liberos malos, servos optimos* esse, observaverat Agesilaus, apud Plutarch. *apophth. Lacon. p. 190.*

§. LXXIX.

Præterea alios, quantumvis haud ita stupidos, extrema paupertas calamitatesque vel publicæ, vel privatae, subigere possunt, ut servire, quam fame perire, malint. Quum enim homo ad vitam conservandam, evitandamque mortem ac destructionem, omnino sit obligatus, (*Lib. I. §. CXLIII. 9. sequ.*) et imminentibus morte vel servitute, ipsa recta ratio è duobus his malis physicis, id quod minimum est, eligendum esse suadeat: *Elem. phil. mor. §. CLII. ** 2.) sequitur sane, 8) ut ei, quem in hoc articulo fortuna deprehendit, non sit vitio vertendum, si nullo alio honesto medio interitum evitandi sese offerente, servituti sese addicat. *)

*) Sic sane Regi sese tamquam mancipia addicebant Ægyptii, ne diuturna fame consumerentur, et beneficii loco habebant, quod Pharaoni servire liceret pro alimentis. Hinc, accepta *servitutis* lege, Josepho respondebant: *Tu nobis vitam dedisti, gratiam apud dominum inveniamus, et simul Pharaonis servi, Genes. XLVII. 25.* Sic et Thracicas mulieres, ingenue licet ortu, voluntaria tamen servitute vicium sibi apud Erythraeos quæsisse, auctor est Pausanias *Lib. VII. Cap. V.* ut jam non dicam de Frisiis, de quibus Tacit. *Annal. IV. 72.* nec non de Gallis, de quibus Jul. Cæs. *de bello Gall. VI. 13.*

§. LXXX.

Denique servorum numerum 9) in immensum auxit bellorum furor. Quia enim hosti in hostem omnia licent; licebat etiam hostes acie victos occidere. (*Lib. I. §. CLXXXIII.*) Quum vero, qui vel sine aggressoris læsione, vel leviori malo illi repræsentato, periculo defungi potest, non debeat ad cedem temptationem, me-

Alii ob
extremam
paupertatem.

2.)

Quidam bello capti hanc conditionem me-

mere provolare: (ibid. §. CLXXXI. 20.) non ini-
quum sane est, 10) victorem servare victos, in cap-
tivitatem abducendos, ne noceant, et, ne gratis a-
lantur, in servitutem detrudendos: nec 11) reprehen-
dendi sunt, qui ea lege vitam servare, quam perire,
maluerunt. *) (Elem. phil. mor. §. CLII. * 2.)

3.

*) Vere ergo et hæc societas nascitur ex consensu, quam-
vis non ultroneo, sed vi justa extorto. (§. XVI. *)
Vult enim victor victum servare, sed ea lege, ut serviat.
Victus vult servire, ut servetur. Nam si nollet, nihil im-
pediret, quo minus in victoris arma irrueret. Duarum
voluntatum conspiratio est consensus: (Lib. I. §.
CCCXCI.) Societas ergo inter dominum et manci-
pia bello capta ex consensu nascitur.

§. LXXXI.

Hæc vero servitutis obnoxie genera non potuerunt
non aliud producere, in quod quis ipsa nascendi sor-
te detraditur. Quia enim servitutis obnoxie funda-
mentum est dominium, justo titulo acquisitum, (§.
LXXVII. 6.) hos vero titulos omnes servos acqui-
rendi justos esse, hactenus ostendimus: (§. LXXVII.
sequ.) consequens est, 12) ut hi omnes servi an-
cillæve sint in justo dominio herorum. Quumque ex-
tra legitimum matrimonium, quale inter quosdam hu-
jusmodi servos vix locum habere poterat, *) partus
sequatur ventrem: (Lib. I. §. CCLII. 50.) non mi-
rum est, 13) partum ancillarum obnoxiarum, tam-
quam accessorium ventris, eandem cum matre subiis-
se conditionem. Unde 14) ubique terrarum innotuit
genus servorum, quod VERNARUM nomine apud Ro-
manos venisse, novimus.

*) Matrimonium est societas simplex personarum diversi
sexus, procreandæ, educandæque sobolis causa inita.
(§. XXVIII.) Qui in hunc finem consentiunt, eorum in
arbitrio et potestate esse oportet, ut illum eligant, me-
diæque ad eum obtinendam necessaria adhibeant. At ser-
vorum ancillarumque obnoxiarum in arbitrio potestate-
que non semper est potissimus finis, quomodo nimirum li-

liberos commode educare vellint, sed ea res plane à do-
minorum voluntate pendet. Inter quosdam ergo servos
ancillasque vix locus est legitimo matrimonio. Inter quos-
dam tantum illi locum esse negamus, quos nimirum in
eam conditionem fortuna detrusit, ut heri iis Romanorum
in morem descriptis per familiam ministeriis utantur. Ubi enim
suam quisque sedem, suos penates regit, quod apud Germa-
nos observavit Tacitus de more Germ. Cap. XXV. ibi facilius
matrimonio locus est, ceu et hodie docet experientia. At
quamvis et hominibus propriis Germanorum sit jus connu-
bii: manet tamen apud hos principium, quod servilis pro-
les ejusdem cum parentibus conditionis sit, et quod par-
tus ventrem sequatur: nisi quod quibusdam magis placet))
alterna vernarum partitio. (Lib. I. §. CCLII. *)

§. LXXXII.

Positis vero his fundamentis, facile intelligitur, Potestas
quænam sint in hac societate dominorum servorumque domini
officia, et, qualis dominorum in servos ancillasque in ser-
potestas sit? Quod enim ad servos MERCENARIOS at- v. u. m
tinet, quum ii tantum ex locato obligentur: (§. merce-
LXXVII. 4.) per se patet, 15) domino in hos non narium
aliam potestatem competere, quam ut operas, sibi lo- do m. y
catas, illis indicere, et 16) ex iis utilitatem cape- quizon
re, quin et 17) eos adigere possit, ut per tempus, quoniam
quod initio placuit, serviant: non autem 18) do- No. 11
mino licere alias, quam locatas, operas ab illis exi- No. 12
gere, multoque minus 19) eos durius castigare, quam- No. 13
vis 20) si locationi non stet servus, eum dominus non No. 14
modo mercede ejusve parte mulctare, sed et 21) in- No. 15
emendabilem abs se segregare omnino possit. (§. No. 16
XXII. 70. sequit.)

§. LXXXIII.

Quemadmodum ergo DOMINI est, 22) legi conditio- Domini
tionis satisfacere, 23) à servo non nisi operas lo- servi que
catas exigere, 24) eique alimenta, qualia ejus sor- h u j u s
tis hominibus conveniunt, sufficienter præbere, de- modi of-
nique 25) mercedem promissam non denegare: *) ficia mu-
ita et SERVUS hujusmodi 26) domino, tamquam su- tua.
pe-

periori, ad reverentiam et obsequium; 27) tamquam conductori ad operas conventas præstandas; denique 28) tamquam socio ad ejus utilitatem bona fide promovendam est obligatus.

*) At nec alimenta nec merces debentur, si servi culpa, vel casu, contingat, ut operæ locatæ non præstentur. (Lib. I. §. CCCLXI. 150.) Hinc quamvis laudanda sit humanitas domini, servum mercenarium, etiam ægroantem, alentis: non tamen, quod jubet humanitas, illico jure perfecto potest exigi. Contra iniquitas maxima est domini, mercedem, præstitis operis, servo denegantis, vel eam contra leges contractus pro lubitu mutantis, quod decies fecisse Labanum; conqueritur Jacobus, *Gener. XXXI. 7.* Quod adeo Deo justissimo displicuisse novimus, ut auferret Labani opes, easque in Jacobum transferret. *Genes. XXXI. 9.*

§. LXXXIV.

Servos obnoxios in dominio esse diximus. (§. LXXXVII. 6.) Quum ergo domino sit libera de re sua domini dispositio: (Lib. I. §. CCCVI.) consequens est, 29) in ut dominus servos quascumque operas, quibus præstantis par est, imponere 30) ex eo omnem utilitatem capere, 31) ejus quoque liberos sibi vindicare, et 32) ipsum vendere, 33) aliisque quibusvis titulis alienare possit, nisi forte 34) servus, qui se ultro addixit domino, eam legem adjecerit, ne extra familiam, cui sese addixit, alienatur. Quod 35) et de jure vite et necis videtur dicendum, quod domino in hos servos competere posse, nemo negaverit, (Lib. I. §. CCCVIII. 8.) nisi vel conventio, vel lex obstet. Multo magis ergo 36) hujusmodi servus, prout res exigit, castigari et coerceri poterit: dum-

Ad §. 84.

Et de jure vite, et necis. Negandum hoc, quia homo nequit jus invitam concedere, cujus non est dominus, nec alter etiam si haberet abuti posset, ut asseruit Hein. 1. 308. et ibidem notavimus, inde enim argumento sumto hanc colligit conclusionem.

modo 37) meminerit dominus, eum hominem, sibi que natura æqualem esse. * (Lib. I. §. CLXXVII. 5.)

*) Quamvis enim fieri possit, ut dominus servo sit perfectior, nec negari possit, eum servo esse superiorem: illa tamen perfectionum statusque diversitas nihil mutat circa hominis essentialiam, sed servus æque homo est, ac dominus. (Lib. I. §. CLXXVII. 5.) Parum ergo humana est jureconsultorum vox, servo non fieri injuriam. l. 15. §. 35. D. de injur. Immo immanis plane illa dominæ apud Juvenal *Sat. VI. v. 223.*

O demens, ita servus homo est? Nil fecerit: esto,

Sic volo, sic jubeo, stes pro ratione voluntas.

Non excusatus ergo peccat, qui servum, quam qui liberum hominem, injuria lædit.

§. LXXXV.

Quumque domino et possessio rerum suarum, et jus illas à quocumque vindicandi competat. (Lib. I. §. CCCVI. 2. et 3.) ex eo sequitur, 38) ut possit se in possessione servi ancillave quovis modo tueri, et 39) sive fuga eos aliquò abstulerit, sive 40) ab alio injusto surrepti sint, à quocumque possessore cum accessionibus fructibusque pro qualitate possessionis vindicare; quin 41) priore casu receptum fugitivum punire pro merito, et 42) ne in posterum idem capiat consilium, quovis licito modo prohibere: *) nisi 43) illi domini effectus alicubi in civitatibus lege restringantur. (Lib. I. §. CCCXVII.)

Ratione possessionis et vindicationis.

*) Hinc compedes, ergastula, carceres domestici, et alia media, quæ vel necessitas reperit, vel dominorum, omnia sibi in servilia corpora permittentium, truculentia. Quamvis vero et hic habenda sit aequitatis humanitatisque ratio: (§. LXXXIV. 37.) ipsum tamen jus coercendi non adinendum est dominis, maxime in servos, bello captos, partim quod fugam anhelant, omnemque ad suos revertendi occasionem speculantur, neque id illis a deo vitio verti potest, ceu recte vidit Lorarius apud Plaut. *Captiv. II. v. 14.*

LO. At fugam fingitis. Sentio, quam rem agitis.

CAP. Nos fugiamus? quo fugiamur? LO. in patriam. CAP. apage! haud nos id deceat,

Fugitivos imitari. LO. Immo, adepol, si erit occasio, non debitor.

Partim quod adhuc spirare videntur hostilem animum, ad id, ut de his servis vel maxime verum sit illud Senecæ *Epist. XLVII. et Festi in voce: quot servi. Totidem quemque domi hostes habere, quot servos.*

§. LXXXVI.

Præterea jam haud difficile fuerit, de mutuis dominorum servorumque hujus generis OFFICIIS judicare. Quia enim servus obnoxius est in dominio, (§. LXXXVI. 6.) ac proinde herus ex eo omnem utilitatem capit, (§. LXXXIV. 30.) adeoque ille nihil habet proprii: consequens est, 44) ut dominus obligatus sit ad alendum servum, 45) eaque obligatio non cesset, si vel maxime servus operas præstare nequeat. *) Et quandoquidem præterea servus, quod ad naturam attinet, domino est æqualis: (§. LXXXIV. *) facile intelligitur, 46) et peccare dominum, si servum injuria lædat, et 47) maximam humanitatis laudem ferre, si beneficiis potius, quam truculentia, eum sibi reddat obsequentiozem.

*) MERCENARIUS SERVUS præter alimenta, et mercedem accipit, (§. LXXXIII. 25.) adeoque habet, unde se alat, si morbo aliove casu impeditus operas præstare non possit. Quum ergo dominus illum alere non teneatur, nisi ex locato: (§. LXXXVII. 4.) operas non præstantem alere obligatione perfecta non tenetur. (LXXXIII. *) In SERVO vero OBNOXIO omnia se aliter habent. Hic enim non ob operas præstas alitur, sed quia in heri dominio est, et quia nec mercedem accipit, nec quidquam aliud proprium habet. Quumque et extraneo, ipsique hosti, subvenire nos jubeat misericordia et humanitas: (Lib. I. §. CCXIX. 16.) qua fronte servo nostro ægrotanti denegaremus alimenta, qui vires corporis nobis inserviando detrexit? Hinc recte Claudius Imp. libertate donavit servos, qui ægrotantes expositi fuerant à dominis. Sueton. *Claud. Cap. XXV. l. 2. D. qui sine manum.*

§. LXXXVII.

§. LXXXVII.

Quumque tot jura domini totidem OFFICIA SERVORUM tamquam correlata, ponant: (Lib. I. §. VII.) rumque sequitur 48) ut servitus obnoxia servum ad quascumque operas, 49) utilitatemque domini pro virili promovendam, 50) dispositionem ejus de se suisque, immo et 51) castigationem et coercionem patienter ferendam obliget. 52) Ut contra officium faciat servus, si se subducatur domino, et furtum sui ipsius admittat, quum potius 53) manumissionem fide ac liberali servitute mereri, seque dignum tanto beneficio præstare deberet.

§. LXXXVIII.

Ex his omnibus porro intelligitur, quomodo finiat herilis illa societas. MERCENARIA enim servitus, Servitus quum contractu locationis nitatur: 54) iisdem motuque dis, quibus locatio conductio, et 55) in primis elapso tempore, in quod quis operas locavit, solvitur. do finiat OBNOXIA 56) manumissione potissimum desinit. Quum enim quisque se dominio rerum suarum abdicare vel eas derelinquere possit: (Lib. I. §. CCCIX. 11.) nullo est dubium, quin eidem liceat dominio in servum suum renunciare, quam renunciationem veteres MANUMISSIONEM vocarunt. Præterea quum renunciatio sit species alienationis, in re vero alienanda dominus sibi aliquid excipere et reservare possit: (Lib. I. §. CCLXXVIII. 41.) 57) manumissionem quoque qualibuscumque honestis legibus ac conditionibus fieri posse, palam est. *)

*) Ita veteres Romani à servis manumittendis sibi stipulabantur operas fabriles, dona et munera *l. 3. pr. l. 5. l. 7. §. 3. D. de oper. libert.* Et maxime majores nostri, manumittentes servos, sibi pleraque, quæ ipsi servi, vel homines proprii dominis præstare soliti erant, reseverabant, adeo, ut si ab adscriptitia conditione discesseris, vix ullum discrimen inter servos et libertinos intercedere videretur. Atque inde est, quod Tacit. *de mor. Germ. Cap. XXV.* scribit, *libertas Germanorum non multum supra servos esse.*

Zij

§. LXXXIX.

§. LXXXIX.

Quid libertus? Quicumque, quum antea justam servitutem servissent, à dominis manumittuntur, LIBERTINI, et majusque nummittentis LIBERTI vocantur. Quum ergo hi summum, officia. quod dari poterat, beneficium debeant manumittenti, unusquisque vero ad eum, à quo beneficiis ornatus est, amandum obstrictus sit: (Lib. I. §. CCXXVI. 37.) 58) ingratis mortaliū essent liberti, nisi patronos, tanti muneris auctores, venerantur perpetuo, et 59) non modo ea omnia, quæ sibi hi stipulati sunt, bona fide præstarent, (§. LXXXVIII. 57) sed et 60) vicissim illos omni officiorum beneficiorumque genere prosequerentur, vel 61) si desint vires, saltem gratum animum quavis ratione ostenderent. * (Lib. I. §. CCXXVIII. 47.)

*) Libertatem, datam servis, pro maximo beneficio imputabant veteres. Sicut Terentianus *Andr. I. 1. v. 10.*

Feci, è servo ut esses libertus mihi,

Propterea, quod serviebas liberaliter:

Quod habui, summum pretium persolvi tibi.

Efficiebat enim hoc beneficium patronus, ut servus ex fieret persona: adeoque loco patris esset liberto, qui ideo ejus nomen perinde, ac filius adsumebat. Lactant. *div. inst. IV. 3.* Hinc et egeni patrono alimenta non secus, ac filius, debebat. *l. 5. §. 18. sequ. l. 9. D. de agnosc. et alend. lib.* Et quemadmodum filius, quamvis alias imperfecta sit ad gratum animum obligatio, tamen patris beneficia beneficiis pensare, eique alimenta sufficere cogebatur ita et libertus cogebatur, qui præterea ob ingratitudinem prænantem in servitutem poterat revocari. §. 1. *Inst. de cap. deminut. l. un. C. de ingratis lib.*

CAPUT V.

De societate composita, quam familiam vocamus, officisque in illa observandis.

§. XC.

Quemadmodum ipsas societates minores simplicioresque in magis COMPOSITAS coalescere posse, observavimus: (§. XVIII. 50.) ita ejus rei exemplum præbent societates hactenus recensitæ. Quoties enim illæ in majorem societatem consentiunt, nascitur inde FAMILIA, quæ est societas, ex conjugali, paterna atque herili composita. *) Unde conjuges, parentes, et domini dominæque ratione hujus societatis PATRESFAMILIAS et MATRESFAMILIAS; liberi FILII FILIÆVE FAMILIAS; servi et ancillæ SERVI SERVÆVE FAMILIARES adpellantur.

Quid familia?

*) Eodem fere redivit definitio Ulpiani, *l. 195. §. 2. D. de verb. signif. Jure proprio FAMILIAM dicimus plures personas quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjectæ, ut puta patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, ut puta nepotes et neptes, et deinceps.* Attamen nos paullo latius accipimus vocabulum. Quum enim jureconsultos eo conjuges tantum, parentes, et liberos cujuscumque gradus, comprehendat: nos et servos ancillasque familiæ partem esse censemus, quos et ipse paullo post familiæ nomine venire, observat §. 3. *Servitium quoque solemus vocare FAMILIAS.* Alias veteribus FAMILIA proprie fuit servitium, quasi familia, ceu ex instituto ostendit Claud. Salmas. *Exercit. Flm. p. 1263.* Parentes vero et liberi DOMUS vocabulo denotabantur: veluti apud Apulejum *Apolog. p. 336. edit. Geo. Elmenhorstii: Ipse DOMI tuæ rector, ipse FAMILIÆ dominus.* Nobis ergo FAMILIA esto, quidquid veteres domum et familiam vocabant.

§. XCI.

Quum vero, quo major est societas, eo minus Quam fieri possit, ut tanta sociorum multitudo media neces- penes sit sa-

§. LXXXIX.

Quid libertus? Quicumque, quum antea justam servitutem servierent, à dominis manumittuntur, LIBERTINI, et majusque nummittentis LIBERTI vocantur. Quum ergo hi summum, officia. quod dari poterat, beneficium debeant manumittenti, unusquisque vero ad eum, à quo beneficiis ornatus est, amandum obstrictus sit: (Lib. I. §. CCXXVI. 37.) 58) ingratis mortaliū essent liberti, nisi patronos, tanti muneris auctores, venerantur perpetuo, et 59) non modo ea omnia, quæ sibi hi stipulati sunt, bona fide præstarent, (§. LXXXVIII. 57) sed et 60) vicissim illos omni officiorum beneficiorumque genere prosequerentur, vel 61) si desint vires, saltem gratum animum quavis ratione ostenderent. * (Lib. I. §. CCXXVIII. 47.)

*) Libertatem, datam servis, pro maximo beneficio imputabant veteres. Sicut Terentianus *Andr. I. 1. v. 10.*

Feci, è servo ut esses libertus mihi,

Propterea, quod serviebas liberaliter:

Quod habui, summum pretium persolvi tibi.

Efficiebat enim hoc beneficium patronus, ut servus ex fieret persona: adeoque loco patris esset liberto, qui ideo ejus nomen perinde, ac filius adsumebat. Lactant. *div. inst. IV. 3.* Hinc et egeni patrono alimenta non secus, ac filius, debebat. *l. 5. §. 18. sequ. l. 9. D. de agnosc. et alend. lib.* Et quemadmodum filius, quamvis alias imperfecta sit ad gratum animum obligatio, tamen patris beneficia beneficiis pensare, eique alimenta sufficere cogebatur ita et libertus cogebatur, qui præterea ob ingratitude[m] prænantem in servitutem poterat revocari. §. 1. *Inst. de cap. deminut. l. un. C. de ingratis. lib.*

CAPUT V.

De societate composita, quam familiam vocamus, officisque in illa observandis.

§. XC.

Quemadmodum ipsas societates minores simplicioresque in magis COMPOSITAS coalescere posse, observavimus: (§. XVIII. 50.) ita ejus rei exemplum præbent societates hactenus recensitæ. Quoties enim illæ in majorem societatem consentiunt, nascitur inde FAMILIA, quæ est societas, ex conjugali, paterna atque herili composita. *) Unde conjuges, parentes, et domini dominæque ratione hujus societatis PATRESFAMILIAS et MATRESFAMILIAS; liberi FILII FILIÆVE FAMILIAS; servi et ancillæ SERVI SERVÆVE FAMILIARES adpellantur.

Quid familia?

*) Eodem fere redivit definitio Ulpiani, *l. 195. §. 2. D. de verb. signif. Jure proprio FAMILIAM dicimus plures personas quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjectæ, ut puta patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, ut puta nepotes et neptes, et deinceps.* Attamen nos paullo latius accipimus vocabulum. Quum enim jureconsultos eo conjuges tantum, parentes, et liberos cujuscumque gradus, comprehendat: nos et servos ancillasque familiæ partem esse censemus, quos et ipse paullo post familiæ nomine venire, observat §. 3. *Servitium quoque solemus vocare FAMILIAS.* Alias veteribus FAMILIA proprie fuit servitium, quasi familia, ceu ex instituto ostendit Claud. Salmas. *Exercit. Flm. p. 1263.* Parentes vero et liberi DOMUS vocabulo denotabantur: veluti apud Apulejum *Apolog. p. 336. edit. Geo. Elmenhorstii: Ipse DOMI tuæ rector, ipse FAMILIÆ dominus.* Nobis ergo FAMILIA esto, quidquid veteres domum et familiam vocabant.

§. XCI.

Quum vero, quo major est societas, eo minus Quam fieri possit, ut tanta sociorum multitudo media neces- penes sit sa-

in hac saria communi consensu ac suffragio inveniat: (§. societate XIX. 57.) nemo non videt, 1) hanc societatem de-
directio. bere esse inæqualem et rectoriam, adeoque 2) uni ex
his sociis merito deferendam esse potestatem, reliquo-
rum actiones ad societatis illius finem dirigendi. Quum-
que patrifamilias et tamquam marito potestas quædam
competat in uxorem, (§. XLV. sequ.) et ejus, tam-
quam patris, imperium in dubio, materno prævaleat,
(§. LIV. 14.) et denique ejusdem, tamquam domini
indubium sit imperium in servos cujuscumque generis:
(§. LXXXII. et LXXXIV.) fieri non potest, 3) quin
potestatem actiones totius familiæ ad societatis hujus
finem dirigendi PATRIFAMILIAS vindicemus, *) at ita
tamen, 4) ut MATERFAMILIAS, tamquam utriusque
fortunæ socia, illum ope ac consilio juvare omnino
teneatur. (§. XLIII. 53.)

*) Enimvero id quoque intelligendum est de eo, quod fit
regulariter. Alias enim id aliquando aliter se habere, jam
supra ostendimus. (§. XLVII.) Quis enim negaverit, Re-
ginam, quæ cui extraneo nupsit, esse caput familiæ suæ,
// maritique tunc non alias partes esse, quam quæ regulari-
ter uxoris esse solent, nempe ut ope et consilio reginæ u-
xori adsit? Docent id exempla, quorum recens adhuc
memoria est.

§. XCII.

Ceterum hujusmodi familia vel in statu naturali vi-
vit, nulli mortalium obnoxia, (§. VI.) vel cum a-
liis in civitatem coaluit. Priore casu finis hujus so-
cietatis non modo fuit rerum, ad vitam commode to-
lerandam necessariorum, acquisitio, verum etiam mu-
tua adversus omnes hostes defensio: ac proinde 5)
eatenus recte rationes subduxerunt ii, qui hujusmo-
di familiam minoris cujusdam civitatis speciem præ se
ferre existimant. *) Posteriore quia singulæ familiæ
adversus concivium injurias judicium auxilio, adversus
communes hostes reipublicæ viribus tutæ sunt, non
alius finis esse potest hujus domesticæ societatis, quam
acquisitio rerum, ad sustentandam beatiorumque red-
dendam familiam necessariorum.

*)

*) Ita vero rationes subduxit Aristotel. *Polit. III. 6.* ubi fate-
tur, *patresfamilias singulos reges uti τὸ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, ὡς αἱ πῖλαι,*
domo sua, tamquam civitate, et sibi ipsi, tamquam si socii
bellorum essent, auxilium ferre contra injuriam inferentes. Nec
aliter fere philosophatus est Hobbes. *Leviath. Cap. XX.*
Quamvis vero proprie hæc non sit civitas, ceu ipse paullo
post fatetur Aristoteles: *ὅτι ἕτοις ἂν ἄνθρωποι διαφεύκοντες τοῖς*
ἀλλοτρίοις βιωσάντων. Nec sic quidem esse videretur civitas accurate
rem contemplantibus: civitati tamen simillima est hujusmo-
di familia, quin sæpe, ubi in magnam hominum multitu-
dinem excreverit, eam in civitatem vel rempublicam eva-
sisse, tradit Plato in *Politico, seu de regno Tom. II. Op. edit.*
Serrani.

§. XCIII.

Quum ergo in statu naturali finis hujus domesti-
cæ societatis non solum sit rerum necessarium adqui-
sitio, verum etiam defensio adversus aliorum injurias:
(§. XCII.) consequens est, 6) ut paterfamilias om-
nia jura, sine quibus hic finis obtineri non posset, Potestas
patrisfa-
milias in
statu na-
turali.
exercere, adeoque 7) non modo rem familiarem,
prout id commodissimum videtur, instituere, et 8)
quid cuique in familia curandum administrandumque
sit, præcipere, et quemque 9) ad rationes reddend-
das compellere, verum etiam 10) omnia principis
jura in familia sua exercere, 11) leges ferre, 12) N
supplicia à sontibus sumere, 13) fœdera cum aliis
pangere, quin 14) et bellum gerere, 15) pacemque
facere cum hostibus possit. *)

*) Exemplo erunt Abrahamus, Isaacus, Jacobus, qui tam-
quam principes, familiarum segregum, omnia hæc ma-
jestatis jura exercuerunt. Sic Abrahamus, Lotho ab hos-
tibus abducto, cum regibus victoribus justum bellum ges-
sit, junctis sibi aliorum patrumfamilias fœderatorum au-
xiliis. *Genes. XIV. 14. sequ. et 24.* Idem fœdes iniit cum
Abimelecho, *Genes. XXI. 22.* quod deinde renovavit Isaa-
cus, *Genes. XXVI. 26. sequ.* Sed et Jacobus eodem exemplo
cum Labano fœdus percussit. *Gen. XXXI. 44. sequ.* ejusque fa-
milia bellum, licet injustum, intulit Chamori, ejusque
filio, Sichemo. *Genes. XXXIV. 25.* Sed et legem de Diis
peregrinis amovendis familiæ fert Jacobus. *Genes. XXXV.*
2. Judas vero, ejus filius, nurum ad vivicomburii sup-
pli-

plicium damnat. Genes. XXXVIII. 24. 25. Quorum non ignarus Nicolaus Damascenus Excerpt. Peiresc. p. 490. Ἀβραάμ ἔβασίλευσε Δαμασκῶν, ἰσχυρὸς ἐν στρατῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ γῆ, τῆς οὐκ ἐβουλόωντο Χαλδαίων λεγομένης. Abrahamus REGNAVIT apud Damascum, advena, utpote qui cum exercitu venerit è regione super Babylonem, quæ Chaldæorum dicitur. Et Justin. XXXVI. 2. Post Damascum Axelus, mox Adores, et Abraham, et Israhel REGES fuere.

§. XCIV.

Itemque in statu civili.

Contra ea quum familiæ, quæ cum aliis in civitatem coaluit, non alius finis esse possit, quam rerum necessarium adquisitio: (§. XCII.) facile patet, 16) tam eminentia jura hic non competere patribus-familias, sed 17) ea tantum, sine quibus res necessarias acquirere non posset familia, quæque paulo ante (§. XCIII. 6. 7. 8. 9.) descripsimus; immo 18) hic etiam matrisfamilias aliquas partes esse, quum 19) ad ea jura, quæ patresfamilias, tamquam familiæ suæ principi, competunt, eam vix concurrere patiatur verecundia sexus, patrisquefamilias præ illa eminentia.

§. XCV.

Simplices societates huic composita non debent esse impedi-mento.

Quandoquidem vero porro in societatibus compositis simplicium vel minorum utilitas majorum fini non debet repugnare: (§. XXIV. 75.) facile patet 20) societates conjugalem, paternam, et herilem, ita comparatas esse oportere, ut ne fini utilitatique totius familiæ sint impedimento: *) adeoque 21) hinc officia quædam nasci, societati huic composita propria, quorum alia PATERFAMILIAS ET MATERFAMILIAS sibi invicem; alia UTERQUE reliquis familiæ membris; alia hæc familiæ membra patri matrique familias; alia denique HÆC ipsa sibi invicem præstare tenentur. Cel. Wolff. de vita sociali hom. §. CXCIV.

*) Quia enim unus homo hic plures personas sustinet, (§. LXIII. *) idemque e. g. et patrisfamilias et domini, et patris, et mariti officio fungitur: diversa etiam sunt ejusdem jura diversæque obligationes. Quum vero ex omnibus

bus his statibus composita sit societas, quam FAMILIAM vocamus: has diversas obligationes tales esse oportet, ut una consistere possint. At consistere non possunt, quæ sibi invicem repugnant. Non ergo diversæ obligationes debent sibi invicem repugnare.

§. XCVI.

Quum ergo in hac societate primæ sint partes patrisfamilias, (§. XCI. 3.) sed ita tamen, ut materfamilias eum ope et consilio juvare teneatur: (Ibid. n. 4.) sequitur, 22) ut PATRISFAMILIAS sit, præcipere, quid factu opus sit, 23) familiam universam, et singula ejus membra, prout cujusque conditio existit, alere, 24) eos, qui quid adversus familiæ decus communemque utilitatem admittunt, pro eo, ac societatis simplicioris jura id permittunt, coercere, 25) matrisfam. dignitatem auctoritatemque tueri: Hujus vero, 26) dare operam, ut à liberis servisque omnia ex præscripto fiant, *) 27) absente marito ejus vicefungi, denique 28) obsequii et venerationis exemplum præbere universæ familiæ, tanto majorem in domo habitura auctoritatem, quo magis mariti auctoritatem tueri atque amplificare studuerit.

Officia patrisfamilias, proutque familias, tum mutua, tum erga familiam.

*) Socrates apud Xenophont. Oecon. Cap. III. §. XV. Νομιστὸν δὲ γυναικῶν κειρομένην ἀγαθὴν εἶναι δεῖν, πᾶσιν ἀγγελλόμενης ἂν αὐτὴ ἀρδύη ἐν τῷ ἀγαθῷ, ἕξεται μὲν γὰρ αἰ τοῦ οὐλοῦ διατῶν τὸ ἀρδύον παρὰ τὰ κτήματα, ὡς ἐκτετατὸν, δαπανᾶται δὲ τῶν τῆς γυναικὸς ταπεινῶν τὰ κτήματα, καὶ ἴσ' μὲν τῶν γυναικῶν, ἀφ' ἑαυτῆς μὲν εἶναι, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν πατρῴων, εἰ εἶναι μὲν βλά. Existimo autem, uxorem, quæ in domo bona sit socia, tantumdem habere momenti ad utriusque utilitatem, quantum vir habeat. Nam plerumque viri opera facultates in domum veniunt, et maxima pars eorum, uxore prement, consistitur. Quæ quidem si recte fiant, amplificatur domus: si male, diminuitur.

§. XCVII.

Quumque ita temperandæ sint societates simpliciores, ne universæ familiæ utilitati impedimento sint: utriusque (§. XCV. 20.) facile patet, 28) contra officium que ra-

Officia

tionē so- facere patremfamilias, si matremfam. officio suo in
 cietatum educandis liberis functuram, impediatur: 29) multoque
 simpli- minus hanc esse excusandam, si liberos parum mori-
 ciorum. geros indulgentia sua reddat deteriores: denique 30)
 utrosque peccare, si discordia sua efficiant, ut libe-
 ri parentum vel ineuria, vel exemplo, corrumpantur.
 Similiter inde intelligitur, 31) male se habere socie-
 tatem domesticam, si servorum ancillarumque curā
 permittantur liberi, vel 32) cum his versentur pro
 lubitu, *) vel 33) servi ancillæque heris minoribus
 consilium auxiliumque ad quævis vitia impune præ-
 stare, vel 34) liberi hos atrocius tractare possint.

*) Quum enim plerique servi ancillæque ex face hominum,
 ac proinde male educati sint: fieri non potest, quin libe-
 ri eorum exemplo corrumpantur. Immo aliquando adsen-
 tari eos videas liberis, et auxilio esse ad quævis nefanda,
 quales plerique servuli à Plauto et Terentio in scena sis-
 tuntur. Prudenter Plutarchus de inst. lib. p. 4. commendat
 proverbium, ἐπι δευ χρονω παραγωγος, συνοουσαν παρθεν, si
 cum claudio habites, fore, ut subclaudicare discas. Ex quo colligit,
 plusquam deridiculum esse, quod plerisque usu veniat, parentes,
 quum servorum quos habeant probos, alios agriculturæ, alios rei nāu-
 tice, alios mercaturæ, alios administrationi rei familiaris, alios
 usura exercendæ adhibere: si quod vero inveniant mancipium e-
 briosum ac gula deditum, et ad omnia inutile negotia, id eos
 liberis præficere. Perinde vero esse, patet, sive liberis præ-
 ficiantur malæ frugis homines, sive parentes eos cum illis
 familiariter versari patiantur.

§. XCVIII.

In fami- Ex eodem patet, 35) rem omnem redire ad or-
 lia bene dinem, in universa familia cum cura servandum. Quum
 constitu- vero tunc omnia ORDINE fieri dicantur, si omnia
 ta omnia fiant, iis observatis circumstantiis, quas negotii in-
 redeunt- doles exigit: consequens est, 36) ut singulis in fa-
 ad ordi- milia certa munia deleganda, ab iisque 37) pensum
 nem. severe exigendum, quin 38) singuli ita adsuefacien-
 di sint, ut partes suas non modo ea, qua par est,
 cura ac diligentia, verum etiam 39) justo tempore,
 40) locoque, quo decet, exsequantur, denique 41)
 ut

ut quodlibet instrumentum et qualibet suppellex non
 modo nitida et integra sit, sed et 42) eo loco, quo
 oportet, reperiat. *)

*) Omnia hæc ex insituto demonstravit Xenophon. in aureo
 Oeconomici libello, ubi sistit Ischomacum, de recta rem fa-
 miliarem administrandi ratione cum uxore sermocinantem,
 et Cap. VIII. hanc facientem cogitationem suarum summam
 quemadmodum in choro, exercitu, nave, ita et in socie-
 tate domestica, primum, secundum, ultimum esse ORDI-
 NEM, ejus vero perturbationem evertere omnia, quin et
 maximum rerum pretiosissimarum adparatum inutilem red-
 dere. Quo in primis pertinent, quæ §. VIII. disserit:
 ἢ δ' ἀταξία ἐπιτίθει τὴν οὐκ ἐπιτήδεον, εἴτε παρὰ τὴν γυναικὴ ἐπὶ τῶν
 βέλτων ὑπὸ τῶν, καὶ τῶν, καὶ τῶν, ἐπιτίθει τὴν οὐκ ἐπιτήδεον,
 ἢ ἀταξία, ἢ ἐπὶ διαδύου δὴ οὐκ ἐπιτήδεον, ἀπὸ τῶν ἀβέλτων
 τοῦ χρονοῦ. Ordinis autem perturbatio quiddam mihi simile vide-
 tur esse, ac si agricola eodem loco conjiciat borderum, triticum,
 legumina. Deinde, si vel ὄψα, vel pane, vel obsonio sit opus,
 necesse sit eum singula seligere, pro eo, quod jam secreta sumere
 ad usum debebat.

§. XCIX.

Denique ex his omnibus, quæ totius FAMILIÆ of-
 ficia sint, facile intelligitur. Quum enim omnes à pa- Officia
 trefamilias expectent alimenta, conditione sua digna: in fe-
 (§. XCVI. 23.) consequens est, 42) ut omnia ad riorum
 utilitatem ejus referre, 43) quisque, quod sibi de- m e m-
 legatum est, diligenter curare, 44) patri matrique brorum
 familias reverentiam et obsequium præstare, et 45) familia.
 quod primum ac præcipuum erat, nihil agere de-
 beant, quod vel conjugum concordiam turbare, vel
 educationi liberorum impedimentum objicere, vel lu-
 crum, quod ex servorum operis jure expectare pote-
 rat paterfamilias, intervenire possit.

CAPUT VI.

De Societatis civilis origine, forma et adfectionibus.

§. C.

Status civilis fere omnibus gentibus placuit.

Quamvis societates, quas adhuc descripsimus, sufficere potuisse videantur hominibus ad vitam bene beateque transigendam: fuit tamen hominibus ratio consultissima, cur in maximas illas societates, quas CIVITATES vel RESPUBLICAS vocamus, coalescere mallent, consensuque tam communi hunc statum civilem praeferrent naturali, ut vix ullam hodie reperias gentem tam barbaram, apud quam non aliquod saltem civitatis vel reipublicae simulacrum reperias. *)

*) Testes sunt ii, qui terras olim ignotas, tum septentrionales, tum Americanas, lustrarunt, et plerasque in iis gentes vel regi cuidam parere, vel communi consilio de negotiis publicis decernere animadverterunt. Quae enim quidam auctores de Cafris, populisque in monte Caucasu habitantibus, immo et insularis quibusdam Americanis narrant, (Vid. Hert. Elem. prud. civ. I. 1. p. 45. Beckmann. Hist. geogr. IX. 8.) ea ita sunt comparata, ut parum explorata retulisse videantur, nulla ibi imperia esse suspicati, ubi non viderent palatia regia, satellitia, aulaeque splendorem. Sane Cafros Petrus Kolbius, qui diutius in illo Africae angulo commoratus est, descriptos esse ait in XVII. nationes, quarum singulis praesit princeps, quem Kouqui vocent, quemadmodum singulis pagis, quos Kvalle adpellent, aliquis praefici soleat, quem penes et jus sit, delinquentes puniendi. Addit, de negotiis publicis omnes pagorum praefectos consulere in medium, praeside principe nationis, qui et exercitui praesesse soleat. Vereor, ne aequae falsa sint, quae de Aboriginibus et Gatalis refert Sallust. Catil. Cap. VI. et Jugurth. Cap. XVIII. de Numidis Strabo Geogr. Lib. XVII. p. 1191. edit. nov. de Bebriciis Valer. Flacc. Argonaut. Lib. IV. v. 102. de Troglodytis Plin. Hist. nat. V. 8. de Siciis denique Homer. Odyss. Lib. decimo v. 112. ubi et statum illum naturalem ita elegantissime describit:



ἄλλοι δ' ἔτ' ἀγοραὶ βασιλείαι, ἔτι θεμισταί.
Ἄλλ' οἱ γ' ὄψων ἔχουσιν γαίης κάρυγας
Ἐπὶ σπῆσαι γλαφυροῖσι θεμιστοῖσι δὲ ἴσασιν
παίδων δ' ἀλιχῶν δ' ἀδύχων ἀλιχῶσι.
Nec fora conciliis fervent, nec iudice: tantum
Antra colunt umbrosa: altisque in montibus ades:
Quisque suos regit, uxorem, natosque, nec ulli
In commune vacat sociat extendere curas.

§. CI.

Quamvis vero permulti sint, qui de civitatum et rerumpublicarum origine solliciti, rerum plurium indigentiam homines ad societates civiles ineundas impulisse, censeant: Plato de rep. Lib. II. vel ideo tantum id minus opinabile est; primo, quod civitatis vestigium jam Genes. IV. 17. exstat, (§. XIII. *) quum nondum ea hominum multitudo impleisset mundum, ut adeo magna esse potuerit rerum necessariorum indigentia: deinde quod nihil obstitit, quo minus et extra civitates locus esset commerciis: (§. XI. 30.) denique quod multo major rerum omnium indigentia fuit, ex quo, institutis civitatibus, luxus et libido gliscere coepit. *)

An ob rerum indigentiam.

*) Sic Abraamum, Isaacum, Jacobum, quos aliquamdiu extra societatem vixisse diximus, (§. XIII. *) quamvis non nisi agriculturae et rei pecuariae darent operam, commode tamen et suaviter vixisse, maximasque opes adquisivisse, nullaque re indiguisset, animadvertimus. Genes. XXIV. 35. XXXIII. 11. Et sane quum satis mature familiae etiam segreges agros colere, vites plantare, quin et aurum, argentumve nosse, artesque utilissimas invenire coeperint: Genes. XIII. 2. XXIV. 35. quid desiderare ultra potuissent magnopere homines, etiam extra civitates viventes, si luxus abluisset?

§. CII.

Deinde elegantia vitae morumque cultus homines An ob vitae elegantiam, que morum cultu ven- rum? prisca frugalitatis vix potuit subigere, ut libertati naturali statum civilem praeferrent. Praeterquam enim, quod illa morum elegantia plerumque vanitatem sapit, et adfectum adulandi studium fere pro morum cultu

venditatur: (§. XII. *) nihil etiam impedit, quo minus et homines, in statu naturali viventes, et rationem excolere, et morem ad elegantiam componere possint. Quin exempla Abrahami, Isaaci, et Jacobi, qui cum familiis suis suas sibi res solis habebant, nec in societatem civilem coaluerant, denuo docent, et in naturali statu viventes homines omnem barbariem detersisse moribus, et decori fuisse observantissimos. *)

*) Argumento esse potest morata Abrahami oratio ad Melchisedechum: *Genes. XIV. 22. sequ.* ejusdem insignis humanitas in excipiendis hospitibus: *Genes. XVIII. 2. sequ.* colloquium ejusdem plane insignis cum filiis Chethi. *Genes. XXIII. 7. sequ.* Quin et servos ita instituisse Abrahamum, ut decori, morumque elegantiae essent studiosissimi, vel illa Eleazaris legatio ad Nachorem probat. *Genes. XXIV. 22. sequ.* Nec barbarorum hominum est ille Jacobi, ex Mesopotamia redeuntis, cum Esavo congressus, quando fratres inter se veluti certabant non modo verbis humanissimis, sed et donis, aliisque amoris significationibus. Si porro verum est, quod tradit Josephus *Antiqu. Jud. I. 9.* Abrahamum fuisse non modo arithmetices, verum etiam τὰ ἀριθμητικὰ ἔργα, sideralis scientiae peritum, nec non, quod alii addunt, ἀστρονομικὸν in familia ejus magnopere exultam, ac ad summam sane perfectionem perductam esse: Vid. Suid. voce Ἀβραάμ. Justinus *Histor. XXXVI. 2.* nemo dubitaverit, quin artium ac scientiarum culturae etiam in statu naturali fuerit locus, neque ideo in civitates fuerit discedendum.

§. CIII.

Tales et reliquae causae sunt, ob quas in civitates coaluisse homines, existimant. Nam quod alii justitiae fruendae causa, Hesiod. *Theogon. v. 87.* alii utilitatis causa, Aristot. *Ethic. VIII. 11.* alii denique veluti idem Aristot. *I. 1. et 2.* incitante natura, constitutas esse civitates, existimant: id omne ita comparatum esse, arbitramur, ut quidem aliquid ex vero trahat, nec tamen auro impulsisse videatur homines, ad statum libertatis aequalitatisque cum civili commutandum. *)

*) Quid enim obstitisset, quo minus et patresfamilias segre-

ges jus dicerent familiis, (§. XCIII. 11. 22.) Deinde cur non ad utilitatem suffecisse dicamus societates simpliciores, maxime quum liberum cuique esset, acquirere, quidquid vellet, et contra plane cessarent vectigalia, tributa, aliaque munera personalia ac patrimonialia, quae nunc saepe civium facultates exhauriunt? Et sane si natura à solitudine abhorret, eumque statum tamquam miserrimum depinxit Pufendorffius: an Abrahamum vixisse in solitudine, credimus, quem praeter uxorem, felicem, et utriusque liberos tam numerosa servorum caterva stipabat, ut trecentos et octodecim vernas armatos in aciem educere posset? *Genes. XIV. 13.* Sane si homines naturam feruntur in societatem, non illico feruntur in societates illas maximas, quas multa habere, à quibus natura hominis quam maxime abhorret, ex instituto docuit Pufendorffius *de jur. nat. et gent. VII. 1. 4.* Verum tamen est, in statu civili et justitiam rectissime administrari, et eum ad publicam privatamque utilitatem, si bene ac prudenter sit institutus, permultum conducere, et hunc naturam hominis quam maxime esse consentaneum. Sed haec consequi magis hunc statum dixeris, quam ut ad causas ἀγενεταζίνης referri possint.

§. CIV.

Quare si rem omnem paullo accuratius, adhibita in consilium ratione, consideres: ii demum rem acutegisse videntur, qui vim improborum et originem et occasionem constituendis civitatibus dedisse statuunt. Quum enim in statu naturali omnes sint aequales ac liberrimi, (§. V. et VI.) et ea tamen sit hominum improborum indoles, ut aliis dominari, eosque sub jugum mittere, rebusque spoliare, mirifice cupiant: 1) fieri profecto non potuit, quin plures patresfamilias ejusdem ingenii vires unirent, aliosque sibi obnoxios redderent. Quumque magna societas non possit non esse inaequalis et rectoria: (§. XVIII. 58.) consequens est, 2) ut illa latronum turba sibi ducem elegerit, certamque ei formulam imperii praescripserit, atque inde 3) nata sit SOCIETAS CIVILIS vel REPUBLICA, *) quippe quae nihil aliud est, quam insignis hominum multitudo, nulli alii mortalium obnoxia, et sub communi imperante securitatis suae causa certis legibus consociata.

*)

Na
+ hinc à Esclabon.

+ hinc Status Civitatis pessimus.

Vera
causa,
quae ho-
mines
movit,
fuit vis
impro-
borum.

®

*) Ita ipsa recta ratio nos ad civitatum originem invenien-
dam veluti manu ducit. Sed ei maximum omnino pondus
accedit ex antiquissima historia, quam è sacris litteris, tam-
quam ex limpidissimo fonte, hauriendam esse, inter om-
nes constat. Sane enim ante diluvium non □ כגי אלהי
filios Dei, uti vocantur *Genes. VI. 1.* sed Caini posteros primos
civitatem condidisse, satis manifestum est ex *Genes. III.*
17. Et si vel maxime largiamur Jo. Clerico *Comment. p. 40.*
tenuem hanc fuisse casarum collectionem, materia forte, aut
sepe viridi cinctam, (quod tamen non adeo certum et ex-
ploratum est,) multarum tamen familiarum societas sine
qualicumque civili regimine intelligi vix potest. Deinde
post diluvium primus Chusi filius, Nimrodus, *in terris po-*
tens esse, regnumque Babylonie condere, id est, alios op-
primere, et, ut imperata facerent, cogere coepit, *Genes.*
X. 8. sequ. nec antiquioris regni apud Moysen fit mentio,
quum tamen aliquot sæculis post Abrahami temporibus,
plurium regum ac dynastarum nomina ac res gestæ occur-
rant. Et quis dubitet, quin principio rerum ex violenta
illa hominum oppressione nata sint civitates et republi-
cæ, quum id multo post sæpissime contingerit? Sane e-
nim occasione atrociorum potentissima regna nata esse,
petitis ex omni historia exemplis, ex instituto demonstra-
vit Heruius *Elem. prud. civ. I. 3. 4. p. 77. sequ.*

§. CV.

Tot ergo conglobatorum veluti hominum vim me-
Quæ coe- tuentibus etiam justissimis patribus familias, non aliud
git et in- occurrere potuit remedium, quam ut vim vi repelle-
nocen- rent. (§. X. 24.) Quumque ubi pauciores non suf-
tes, ut et ficiunt fini obtinendo, ipsa necessitas hominumque
ipsi con- malitia homines in societates coalescere cogat: (§.
so ci ati XIII.) consequens est, 4) ut et probos, et justos
vim vi patres familias, improborum metu, vires jungere, et
repelle- sub communi imperio certis legibus consociari, adeo-
rent. que 5) in societatem civilem, vel rempublicam coa-
lescere oportuerit. * (§. CIV. 3.) Ex quo porro
colligimus, 6) in statu integritatis nullas futuras fuisse
respublicas; adeoque 7) nugæ agere, qui vel
tales futuras fuisse, tamquam ex tripode pronuncia-
runt. Vid. *Becmann. Meditat. pol. XI. 5. vel 8)* sta-
tum illum integritatis, tamquam principium juris na-
tu-

turæ et gentium obtrudere eruditis conati sunt. (*Lib.*
I. §. LXXIV. 26.)

*) Facile ergo jam transigent, qui causam civitatum di-
cunt esse vim et metum, uti *Bodin. de rep. I. 6. II. 6.*
Hobes. de cive I. nec non qui, ut sua tenerent, homines
civitates constituisse contendunt, veluti *Cicero de Offic. II.*
21. qui denique infirmitatem familiarum segregum ho-
mines putant subegisse, ut libertatem illam naturalem cum
statu civili permutarent, quod in mentem venit *Grotio*
de jure belli et pacis proleg. §. XIX. et Lib. I. Cap. IV. §. VII.
Omnia enim hæc, licet verbis videantur discrepare, eo-
dem tamen redeunt, hominesque metu hominum, et sui
tuendi causa, civitates constituisse, satis perspicue os-
tendunt.

§. CVI.

Itaque 9) duplex est civitatum origo. Aliæ enim Duplex
10) ad vim aliis inferendam, opprimendosque inno- civita-
centes; 11) aliæ ad vim vi repellendam, civesque tum ori-
defendendos coaluerunt. 12) Illarum finis injustissi- go.
mus; harum justus est. Unde 13) illas rectius LA-
TRONUM COETUM; has 14) JUSTAS RESPUBLICAS di-
xeris. Sed quemadmodum sæpe contingit, ut quarum
rerum vitiosa origo est, eæ deinde, animadverso er-
rore, emendentur, et contra, quæ recte se habent,
paullatim in pejus ruant; ita et fieri potest, 15) ut
latronum coetus, posito illo alios opprimendi consilio,
in justas republicas; 16) hæ vero, relicta post ter-
gum humanitate, in latronum coetus abeant: atta-
men 17) et in illis, et in his, ratione civium finis
idem sit, puta eorum SECURITAS. *

*) Sic quamvis piraticæ illæ Afrorum republicæ magis ad
opprimendos spoliandosque alios, quam ad solam mutuum
defensionem, sint comparatæ, et eatenus parum a latro-
num coetibus differant: tamen æque securitatem civium,
tamquam finem, sibi ponunt ob oculos, ac aliæ justæ
republicæ, ac proinde non modo quævis presidia sibi ad-
versus exterorum vim circumponunt, sed et læsis jus
dicunt regidissimæ, pœnisque acrioribus efficere conantur,
Ne vaga proiliat franis natura rematis.

Itaque communis quidem hic finis est omnium rerumpu-
bli-

blicarum, sed ita ut priores, si illum finem obtineant, jus ac virtutem parum curent; hæc ideo finem illum intendant, ut utroque bono sine impedimento fruantur, vel, uti rem exprimit Apostolus, *ἵνα ἡμεῖς ἡσυχίαν καὶ ἀσφάλειαν τῶν ἐν ἐκείνοις ἔσται ἡμῶν καὶ ἡσυχίαν ἑαυτῶν διὰ τὴν ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν, ut sub reprobis, et omnibus in eminentia constitutis, tranquillam et quietam vitam ducant cum omni pietate et honestate. I. Tim. II. 2.*

§. CVII.

Finis ci-
vitatum blicarum sit SECURITAS civium, (§. CVI. 17.) ex fi-
securitas ne vero societatum de mediis, ipsisque sociorum ju-
civium. ribus et officiis judicandum sit: (§. XV. 42. 43.)
consequens est, 18) ut ea omnia agenda sint ab iis, qui in civitatem coalescunt, sine quibus finem illum communem, puta securitatem, obtinere non possent. Quumque vis illa, securitati inimica, in conglobatis improborum hominum viribus consistat: (§. CIV. 1.) fieri non potest, 19) quin et alii, qui se adversus illos securos præstare capiunt, vires unire, adeoque 20) tot homines in societatem majorem ac maxime compositam coalescere debeant, quot probabiliter sufficere videantur; ad vicinorum vim vi justa repellendam. *)

*) Hinc otiosa quæstio, quot personæ constituent civitatem vel rempublicam? Quamvis enim quindecim liberi homines populum constituere videantur Apulejo *Apolo- g. p. 304.* alii tres familias paullo diffusiores sufficere existiment ad rempublicam Valer. Max. *IV. 4. 8. IV. 6. 5.* auctores tamen harum opinionum vix rationem habuisse videntur finis civitatum, puta SECURITATIS, ea vero, junctis personis quindecim, vix obtineretur, sed numerus debet intendi pro multitudine eorum, à quibus nobis metuimus. Hinc et universa historia docet, initio minimas fuisse civitates, minima imperia, quæ plerumque patriæ limitibus finirentur. Neque enim in vicinia potentiora imperia erant, quæ illis metum incuterent. Simulac vero potentiores, oppressis vicinis, majora imperia constituerant: minores republicæ paulatim in systemata civitatum, vel majores republicas, coaluerunt, ut pares essent vi-

ci-

cinis potentioribus. Quod in Græcia post Persicam cladem; in Germania post Drusi et Germanici victorias contigisse, satis constat.

§. CVIII.

Non ergo 21) civitas, ceu recte animadvertunt Nicias apud Thucydidem *VII. 14.* et Themistocles apud *Just. Hist. II. 12.* in territorio, urbibus, mœnibus, tectis, sed in hominibus consistit: nec 22) opus est, ut integræ familiæ, ex utriusque sexus personis compositæ consocientur, sed 23) sufficit, si vires animosque jungant plures, quibus vel satis virium sit ad hostes debellandos, vel satis ingenii ad eosdem circumvenientes: quamvis 24) negari nequeat, unius ætatis fore respublicas, quas non familiæ, sed personæ singule, quantacumque sit earum multitudo, constituunt. *)
Adde quæ in notis.

*) Posse rempublicam sine territorio, urbibus, mœnibus, tectisque consistere, argumento esse poterit respublica Hebræorum, sine exemplo sanctissima, quæ quadraginta annos per deserta Arabiæ loca sine certa sede, sine lare certo, sine mœnibus et tectis, oberravit, donec in promissa Palæstina certum veluti domicilium sibi constitueret. *Num. XIV. 33.* Deinde fieri posse, ut respublica sine familiis constet, *nemo negaverit.* Neque enim ad Amazonum regnum jam provocare ausim, de quo, quæ dicuntur, pleraque multi gravissimi auctores in dubium vocant. Relinquitur ergo id unum, rempublicam constitutæ congruam hominum multitudinem, nec eam extinctam videri posse, occupato licet territorio, quamdiu populus, hostibus profligandis haud impar, superstes fuerit. Sic sane perstitit Atheniensium respublica, quamvis Attica terra universa à Persis teneretur, quoad perstitit classis, in quam sese Themistocles cum universo populo, omnibusque, quæ moveri possent, contulerat. *Nepos Themistoch. Cap. II.* et stulta erat oratio Adimanti, jus di-

Bbb ij

cen-

Ad §. 108. in scolio.

Nemo negaverit. Qui Romanorum statum ante raptum Subinarum, et uti à Floro describitur populus virorum, et unius ætatis, lib. 1. c. 1. fuerit recordatus.

Respu-
blica in
h o m i-
n u m
multitu-
d i n e
consis-
tit.

®

§. CXI.

Quum vero socios non modo in eundem finem, sed et in eadem media consentire oporteat, (§. XIV.) isdem sub. que consensus in magna hominum multitudine magna- que societate sperari non possit, nisi sit rectoria, adeoque regimen aliquod instituat, cuius a volunta- te totius populi voluntas pendeat: (§. XIX. 58.) con- sequens est, 35) ut multitudo illa decernere debeat, quale sit futurum illud regimen, *) et 36) quamvis illi reliquorum decreto stare non teneantur, qui sub conditione certi regiminis in futuram societatem consen- serunt, si alia reip. forma, quam velint, placeat po- pulo: (§. CX. 34.) 37) il tamen, qui pactum illud primum pure inierunt, suffragiis plurium sese submit- tere omnino debeant.



*) Magnopere falluntur, qui tale decretum unquam factum esse negant. Nam hos vel sola Romana reip. origo erro- ris convincet. Quum enim inter illam urbis Albanæ sen- tinam, quam exhaustiendam putabat Numitor, nec non pastorum et prædonum turbam, quæ se jam antea in La- tio crebris excursionibus locupletaverat, convenisset, ut in communem rempublicam coalescerent: Romulus, vo- cata concione, populum rogavit, ecquam reipublicæ for- ma in reliquis antea endam existiment? Dionysius vero Halicarnæus, qui rem omnem accuratissime descripsit Antiqu. Rom. Lib. II. p. 80. observat, populum, intellecto Romuli consilio, illico respondisse: Ἡοῦ πολιτείας μὴ ναυῆς ἴδῃν δεινὰ τὸν δ' ὑπὸ τῶν πατρῶν δευραδ' ἔσαν ἀναγκαῖον παραβῆναι ἢ μεταλθῆναι, γυνῆς τὲ ἀπέναντι τῶν παλαιστῶν, ἵς ἀπὸ μείζονος ἐπιμύθε σφοδρῶς, ἀπὸ τῆς καταστάσεως καὶ τῆς ἀγνοίας, ἢ γὰρ τὸν μὴ δεινὸν ἔσται, ἢ παρὲν μὴ βραδύνομος τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀν- θρώποις ἀγαθῶν, ἐλευθερίας τε καὶ ἀλλοτρίων ἀρχῶν, καὶ μὴ δὲ πο- λιτείας τῶν ἄλλων ἔχουσαν. Nobis nova reipublicæ forma non est opus, nec à majoribus probatam, et per manus traditam muta- bimus; sed et præcorum consilium sequemur, quos non sine insigni prudentia illam reip. formam instituisse credimus, et præsentī fortuna contenti sumus. Cur enim illam incutemus, quum sub Regibus nobis contigerint bona, quæ apud homines habentur præcipua, libertas, et imperium in alios? Et hæc est noi- tra de republica sententia.

§.CXII.

§. CXII.

Denique ubi de reip. forma convenit, 38) nihil populo deest ad perfectam rempublicam, quam ut eam easque personas, quas sibi imperare velit, eligat, *) et ei iisve 39) certam imperii formulam, jam tum su- periore decreto expressam, præscribat, quæ formula tunc 40) recte LEGIS fundamentalis nomine venit, quum et ea, quæ pactis caventur, passim leges adpellen- tur, ac proinde 41) imperantes sive unum, sive plu- res, non minus, quam cives obligat, adeo 42) ut nihil actum merito censeatur, si quid contra legem hanc reipubl. primariam, vel πολιτικὴν πρώτην, actum sit.

Nec non alterum partem.

Ne

*) Denuo hunc ordinem in instituenda Romanorum republica servatum esse, ex laudato Dionysii Halicarnass. loco in- telligimus. Quum enim imperium regium, cui jam Albx plerique adsueverant, retinere descrevisent: illico de eli- gendo Rege solliciti, subjiciunt: τὸν δὲ τῆς τῆς ἑξ ἰτίαν τῆς μάχης, ἢ οἱ, ἀπορῶν ὑποκαταστήσαντες, τὴν βα- ρύτητα γυνῆς ἰσχυρὰ καὶ ἀγύρα, μάχης δ' ἐπὶ τῆς ἀποικίας ὑπερῆς πυχρῶς ἐστὶ, καὶ πᾶσιν οὐκ ἔστιν ἀνεύχοντα, πᾶσαν δὲ ἐξίαν ἢ ἀγύρα μάχης, ἢ ἰσχυρὰ μάχης. Ceterum cum honorem non alii magis, quam tibi, convenire persuasum nobis est, tum ob ge- nus regium ac virtutem, tum vero maxime, quod te hujus co- loniæ ducem habuimus, multamque in te gravitatem ac sa- pientiam animadvertimus, non tam verbis, quam factis, edocui. Similiter paullo post populo in curias et tribus descrip- to, electisque centum patribus, qui senatum et commu- ne reipublicæ consilium constituerent, ipse Romulus, teste eodem, p. 87. inter eos ita partitus est reipublicæ adminis- trationem, ut penes REGEM esset cura sacrorum, le- gum et consuetudinum patriarum custodia, judicia de cri- minibus gravioribus, jus referendi ad senatum, et popu- lum in concione convocandi; penes SENATUM jus, de rebus omnibus, quas rex ad eum referret, de plurium sententia decernendi: denique penes plebem, jus, auctore senatu, magistratus creandi, leges sancienti, et de bello, si Rex permitteret, decernendi. En formulam novi im- perii, vel legem fundamentalem, quam accuratius, quam quisquam alius, descripsit auctor πολιτικῶν, quæque tandiu Romæ viguit, donec Tarquinius adfectaret tyrannidem.

§.CXIII.

§. CXIII.

Hoc modo nasci oportet civitatem, quoties populus ultro, illam instituit. Quoties vero ille, perdo-
 An ea dem pac- mitus à populo potentiore, cum illa victrice gente in
 ta inter- unam rempublicam coalescit: 43) in primum quidem
 veniant, pactum de communi constituenda republica procul du-
 si coacti brio consentit, quia, si dissentiret; non acciperet obla-
 in civita- tas à victoribus conditiones, sed perire, quam sub ju-
 tem coa- gum mitti, mallet: at 44) de forma reipublicæ vix
 lescant? audietur deditiorum sententia, nec 45) in eligendis
 personis regnatricibus ullæ eorum partes sunt, quibus
 in solo obsequio gloria relicta est. *)

*) Res tamen omnis redit ad deditiois leges, quæ aliquan-
 do dariores, aliquando mitiores esse solent, prout vel ec-
 ra, vel ambigua est victoria. Ita sane quum Sabini et Ro-
 mani æquo pæne Marte pugassent, visum est utrisque
 Bellum foedere finire, cujus leges has recenset Dionys.
 Halic. *Lis. II. p. 111. Ut Romæ pari potestate, parique hono-
 re regerent Romulus et Tatius: ut urbs deductum à conditoro
 servaret nomen; et singuli cives, Romani, sicut antea, vo-
 carentur, universi autem à Tatii patria, communiter appellatio-
 nis complexu Quiritibus denominarentur: ut Sabinis jus civitatis
 Romane daretur, quicumque id cuperent: utque hi cum suis
 sacris reciperentur in tribus et curias.* Tale fuit hoc foedus ex
 cujus legibus Sabini et ad constituendam rempublicam
 quodammodo admittebantur.

§. CXIV.

Nec non Aliquando 46) contingit, ut victo populo nova
 si victor obtrudatur forma reipublicæ, *) simulque 47) victor
 populo sibi stipuletur, ut hæc nova respublica, tamquam inæ-
 victo quali foedere juncta, se comiter veneretur. Quo casu
 novam res ipsa docet, 48) et pacta illa, quæ supra descrip-
 reipubl. simus, (§. CX. CXII.) et decretum de reipublicæ for-
 formam ma, (§. CXI.) intervenire debere: at 49) populum
 obtru- victum non ultro, sed coatum, in hæc omnia con-
 dit. sentire.

*) Mos hic erat Atheniensium, ut civitatibus omnibus, à se
 per-

perdotnitis, statum popularem; Lacedæmoniorum, ut re-
 gimem optimatum obtruderent. Cujus instituti rationem
 reddit Xenophon *de republ. Athen. Cap. I. §. XIV. et Cap. III.
 §. X. sequ.* Exempla passim collegit Ubbo Emm. *vet. Græc.
 Tomo III. sed suffecerit unicum. p. 249. sequ.* Apud Samios
 statum popularem instituerant, eversumque aliquoties,
 instauraverant Athenienses. A Lysandro vero, Lacedæmo-
 nio, expugnata urbe, pro populari imperio *δυναξία* il-
 lic instituta est. Quas fortunæ vicissitudines et aliæ vide-
 runt Græcæ civitates, prout vel penes Athenienses, vel pe-
 nes Lacedæmonios erat maris imperium. Id vero sine vi et
 coactione contingere non potuisse, facile unusquisque ani-
 madvertit.

§. CXV.

Ceterum quemadmodum omnium societatum una vo-
 luntas, unusque intellectus concipi debet: (§. XX. 59.) Omnes
 ita 50) idem dicendum est de civitate vel republica, cives vo-
 ita constituta. Quum vero plures socii eundem finem, luntates
 eademque media intelligere et velle non aliter possint, suas sub-
 quam si uni pluribusve id negotii detur, ut de fine, mittere
 debent
 mediisque ad finem adsequendum necessariis dispi- voluntati impe-
 ciant: (§. XVIII. 55.) consequens est, 51) ut idem r a n-
 fieri oporteat in civitate. *) Denique quum aliis id ne- tium.
 gotium dare idem sit, ac VOLUNTATEM SUAM ALTE-
 RIUS vel ALIORUM VOLUNTATI SUBMITTERE: per se pat-
 tet, 52) cives reipublicæ omnes voluntates suas uni
 pluribusve submittere debere, adeoque 53) eum eos-
 ve imperare, cui quibusve cives voluntates suas sub-
 miserunt.

*) Non aliter fieri potest, ut plures idem velint, quam vel
 per CONSPIRATIONEM, ut omnes idem sentiant et ve-
 lint, vel per SUMMISSIONEM, ut plures voluntates suas unius
 vel plurium voluntati submittant. Prius nunquam spe-
 randum esse, facile ii intelligent, quibus perspecta sunt
 contraria hominum studia, ingeniorum stupor, diversæ-
 que voluntatum inclinationes. Seneca *Epist. CII. Putas tu,
 posse sententiam unam esse omnium? non est unius una.* Ita-
 que superest modus posterior, ut plures voluntates suas
 alterius vel plurium voluntati submittant. Quemadmodum
 enim periret procul dubio navis, repleta quantacumque
 hominum turba, nisi illa multitudo communem salutem

Ccc

per-

permitteret uni gubernatori, perito rei nauticæ, et omnia acturo, ut navem ex hieme marique scopuloso servet: ita fieri non potest, ut tot hominum myriades, quæ in tam magnam societatem coalescunt, ex tam gravibus procellis civilibus, quæ quotidie ingruunt, ad incolumitatem perveniant, nisi ab uno pluribusve regerentur. Recte ergo Arrianus *Diss. Epictet. I. 12.* τοὺς ἀγαθοὺς πολι-
τας τὴν ἀντὶ τῶν γένων ἐποτάττων τῶν νόμων τῆς πόλεως, bonos ci-
ves voluntates suas submittere legi civitatis, observat.

§. CXVI.

Ex eo vero porro consequitur, ut, quum volun-
tates suas cives submittere possint vel UNI, vel PLU-
RIBUS, vel UNIVERSÆ MULTITUDINI, 54) non possint
inde plures, quam tres regulares reip. formæ nasci.
Nam 55) quoties omnes cives voluntates suas unius
personæ physicæ voluntati submitunt, nascitur inde
MONARCHIA, REGNUM VEL PRINCIPATUS. *) Sin 56)
plurium voluntati ac decreto, ARISTOCRATIA. Denique
57) si id, quod universa civium multitudo communi
suffragio decrevit, pro totius civitatis vel reipublicæ
voluntate habetur, ea reipublicæ forma POPULARIS vel
DEMOCRATICA adpellatur.

*) Equidem Polybius *Hist. VI. 2.* distinguit inter μοναρχίαν
et βασίλειαν, et utriusque differentiam ita describit: πρώτη
μὴν ἀναγκαστικὴ καὶ φυσικὴ συνίσταται μοναρχία τάντων δ'
ἐπιταί, καὶ ἐν ταύτῃ γενέσθαι μετὰ κατασκευῆς καὶ διορθώσεως
βασίλειαν. Prima, MONARCHIA, sine ulla arte et natura im-
petu constituitur: banc vero sequitur, atque adeo ex ea origi-
nem habet, quum accessit ars et emendatio, REGNUM.
Sed quum ea, quæ magis minusve expolita sunt, specie
non differant: id discrimen hic inculcare nihil attinet.

§. CXVII.

Enimvero, quum, sive unus, sive plures, sive om-
nes, imperent, non alio jure præsent reipublicæ, quam
quod reliqui cives eorum voluntati voluntates suas sub-
miserunt: (§. CXV. 53.) consequens est, 58) ut in-
juste imperent, quibus suam voluntatem non sub-
mi-

Quibus
oppo-
nuntur
tyrani-

miserunt cives. Hinc 59) si unus injuste occupat rem-
publicam, monarchia in TYRANNIDEM; 60) si loco garchi-
collegii optimatum pauci imperium invadunt, aristo-
cratia in OLIGARCHIAM; denique 61) si loco totius ochlo-
populi turba quædam vel fæx hominum omnia pro-
lubitu decernit, democratia in OCHLOCRATIAM degenerat.
*) 61) Quas reipublicæ formas vitiosas regularibus
admodum similes esse, et proinde 63) has in illas fa-
cile degenerare, recte observavit Polyb. *Hist. VI. 1.*
idque ipsa experientia satis confirmat.

*) Id quoque eleganter vidit scriptor πολιτικῶν τῶν Polyb. ibi-
dem p. 629. Διὸ καὶ γινώσκων μὴ εἶναι φύσει πολιτικῶν τῶν
μὴν, ἀ πᾶσις ἐξυπάρχει, καὶ τῶν προσηγουμένων τῶν δὲ τὰ τῶν
συμφορῶν ἀγαθῶν δὲ μοναρχίαν, ἐλιγαρχίαν, ὀλιγαρχίαν. Itaque
genera rerumpublicarum statui sex debent: tria quæ omnium
ore jactantur, quæque modo posita sunt à nobis: tria cognata
cum his nature, dominatum dico unius, paucorum, et turba
vulgaris. Pro tyrannide quidem hic ponit monarchiam, quip-
pe quam illum à regno distinguere, diximus: (§. CXVI. *)
sed ipse paulo post subjicit: μεταβαλλόμενοι δὲ βασίλειαν εἰς τὰ
συμφορῶν, ἀγαθῶν δὲ εἰς τυραννίδα, κ. τ. λ. Regnum ubi ad conge-
nita mala degeneravit, nempe TYRANNIDEM. Talis et reli-
quorum civilis prudentiæ auctorum philosophia est, quam
hic pluribus inculcare non opus est. Cui non dictus Hylas?

§. CXVIII.

Quum vero tres illæ regulares rerumpublicarum for-
mæ in totidem vitiosas oppositas facillime degenerent: Quid
(§. CXVII. 63.) non mirum est, 64) paucissimas sem-
per repertas fuisse civitates, quæ ex tribus illis uni-
cam eligerent: sed 65) plerasque vel omnes illas re-
formas veluti in unam conflasse, *) vel 66) duas
certe ita commiscuisse, ut una alteram veluti in
officio contineret. Quumque 67) à potiore fieri soleat
denominatio: inde non possunt non varia nasci regno-
rum, aristocratiarum, et democratiarum genera, quæ
68) RERUMPUBLICARUMNE MIXTARUM an irregularium
nomine venire debeant, nostra parum refert. Add.
HERT. Elem. prud. civ. I. 11. 8. p. 2320. sequ.

*) Et hanc quidem optimam omnium rerum publicarum for-
mam

nam esse, observat Polyb. *Hist. I. 1. p. 628* ἄλλοι γὰρ
 ὡς ἄριστον μὲν ἕσπετον πολιτείαν τὴν ἐν πλείων τῶν πολιτῶν
 ἰδιωμάτων συνέσσωσαν. Manifestum est, eam rempublicam cen-
 seri debere optimam, quæ ex omnibus istis, quas diximus, for-
 mis sit composita. Et *Cap. VIII. p. 638.* magnopere laudat
 Lycurgum, quod ἔχ' ἀπλὴν ἰσθὶ μοραδὴ πολιτείαν, non sim-
 plicem atque uniformem constituerit rempublicam: sed op-
 timarum quarumque rerumpublicarum virtutes omnes ac-
 proprietas in unum copulavit, ne, si qua istarum supra
 modum augetur, ad vitia congenita deflecteret, sed, dum
 cujusque vis mutuo omnium nisu in contrarium retrahi-
 tur, nulla pars illarum vergat usquam, aut nimium pro-
 pendeant, verum æquis ponderibus librata et æqua lance
 suspensa quam diutissime respublica duret, non secus ac
 fieri soleat in navibus, quas hinc inde par vis ventorum
 impellat. Sic et Dionys. Halicarnass. *Antiqu. Lib. II. p. 82.*
 ubi rempublicam Romanam à Romulo eodem fere modo
 institutam fuisse, refert, illam, mixturam vocant κίμην
 τῆς πολιτείας, additque: ἐν γὰρ πάντων ἕσπετον πολιτικῶν νό-
 μων ἀνὸς ἀριστὸς ἐστὶν ἡ ἀρῆν τε καὶ κατὰ πολιτείαν, hanc ego concin-
 nam reip. formam ceteris omnibus reip. constitutionibus præfe-
 ro, ut paci æque, ac bello, idoneam. Omitto jam ejusdem gen-
 eris testimonia Zenonis apud Laert. *VII. 131.* Ciceronis apud
 Non. Mareellin. *de verb. propr. IV. 292.* Tacit. *Annal. IV. 33.*

§. CXIX.

Denique quum et totæ societates in unam majo-
 rem coalescere possint: (§. XVIII. 49.) consequens
 est, (69) ut et plures respublicæ, salva cujusque for-
 systema ma et independentia icto fœdere, in unam majorem ita
 ta? coalescere possint, ut, quæ ad comunem omnium sa-
 lutem securitatemque pertinent, communi consilio junc-
 tisque viribus exsequantur. *) Quales consociatæ res-
 publicæ 70) FOEDERATÆ, ACHAICÆ, itemque SYSTEMA-
 TA CIVITATUM adpellantur.

*) Pufendorffius tum singulari de systematibus civitatum disser-
 tatione, quæ inter ejus *Diss. acad. selectas p. 210. sequ.*
 occurrit, tum de *jur. nat. et gent. VII. §. 16. sequ.* exis-
 timat, civitatum systemata emergere vel median-
 te communi rege, quando plura separata regna vel ex
 conventionem, vel ex occasione matrimonii, hereditatis,
 aut victoriæ unum et eundem habeant regem, ita tamen
 ut

ut ideo in unum regnum non coalescant, sed singula
 juxta suas leges fundamentales à communi rege administren-
 tur, vel per fœdus i eademque principia fere sequitur Hert.
Elem. prud. civ. I. 12. 6. sequ. Enimvero aut unum reg-
 num alteri ita subjicitur, ut in communi imperio nullæ
 sint ejus partes: veluti olim regna Macedonicum, Sy-
 riacum, Ægyptiacum, Romanis subjecta: aut suas quod-
 libet res sibi habet, ut hodie imperium Romano-Germa-
 nicum, Hungaria et Boemia: aut ita coaluerunt, ut
 veluti unum regnum constituant, uti hodie Anglia et Sco-
 tia, Polonia et Lihuania. Primo casu regnum perdomi-
 tum in provinciæ formam redigitur, nec cum altero sys-
 tema aliquod constituit. Nec altero casu dici potest, ut
 regna coaluisse in unum, quum nihil commune inter se
 habeant, sed princeps tantum duas personas sustineat. Su-
 perest ergo tertius tantum casus, ubi duo illa regna vel
 duo populi, quum voluntates viresque ad communem de-
 fensionem univerint, unam omnino societatem majorem
 constituunt, adeoque systematis nomen ob definitionem,
 hoc paragrapho datam, jure meritoque ferunt. Addatur G.
 G. Titijs ad Pufend. *de offic. hom. et civ. H. 8. 13. sequ.*

§. CXX.

Quum ergo MONARCHIA nascatur, quoties omnes cives
 voluntates suas unius personæ voluntati physicæ submit-
 tunt: (§. CXVI. 55.) consequens est, (71) ut perin- Monar-
 de sit, quo dignitatis vocabulo, Imperatoris, Regis, Du- cha titu-
 cis, an Principis utatur. 72) Ut quum neminem su- 1 u m
 quem-
 periorum agnoscat, qualecumque dignitatis nomen rec- cumque
 te de novo adsciscat, *) quamvis 73) non æque fa- honoris
 cile cogere possit exteros reges ac respublicas, ut ei recte ad-
 novum illud dignitatis nomen tribuant, adeoque 74) sciscit.
 ipsæ prudentiæ regulæ suadeant, ut, priusquam ma-
 jus illud agnoscatur adsumat monarcha, aliorum regum re-
 rumque publicarum audiat sententiâs, sibi que novos il-
 los titulos honoris diserte stipuletur.

*) Quum enim summi imperantes secum invicem vivant in
 statu naturali, (§. IV. 3.) isque sit status libertatis et æqua-
 litatis, (§. V. et VI.) sequitur, ut monarcha monarchæ
 sit æqualis, nihilque eum impediât, quo minus pari cum
 aliis dignitate in republica sua frui velle, adeoque vo-
 vum

alium titulum, cui tuendo se parem esse intelligit, adsciscere possit. Vidit nostra aetas duo exempla, quae et postea fuerunt venerabuntur, FRIDERICI I. Prussiae Regis, et PETRI I. Russorum Imperatoris, quorum alter primus Regii nominis, alter Imperatorii dignitatem genti suae intulit, uterque postea ab aliis Imperatoribus Regibusque his insignibus nominibus ornatus.

§. CXXI.

Ex eodem patet, 75) monarcham omnia agere suo arbitrio, et 76) quamvis prudentiores merito adhibeat in consilium, eorum tamen suffragia non sententias, sed consilia esse. 77) Eundem agere ubique et semper, adeo, ut vere dici coeperit à temporibus Hadriani Imperatoris: *Roma est, ubi Imperator est.* Herodian. *Hist. I. 6.* 78) Nullum denique esse jus majestatis, quod non exerceat princeps: (§. CXII. 18.) immo 79) monarchiae nomen vix tueri regnum, in quo ullus alius jus quodcumque majestatis independentem à rege exercet.*

* Reipublicae enim, tamquam unius personae mortalis, unus debet esse intellectus, unaque voluntas. (§. CXV. 50) Jam si praeter monarcham alius quodcumque jus majestatis independentem à rege exerceret: non esset totius reip. unus intellectus et voluntas. Ergo nec futura esset respublica: sed resp. in republica. Salvum ergo fuit Merovingidarum imperium, quamdiu persistit regum auctoritas. Ea subruta, et jus belli et pacis ad sese trahentibus majoribus domus, precario veluti imperabant reges, donec Pipino placuit regni decus genti suae inferre. Adeo eo sensu verum est dictum Homeri *Iliad. β.*

Ὀὐκ ἀγαθὸν πολλοὺς ἀγορεύειν ἢς ἀναρῶντες ἔστω.

ἢς βασιλεύειν.

Non bonum est multos imperare: unus esto imperans.

Unus rex.

quamvis tyrannos saepe eo abusus esse, non ignoremus.

Vid. Sueton. *Calig. Cap. XXII.*

§. CXXII.

Quamvis vero omnia suo arbitrio agat monarcha:

(§.

(§. CXXI. 75.) non tamen agere aliud debet, quam quod finis civitatis, (§. CVII. 18.) puta securitas civitatis, (§. CVI. 17.) requirit. Ex quo consequitur, 80) ut populi securitas, et salus suprema monarchae lex esse debeat, 81) eoque ipso hic differat à tyranno, qui ad suam tantum securitatem utilitatemque omnia refert, 82) quumque scelere quaesita bonis artibus retineri nequeant, parum pensi habet civium suorum perniciem, dum ipse statum suum conservet.*

* Huc pertinent omnes artes tyrannicae, de quibus accuratissime Aristot. *Polit. V. 10. sequ.* Quum enim omnes tyranni, conscii sibi odii civium, meticulosissimi esse soleant, non possunt, quin omnem eminentem virtutem opprimant, virorum excellentium, tamquam eminentium papaverum, capita demetant; severissime animadvertant in innocentes sub obtentu laesae majestatis, criminis fere unius eorum, qui crimine vacat: inimicitias ac discordias inter cives serant: litterarum omnem splendorem extinguunt: peregrinos preferant civibus: hos denique dignitatibus, opibusque spolient, et redigant ad incitias. Quae omnia quam injusta, quamque fini civitatis contraria sint, facile unusquisque animadvertit. Unde recte Polyb. *Hist. II. 59. p. 202.* *Ἄντο γὰρ τὸ τυραννικὸν ἀγχιχέει τοῦ ἀειβροχάτου ἰμπεριῶν καὶ πάσας ἀγχιλάσσει τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδυνατίας καὶ παρανομίας.* Nam ipsum tyranni nomen summa impietatis significationem conjunctam habet, in jurias sceleraque omnia complectens, quae inter homines solent versari.

§. CXXIII.

Deinde ex ARISTOCRATIAE definitione (§. CXVI. 56.) colligimus, 83) penes totum optimatum collegium esse debere majestatis jura omnia, eaque adeo 84) non aliter explicari posse, quam de communi totius collegii sententia. 85) Opus ergo esse certo loco, ubi frequentes conveniant, et de republica consulant in medium, nec non 86) certo definitoque tempore, quo senatus ordinarius habeatur, nisi, 87) quae quotidie ex improvviso incidere solent, negotia senatum extra ordinem indictum postulent. Praeterea quum plurimum consensus sperari non possit, nisi per submissionem: (§. XVIII. 55.) consequens est, 88) ut et in aris-

aristocratia pauciores se submittere debeant voluntati plurium, adeoque 89) plurium sententiæ vincant pauciores, 90) in pari vero sententiarum numero, nihil actum videatur, nisi vel is, qui præsidet collegio, pondus addat alterutri parti, vel 91) talis sit causa, ut locus sit CALCULO MINERVÆ. *) Denique, quum vitiosa forma, opposita aristocratiae, OLIGARCHIA vocetur, (§. CXVII. 63.) illaque in hanc facile degeneret: (ibid. n. 60.) res ipsa exigit, 92) ne quid decerni valide possit, nisi maxima optimatum parte, e. g. duabus tertiis, præsentate.

*) CALCULUS MINERVÆ dicitur, quando in pari condemnantium atque absolventium numero reus a poena criminis liberatur. Nam quum Orestes, patricidii accusatus, in Areopago causam diceret, iique, qui damnandum censebant reum, uno calculo vincerent absolventes, Minerva his unum calculum adjecisse fingitur, ut in pari suffragiorum numero absolveretur. Quæ postea lex pæne omnibus gentibus placuit, uti prædixit Minervam fingit Euripides in Iphigen. Taur. v. 1268.

Καὶ τῆσι δὲ ποῖσι ὁ δὲ νόμος τῆδ' ἔσται,
Νικῶν ἰσῶσι ἄποισι τῶν ποικύων αἰῶ.
Et ceteris lex ista promulgabitur,
Ut usque paribus calculis vincat reus.

Conf. Boëcleri dissert. singulari de calculo Minervæ et viri celeberrimi, Henr. Cocceji diss. de eo quod justum est circa numerum suffragiorum, et de calculo Minervæ. Cap. II. ubi vir doctissimus §. X. hanc naturalem adfert rationem hujus juris, quod prior rei status condemnatione mutetur, absolute maneat, adeoque tunc vere nihil agatur. Quum ergo major tantum pars novi aliquid facere, et statum priorum mutare possit, sequitur, si pares sint, ut nihil agatur, sed prior rei status maneat, isque adeo absolvarur.

§. CXXIV.

Quomodo enim in ea, quod universa civium multitudo communis suffragio decernit, pro totius civitatis vel reipublicæ voluntate habeatur: (§. CXVI. 57) sequitur sane, 93) ut majestas hic sit penes totum populum, isque 94) tunc omnia jura majestatis exerceat. Quumque id



id aliter fieri non possit, quam si populus confluat in comitia, et de negotiis obvenerint consulat in medium: per se patet, 95) hic quoque certum locum, ubi coeat populus, 69) statosque dies quibus comitia habeantur, definiendos esse, 97) ratumque haberi, quod populus sive curiatim, sive tributim, sive viritim, pluribus suffragiis decreverit. Denique 98) facile in OCHLOCRAIAM degeneraturam esse democratiam, *) si minori parti populi, absentibus vel exclusis reliquis, suffragii jus permittatur, ex ipsa ochlocratiae definitione (§. CXVII. 61.) facile intelligitur,

*) Tunc vero miserima est reipublicæ conditio, maxime si a cedant demagogi, quorum incitata stimulis tribunicis plebs fugit, omniaque sursum deorsumque versat, donec demagogorum aliquis tyrannidem occupet, idemque contingat, quod Athenis contigisse refert Pædrus Fab. I. 2. in Athene quum forent equis legibus Procax libertas civitatem miscuit, Frenumque solvit pristinum licentia, Hinc, conspiratis factionum partibus, Arcem tyrannus occupat, Finitur.

Ceterum de demagogorum artibus videndus est Hertius Elem. prud. civ. Part. II. sect. XXIV. §. XXXIII. p. 496.

§. CXXVI.

Quum vero et MIXTÆ, quas vocant, reipublicæ aliquando optimæ, et ideo inventæ sint, ut una forma alteram veluti in officio contineat: (§. CVIII.) res ipsa docet, 99) jura majestatis vel omnia, vel quædam, in is civitatibus ita communicari debere vel cum optimatiam collegio, vel cum multitudine populi, ut ordo unus, inconsulto altero, decerne nihil possit: non vero 100) ita dividi posse illud juri majestatis exercitium, ut unus altero inscio vel invito, aliquid agat. Siquidem ita impediri non posset, quo minus reipublica in republica nasceretur. *)

*) Hinc informis omnino erat reipublicæ Romanæ status, quum eo delapsa esset, ut plebs, tribunicis instincta furoribus, inconsulto reliquo populo, leges ferre, et de capite civium Romanorum jus suo arbitrio dicere, et

Quomodo in rebus publicis mixtis



omnia patrum magistratuumque decreta turbare posset quum sine plebe populus nec leges ferret, nec iudicaret nec de bello ac pace decerneret. Quum vero, ubi loco totius populi turba quaedam vel fax hominum pleraque pro lubitu decernit, in ochlocratiam, adeoque vitiosam reip. formam degeneret civitas: (§. CXXIII. 61.) Romanam reip. tum parum ab ochlocratia abfuisse, facile est ad intelligendum.

§. CXXVII.

Quomodo vel ex duobus pluribusve regnis, quæ sub communi do in sys. capite veluti in unum regnum coalescunt, (§. CXIX. *) temati- vel ex pluribus civitatibus, fœdere junctis, (§. eod.) bus civi- oriantur: facile patet, 101) priore casu regna ista, tantum? nisi plane sint *παρὰ τοὺς αἰῶνες*, præter communem regem communia etiam habere debere comitia, 102) ad ea- que utriusque regni ordines, certo numero, pro vi- rium ratione esse evocandos. Posteriore vero casu 103) civitates singulas immanentia majestatis jura suo ar- bitrio; 104) transeuntia, quæ ad communem securi- tatem pertinent, communi consilio exercere, ac pro- inde 104) delegatos à singulis homines collegium ali- quod sive perpetuum, sive temporarium, debere constituere, quod de rebus ad communem securitatem pertinentibus consulat in medium, et, quid factu opus sit, re prius cum civitatibus suis communicata, decernat. *)

*) Talis olim Amphictionum, nec non civitatum Achaica- rum, senatus, de quo plura Boecler. diss. de Amphiction. et Ubbo Emm, vet. Græc. Tom. III. p. 307. Sed quum ho- die exemplum hujusmodi systematis, senatusque in eo necessarii, præbeant florentissimæ Belgarum Helvetio- rumque respública, quas, Jos. Simlerus, Templeus ali- que viri docti accuratissime descripserunt: non est, quod hic actum agere velimus.

§. CXXVIII.

Enimvero quum pleraque ad fœderis leges, quibus coa-

coalescunt, redeant: (CXIX. 69.) fieri non potest, 105) Magna quin hæ respública sint diversissima, 106) aliæque est syste- arctiore, aliæ paulo laxiore vinculo sint conjunctæ, matum 107) aliæ plus, aliæ minus inter se commune ha- civita- beant: immo et 108) quibusdam communia æraria, tum di- officinæ monetariæ, armamentariaque sint, quibusdam versitas. non sint: denique 109) quædam præsidem quemdam, communisque fœderis veluti custodem, senatui præfi- ciant, aliæ ab hoc instituto abhorreant: denique 110) nec jus suffragii, nec modus ea quæ ad com- munem securitatem necessaria sunt, contribuendi, nec reliqua instituta eodem ubique modo sese habere possint.

CAPUT. VII.

De summa potestate, eamque adquiren- di modis.

§. CXXIX.

Quum qui coalescunt in respUBLICAM antea in sta- tu naturali vixerint, (§. III.) isque fuerit status Imper- æqualitatis et libertatis: (§. V. et VI.) conse- rium quens est, 1) ut civitas et postea nemini mortalium omne sum, subjecta sit, 2) omniaque, quæ conservando statui mum et suo necessaria esse existimat, libere peragere, nec 3) ab *ἀνεπιθύ- ullo in exercitio jurium suorum turbari vel 4) ad reddenda gestorum rationes, adigi possit. Quum ergo hæc omnia, conjunctim accepta vocentur IMPERIUM SUMMUM et ANΕΠΕΘΥΝΟΝ: consequens est, 5) ut in omni civi- tate vel respUBLICA sit, imperium summum et *ἀνεπιθύμητον*. *)*

*) Loquimur de REPUBLICA proprie sic dicta, quam su- pra definitivimus, quod sit multitudo hominum, nulli alii mortalium obnoxia, et sub communi imperante securi- tatis suæ causâ consociata. (§. CIV. 3.) Quamobrem populus, ab alio victore in potestatem redactus, non respUBLICAM constituit, sed PRÆFECTURAM vel PRO- VINCIAM, quia aliis est obnoxius. Ex eadem ratione non reip. sed MUNICIPII nomine venit multitudo, sub commune quidem imperante, consociata, sed regno ta- mē, vel respUBLICÆ majori subjecta. Unde quamvis jure- Ddd ij con-

omnia patrum magistratuumque decreta turbare posset quum sine plebe populus nec leges ferret, nec iudicaret nec de bello ac pace decerneret. Quum vero, ubi loco totius populi turba quaedam vel fax hominum pleraque pro lubitu decernit, in ochlocratiam, adeoque vitiosam reip. formam degeneret civitas: (§. CXXIII. 61.) Romanam remp. tum parum ab ochlocratia abfuisse, facile est ad intelligendum.

§. CXXVII.

Quomodo vel ex duobus pluribusve regnis, quæ sub communi do in sys. capite veluti in unum regnum coaluerunt, (§. CXIX. *) temati- vel ex pluribus civitatibus, fœdere junctis, (§. eod.) bus civi- oriantur: facile patet, 101) priore casu regna ista, tantum? nisi plane sint *παρθενοκρατία*, præter communem regem communia etiam habere debere comitia, 102) ad ea- que utriusque regni ordines, certo numero, pro vi- rium ratione esse evocandos. Posteriore vero casu 103) civitates singulas immanentia majestatis jura suo ar- bitrio; 104) transeuntia, quæ ad communem securi- tatem pertinent, communi consilio exercere, ac pro- inde 104) delegatos à singulis homines collegium ali- quod sive perpetuum, sive temporarium, debere constituere, quod de rebus ad communem securitatem pertinentibus consulat in medium, et, quid factu opus sit, re prius cum civitatibus suis communicata, decernat. *)

*) Talis olim Amphictionum, nec non civitatum Achaica- rum, senatus, de quo plura Boecler. diss. de Amphiction. et Ubbo Emm, vet. Græc. Tom. III. p. 307. Sed quum ho- die exemplum hujusmodi systematis, senatusque in eo necessarii, præbeant florentissimæ Belgarum Helvetio- rumque respública, quas, Jos. Simlerus, Templeus ali- que viri docti accuratissime descripserunt: non est, quod hic actum agere velimus.

§. CXXVIII.

Enimvero quum pleraque ad fœderis leges, quibus coa-

coaluerunt, redeant: (CXIX. 69.) fieri non potest, 105) Magna quin hæ respública sint diversissima, 106) aliæque est syste- arctiore, aliæ paulo laxiore vinculo sint conjunctæ, matum 107) aliæ plus, aliæ minus inter se commune ha- civita- beant: immo et 108) quibusdam communia æraria, tum di- officinæ monetariæ, armamentariaque sint, quibusdam versitas. non sint: denique 109) quædam præsidem quemdam, communisque fœderis veluti custodem, senatui præfi- ciant, aliæ ab hoc instituto abhorreant: denique 110) nec jus suffragii, nec modus ea quæ ad com- munem securitatem necessaria sunt, contribuendi, nec reliqua instituta eodem ubique modo sese habere possint.

CAPUT. VII.

De summa potestate, eamque adquiren- di modis.

§. CXXIX.

Quum qui coalescunt in respUBLICAM antea in sta- tu naturali vixerint, (§. III.) isque fuerit status Imper- æqualitatis et libertatis: (§. V. et VI.) conse- rium quens est, 1) ut civitas et postea nemini mortalium omne sum, subjecta sit; 2) omniaque, quæ conservando statui mum et suo necessaria esse existimat, libere peragere, nec 3) ab *ἀνεπιθύ- ullo in exercitio jurium suorum turbari vel 4) ad reddenda gestorum rationes, adigi possit. Quum ergo hæc omnia, conjunctim accepta vocentur IMPERIUM SUMMUM et ANΕΠΕΘΥΝΟΝ: consequens est, 5) ut in omni civi- tate vel respUBLICA sit, imperium summum et *ἀνεπιθύουσα*. *)*

*) Loquimur de REPUBLICA proprie sic dicta, quam su- pra definitivimus, quod sit multitudo hominum, nulli alii mortalium obnoxia, et sub communi imperante securi- tatis suæ causa consociata. (§. CIV. 3.) Quamobrem populus, ab alio victore in potestatem redactus, non respUBLICAM constituit, sed PRÆFECTURAM vel PRO- VINCIAM, quia aliis est obnoxius. Ex eadem ratione non reip. sed MUNICIPII nomine venit multitudo, sub commune quidem imperante, consociata, sed regno ta- mē, vel respUBLICÆ majori subjecta. Unde quamvis jure-

consulti municipia saepe vocent respublicas, et hinc mentionem faciunt reipublicae Antiochenis, l. 37. D. de reb. auct. jud. possid. Heliopolitanorum, l. 4. C. qui pot. in pign. Thessalonicensium, l. 23. C. de evict. Tusculanorum, l. 38. §. 5. D. de leg. 1. 1. Sebastianorum, l. 21. §. 3. D. de ann. leg. Arelatensium, l. 24. D. de usu et usufr. leg. Sardinorum l. 24. D. de ann. legat. tamen ubi accuratius loquuntur, eos, qui pro civitate legatione funguntur, negant REIP. causa abesse. l. 26. §. ult. D. ex quib. caus. maj. Multum ergo refert, quo sensu accipias reip. vocabulum.

§. CXXX.

Quam ergo in omni civitate vel republica sit imperium sumum et *ἀρχαὴ* (§. CXXIX. 5.) et cives tamen voluntates suas vel uni, vel pluribus, vel universo populo submiserint: (§. XV. 521) consequens est, 6) ut quibuscumque voluntates suas submiserunt cives, ii et imperio illo summo et *ἀρχαὴ* gaudeant, adeoque 7) illi à nemine, praeterquam à Deo, judicari, multoque minus 8) à populo supplicio aliisque poenis adfici possint, adeoque 9) pestilentissimum sit illud dogma monarchomachorum, quod populus sit ipso rege vel principe superior, et 10) penes illum *realis*; penes hunc *personalis* tantum *majestas* reperiatur. *)

*) Est haec doctrina Franc. Hotomani, Stephani Junii Bruti, ejus sub nomine alii Hub. Languetum, alii Ge. Buchanani, alii alios latitare contendunt, Sidney, Althusius, Pareus, Jo. Mitton, et alii, de quibus praeter *Obs. Halens. VI.* 1. legendus est Jo. Franc. Budd. *Hist. jur. nat. et gent. §. LII.* Ceterum *ἄρχαὴ* illud *ἄρχαὴ*, quo in transversum acti hi viri doctissimi populo omnia permittant in reges et principes, in eo consistit, quod constituentem semper superiorem esse existimant constituto, quodque adeo populos, qui sibi regem et principem constituerit, (§. CXII. 38.) non possit non rege vel principe illo à se constituto esse superior. Sed id non minus absolum est, ac si servus, qui se ultro domino alicui in servitum obnoxiam addixit, (§. LXXIX. 8.) sese domino superiorem dicere vellet, quia sibi ipse dominum constituerit. Vid. Grot. *de jure belli et pac. I. 3. §. V.* A. Zach. Huber. *Diss. Lib. II. p. 124. sequ.* Potius ratio ip-

ipsa satis agnoscit, eum non posse dici superiorem, qui alterius voluntati voluntatem suam ita submisit, ut voluntati suae veluti renunciarit. Quod quum faciat populus, ubi coalescit in rempublicam: (§. CXXIX. 5.) quae, quae, fronte is se rege superiorem dicet?

§. CXXXI.

At quia tamen eatenus tantum voluntati summorum imperantium voluntates suas submiserunt cives, Nec non quatenus id exigit finis societatis civilis, vel reipublicae, (§. XV. 42. sequ.) id est, communis, ob vellistam quam potissimum in civitatem coaluerunt, securitas: tum (§. CVII.) non possumus non inde colligere, 11) nefarie illos blandiri summis potestatibus, qui illis persuadent, licere, quod libeat 12) nec civibus ab imperantibus fieri posse injuriam, immo 13) illorum vitam, existimationem, facultates, ipsamque conscientiam, ita in principum potestate ac arbitrio esse, ut illis in solo obsequio relicta sit gloria. Ex quo fonte quum promanent omnia, quae magna adseveratione humano generi, obtrudere conati sunt Nic. Machiavellus, Thomas Hobbesius, et quicumque postea *obedientiam passivam* defenderunt in Britannia: *) 14) haec principia omnia non minus pestilentia esse, ac monarchomachorum dogmata, nemo temere negaverit.

*) De Machiavello et Tho. Hobbesio omnia nota ac per-vulgata sunt. Nec quisquam est, qui non meminerit, quid inter auctores librorum, quos *Julianum* et *Jovinianum* inscripserunt, aliosque viros doctos, contrariis studiis agitata sit in Britannia. Quin et Grotium *de jure belli et pac. I. 3. §. 8. sequ.* quodammodo praeluisse huic doctrinae de passiva, quam vocant, obedientia, non pauci censent, quamvis secundum eum vindicias dedit vir laudatissimus, Zach. Huberus *ibid. p. 222. sequ.* Sane sive vi aliquis sibi subjecerit populum, sive hic sibi imperantem ultro elegerit: nefas est principi, injuriis adficere populum suum, eumque hostili animo opprimere. Piores enim casu, dum in deditionem accepit populum, hostilem animum deposuit. Posteriore nihil potestatis habet, nisi quantum ei in se detulit populus: quem sane principi dedisse facultatem, civibus, tanquam mancipiis abutendi, nemo dixerit. Nec jus sceleri datur loco *I. Sam. VIII.*

11. Sive enim illud *ἡθον δευον* vel *jus regis*, de mig-
 re et facto explices, uti *jus Latronis* §. 4. §. 11. ad leg. Pomp.
de paricida, sive de dominio eminente, quod magistri Ju-
 dzorum faciunt, et eam eo celeberrimus Thomas, ad *Lu-
 heri de jure civili* l. 2. 7. 21. pag. 58. sive de jure de ju-
 re, ceterus obligatorio, ut illi resisti nequeat, uti jus
 accipit Paulus l. 11. D. de jure et jure, et hunc ipsum
 locum eruditè interpretatur V. A. Zach. Huberus, *ibid.*
 pag. 217. inde sane demonstrari non potest, jus tale esse
 imperantibus, quale illis Machiavellus et Hobbesius,
 eorumque imitatorès, servum pecus, attribuere ausi sunt.
 Non sane tale jus sibi adrogavit princeps bonus,

*Quis adrogavit sibi jus? quare non videtur,
 "Quis nisi p[ro]f[er]at s[er]vum, uti in dicitur,
 "Sic dicitur, et veritas idem est quare.
 "Quis autem vult esse dicitur regnabat Ulysses?
 "Qui nulli civi dicit factorem necesse est.
 "Sic licet hoc dominum Dei inmortalius aequat.*

§. CXXXII.

Impe-
 rantes sa-
 crosanc-
 ti.

Quia ergo summi imperantes à nemine, præter-
 quam à Deo, judicari, multoque minus supplicio ad-
 fici possunt à populo: (§. CXXX. 6. 7.) merito in-
 de colligimus, 15) sacrosanctum esse omne summum
 imperium, 16) sacrosanctos et ipsos imperantes, à
 deo que 17) maximum crimen merito habendum esse
 illud, quod perduelles, rebelles et seditiosi admittunt.
 Quia 18) quamvis forte inthesi concedendum sit,
 iis, qui hostilem animum adversus populum osten-
 dunt, tanquam tyrannis, posse resisti: 19) in hy-
 pothesi tamen illam regulam fere inutillem esse, cer-
 tissimum est, quia imperantes à nemine, præter Deum,
 judicari, adeoque et ab illo solo decidi potest, ve-
 rene hostilem animum adversus populum gerant, nec
 sic. *)

magna hinc tyrannidi porta aperitur.

Si de illa populis judicari non possit.

*) Plura eam in rem dixit Thomas, ad Huber. de jure civ.

l. 2. §. 10. p. 136. 137. Exempla plurima demonstrant

quam periculosum sit plebsi judicium permittere de prin-

cipium actionibus. c)

libera Suda camo goluta, populo talibus non

potest, ut illi imperantes a peste deponantur

qui fieri potest, ut populus non ag- §. CXXXIII.

noceat, et vulnesi inflato medellam

adhiberi, vel non possit?

§. CXXXIII.

Quum tamen nec omnia promiscue liceant princi-
 pi; (§. CXXI.) consequens est, 20) ut ille vim Nec ta-
 inferre non possit civium conscientis, nec 21) quid-
 quam illis imperate, quod voluntati Dei, tanquam su-
 premi legislatoris, refragetur. (Lib. I. §. LXXXVII. is li-
 *) 22) Nec jure suo aliquem injuste et sine frag-
 nante ratione privare, quam civis potius rerum sua-
 rum secure fruendarum causa in societatem civilem
 coherint. (§. CVI. 17.) 23) Ut civibus, in summa
 calamitate constitutis, liceat quidem omnia experiri,
 ut jus suum obtineant, immo et 24) imminente
 majore periculo, patriam dulciaque linquere arva: (§.
 XXII. 71.) non tamen 25) arma corripere adver-
 sus principem vel rempublicam. (Lib. I. §. CCXXXII.
 19.)

§. CXXXIV.

Quamvis vero hæc generatim de imperantibus di-
 cenda sint: contingere tamen potest, 26) ut impe-
 rium alicui tradatur, certis pactis adstrictum, addi-
 taque lege commissoria, si pactis illis non satisfaciat.
 Tunc vero 27) injuriam non fieri imperantibus, ubi
 subinde moniti civium libertatem opprimere non desi-
 nant, si illis abrogetur imperium: ex natura pacto-
 rum faciliè intelligitur, quemadmodum 28) et vitio
 non verti potest civibus, si eos, qui sibi imperium
 sine justo titulo adrogarunt, et quibuscum nondum
 transegerunt, depactive sunt, *) imperare prohi-
 beant.

*) Hinc male Brutus et conjurati occiderunt Cæsarem.
 Quamvis enim hic imperium usurpavit in civitate libera,
 idque sine justa causa extorsisset civibus suis: hi tamen
 jam pridem in eo adqueverant, ac veluti renunciaverant
 libertati suæ. Et sane quum Brutus ipse apud Ciceroem
 Episto. ad Brut. IV. non sedit Antrolium, hostilis animi
 erga rempublicam manifestum, præjudicium, receit ad sum-
 mæ libertatis traxit, eum tanquam hostem adgre-
 dit: quo jure interimere potuit Cæsarem, quem tantum abest, ut ve-
 na-

natus populusque Romanus hostem judicari, ut potius ei solemniter dederit fidem? Quare nec recte rationi satis convenit illud Cæsaris apud Lucan. *Pharsal. Lib. I. v. 351.*

Detrahimus dominos urbi, servire parate.

Si enim urbs, id est, tota civitas dominos habere cupit: quo jure Cæsari aut cuicumque alii civi licuit bello civili illi dominos detrahere?

§. CXXXV.

Quum vero omne imperium sit summum atque Imperium se cum illo conjuncta sint omnia jura, sine quibus finis exserit societatis civilis, puta securitas, obtineri non posset, quæque conjunctim MAJESTAS, vel MAJESTATIS JURA adpellantur. Quum vero duplex sit illa securitas, INTERNA, qua cives à concivibus securi præstantur, et EXTERNA, quæ ab hostium vi atque armis defenditur respública: facile patet, 30) duorum etiam generum esse jura majestatis, quorum 31) alia quæ ratione civium competunt, IMMANENTIA; alia, quæ erga externos exerceri possunt, TRANSEUNTIA adpellantur. *)

*) Omnia hæc turbarunt prudentes nostri, qui postquam ad jus publicum animum adpulerunt, id sibi negotii crediderunt solum dari, ut tamquam coqui Plautini, diversissima jura miscerent. Quam enim II. Feud. 56. de JURIBUS REGALIBUS, quæ cum feudis conjuncta esse solent, quædam legerent: eadem illa esse existimant cum majestatis juribus; quum tamen multum intersit, utrum regalia quis, tamquam vassallus, *dependenter* uti vocant; an jura majestatis, tamquam summus imperans, *independenter* exercent. Deinde, quum eo juris feudalis loco non omnia jura, quæ alias ab imperantibus exercentur, recenseantur: crediderunt doctores, ibi tantum agi de juribus, quæ salva majestate communicari cum vassallis possint, atque hinc ea vocarunt REGALIA MINORA, quibus MAJORA, id est, ut illis visum, incommunicabilia opposuerunt. Ita adhuc plerique subduxerunt rationes, quos solide refellit celeberrimus Thomas. *ad Huberi de jure civ. I. 2. 6. p. 21. sequ.* Quam ergo hic non sit quæstio de jure clientelari, sed publicæ uni-

ver-

versali, seu gentium: satius visum est, cavere ab illa confusione JURIIUM MAJESTATIS et REGALIIUM, et naturam jurium majestatis eorumque diversa genera potius ex reipublicæ vel societatis civilis indole, id est, ex ipso fonte, quam ex Henningii Arnisæi, Regn. Sixtini, aliorumque ejusdem commatis auctorum, lacunis derivare.

§. CXXXVI.

Si ergo INTERNA SECURITAS in eo consistit, ut cives à civibus securi præstantur: (§. CXXXV.) necesse sane est, 32) ut cum summo imperio conjuncta sint jura LEGES FERENDI, 33) eademque ad faciendam adplicandi, quam SUPREMAM JURISDICTIONEM vocare licebit, nec non jus 34) iis, qui quid contra leges admiserunt, malum aliquod repræsentandi, vel POENAS infligendi, 35) TRIBUTA et VECTIGALIA pro reipublicæ necessitate EXIGENDI, 36) ADMINISTROS et MAGISTRATUS CONSTITUENDI, denique 37) circa sacra æque ac 38) COMMERCIA aliaque, quæ ad decus civitatis pertinent, operam dandi, ne quid resp. detrimenti capiat.

§. CXXXVII.

Quumque et EXTERNAM SECURITATEM ab hostium vi et armis intendat ii, qui in communem coaluerunt rempublicam: (§. CXXXV.) consequens est, 39) ut à summo imperio sejungi non possit jus FOEDERA percutiendi, 40) LEGATOS mittendi, 41) BELLUM gerendi, 42) faciendi PACEM, quippe sine quibus fieri non posset, ut salva sit civitas. Nisi enim fœdera pangendi jus haberet: impar sæpe esset respública impotentior potentiori. Si legatos mittendi facultas denegaretur: fœdera non pangerentur. Si belli pacisque jus cessaret: non ullum esset medium vim vi repellendi, adeoque nec obtineri posset finis, qui in securitate consistit.

Eee

§. CXCII.

Ad §. 136.

Circa sacra. Vide not. ad §. 183. in fine, ubi de jure Principis in sacra late agemus.

§. CXXXVIII.

An divi- Hæc vero jura majestatis, quæ ex summi im-
 qua ac perii indole manifesto fluant, 43) ab illo divelli ne-
 commu- queunt, ut non statim unitas voluntatis tollatur, et nas-
 nicabi- catur respublica in republica. (CXXI. *) At quum tamen
 lia? sæpe ita misceantur vel omnes, vel plures rerumpubli-
 carum formæ, ut una veluti alteram in officio conti-
 neat: (§. CXVIII. 66.) contingere potest, 44) ut
 vel omnia, vel pleraque majestatis jura non ob una
 persona unove collegio, sed communiter à pluribus,
 vel ab universo populo exerceantur, et tunc 45) o-
 pus sit comitiis, in quibus summus imperans de com-
 muni ordinum sententia hæc jura exercent. *)

*) Exemplo esse potest florentissimum Britannia regnum, in
 quo, salvis potentissimo Regi prærogativis circa bellum
 et pacem, nec leges novæ feruntur, nec tributa et one-
 ra nova inducuntur, nec alia, quæ ad totius regni de-
 cus ac salutem pertinent, statuuntur nisi in regni comitiis,
 quæ ibi *Parliamentum* vocant. Ita et in Germania nihil,
 quod ad universum imperium pertinet, nisi de commu-
 ni Imperatoris, Electorum, Principum ac Ordinum sen-
 tentia decerni, idemque fere in Polonia, et hodie in
 // Suecia observari, salvis tamen augustissimo Imperatori
 // regibusque potentissimis prærogativis, quæ in Germania
reservata adpellantur, in vulgus notum est. Immo in ip-
 sis specialibus Germanici imperii rebus publicis simile quid
 observavit Hert. *de legib. consultat. et judic. in special. Imp.
 Rom. Germ. rebuspubl.*

§. CXXXIX.

Impe- Ceterum quia et forma reipublicæ initio totius
 riam ad- populi consensu constituta, et ipsæ personæ impe-
 quiritur rantes ab eodem populo electæ, iisque certæ leges
 vel per fundamentales præscriptæ sunt: (§. CXI. sequ.) fa-
 electio- cile patet, 46) neminem acquirere sibi imperium
 nem, vel posse in republica, nisi volente populo, et secun-
 per suc dum fundamentales reipublicæ leges. Secundum eas
 cession- vero 47) aut ELECTITIA esse imperia, aut 48) suc-
 nem. CASSIVA, 49) eamque divisionem non modo ad
 nar-

narchias, sed et ad aristocracias, et quoddammodo ad
 democracias pertinere.

*) Sic quando intra paucas familias, ita veluti conclusum est
 imperium, ut illis solis, qui ex illis prognati sunt, jure
 sanguinis competat jus in senatu dicendæ sententiæ: A-
 RISTOCRATIA illa procul dubio est successiva. Qua-
 les aristocracias hodie fere Venetiis, Januæ, Epidauri, No-
 ribergæ, florere observavit Hert. *Elem. polit. l. 10. 16. p.
 212. sequ.* Contra sicubi optimates vel à populo cum ple-
 na potestate eliguntur, vel ab ipso collegio constantur,
 ELECTITIA erit aristocratia. Vid. Huber. *de jure civit.
 l. 3. t. 17. p. 292.* Sic et si in qua DEMOCRATIA
 non aliis jus suffragii daretur, quam civibus ORIGINA-
 RIIS, illa quoddammodo successiva esset: sin et *adscitis*,
 ELECTITIAE similis.

§. CXL.

Imperium ELECTITIVUM est, quando populus, inci-
 dente interregno, sibi imperantem creat, et in eum ^{Quid}
 consentientem confert imperium. Quumque populus jus ^{justum}
 illud eligendi vel ipse in comitiis exercere, vel cer- ^{circa e-}
 tis personis in perpetuum dare possit: consequens ^{lectio-}
 est, 50) ut is, qui ab illis, quibus eligendi jus est, ^{ne impe-}
 pluribus suffragiis eligitur, pro legitimo imperante sit ^{rantis?}
 habendus, *) dummodo 51) oblatum sibi imperium
 accipiat, et 52) secundum leges fundamentales habi-
 lis sit ad regendam rempublicam, quin et 53) ipsa
 electio eo ritu ac ordine facta sit, quem leges pu-
 blicæ vel mores civitatis ac reipublicæ exigunt.

*) Itaque vix legitimos dixeris principes, qui per seditio-
 nem à turba, vel ab exercitu, cui eligendi jus non est,
 ad imperium sunt evecti. Quod postremum rempublicam
 Romanam sæpenumero tantum non pessumdedisse, vel
 exempla Othonis, Vitellii, Vespasiani, nec non Pes-
 cennii Nigri, Clodi Albini, et Septimii Severi docent.
 Hinc Plutarchus in *Galba p. 1053.* loquutus de tempore,
 quo; ut ait Tacit. *Hist. l. 4. vulgatum fuerit imperii orca-
 num, posse principem alibi, quam Roma, fieri, quassitam,*
 inquit, convulsamque tunc esse rempublicam Romanam,
 quasi fabulosi Titanum motibus, (*τῶν ἀγρομέσους Τίτανος*

Ece ij

αὐτῶν ἡγεῖν κινῆσαι,) quum eodem pane tempore hinc inde transferretur principatus ex avaritia et licentia militum, qui largitione et præmiis corrupti imperatores imperatoribus, tamquam clavum clavo pepulerint. Vid. Petri Cuzi *Orat. IX. p. 188.* Adeo multum interest reipublicæ, in qua electitium est imperium, personas eligentes, eligendasque, et ipsum modum formamque eligendi certis legibus ita definire, ne similia Titanicis illis motibus contingat.

§. CXLI.

Ex qua imperii electitii definitione (§. CXL.) porro patet, 54) in hujusmodi imperio toties incidere INTERREGNUM, id est, statum civitatis, à summo imperante ordinario destitutæ, quoties summus imperans vel moritur, vel ipse sese abdicat, vel à populo illi abrogatur imperium, 55) nisi populus, vivo ac volente imperante, alium elegerit, ipsi successurum. 56) Designatum illum successorem nihil juris habere vivo imperante, nisi quantum, volente illo, ei detulerit populus, vel 57) quantum ipse ei delegare velit imperans, sive absens, sive alia justa causa impeditus, quo minus ipse præsit reipublicæ. *)

* Quum enim aliud sit, imperanti abrogare imperium, aliud, eidem successorem designare: fieri non potest, ut successori deferatur facultas imperium reipsa capessendi, quin simul abrogatum eidem imperium videatur. Hinc animadvertimus regibus Romanorum, quos, vivo imperatore, aliquando eligunt Germani, nihil potestatis reipsa dari, nisi Imperatores absentes iis aliquam delegent, quod Carolus V. aliquando fecisse, novimus. Similis pane est *coadjutorum*, quos vocant, conditio, quibus, vivis episcopis ac prælatis, nihil omnino potestatis competit, sed certum tantum tribuitur jus succedendi, si sedem vacare, uti loquuntur, contigerit, ut adeo coadjutorum nomen sine omine ferant. Illustr. Boehmer. *Jur. eccles. protest. III. 6. 23.*

§. CXLII.

Quum vero hoc interregnum sit status civitatis, à summo imperante ordinario destitutæ, (§. CXL. 54.) nec tamen populus tunc cessare velit rempublicam, dum

dum de novo eligendo principe consultat: consequens terregni est, 58) ut interea reipublicæ præesse debeant magistratus extraordinarii, quocumque nomine veniant, persisterique 59) vel nova electione, ordinum suffragiis, reipublica? constituendi, vel 60) quod consultius est, in antecessum lege publica designandi, 61) quorum tamen cessare oportere potestatem, novo imperante electo, facile unusquisque intelligit. Quum vero hi imperantium vice fungantur ad tempus: mirum omnino est, 62) disputare viros doctos, an tempore interregni vera supersit civitas vel reipublica? quæque illi forma adsignanda sit? *) *populæ, utique.*

*) Pufendorff. *de jure nat. et gent. VII. 7. 7.* de hoc statu ita philosophatur: Quia per posterius pactum, regem inter et cives initum, interna civitatis perfectio et summum imperium actu provenit: inde, subjecto proprio imperii sublato, ad imperfectam formam regnum delabi, sic, ut primigenio tantum pacto cohereat, de quo supra pluribus dictum. (§. CX.) Illi tamen pacto tempore interregni non parum firmitatis adere vocabulum communis patriæ, simulque quod plurimorum fortunæ isti loco sint adnexæ. Itaque interregni tempore regnum recte quidem cum Livio l. 17. vocari posse *civitatem sine imperio, et quasi exercitum sine duce*: imperium tamen, (quod et à Grotio *de jure belli et pac. I. 3. 7.* observatur,) redire ad universum populum, adeoque formam quandam democratix præ se ferre. Ita Pufendorffius, quem in plerisque et Hertius sequitur *Elem. prud. civ. I. 12. 14.* et Houtuyn. *Polit. gener. §. C. n. VI. sequ.* Enimvero, quum plerumque vel in antecessum designatus sit interrex, vel aliquis, vel plures, communi ordinum suffragio eligantur, qui ad tempus eadem cum potestate, immo et aliquando multo majore, præsent reip. quam ipse imperans, juraque majestatis saltim ea, quæ circa res moram non ferentes versantur, exerceant: vix excogitari potest ratio, cur non perfecta dici possit hæc, licet temporaria, reipublicæ constitutio, et monarchica quidem, si uni, dyarchica, si duobus, aristocratica, si pluribus, tamquam principibus intercalariis, reipublicæ cura demandetur.

§. CXLIII.

§. CXLIII.

Successivum imperium est, quando populi decreto electa est familia quædam regnatricis, ut ex ea persona aliqua semper præsit imperio, quamdiu ex posteris, ubi teris aliqua supereat, quæ per leges publicas præesse populus possit. Quale imperium si constituere placuit: aut certum succedendi modum definivit populus, aut nihil ea de re disposuit. Posteriore casu 63) omnino præsumitur, eum jus commune de successione ab intestato probasse. At quia tamen nec tanta prudentiæ præsumtio cadit in feminas, quanta in masculos, (§. XLV. *) et præterea facile contingere posset, ut per feminas regnum, veluti dotale, ad extraneos perveniret: hinc sane 64) feminæ non nisi in subsidium, et deficientibus demum masculis, ad successionem vocandas patet. *) Denique quum et unitas voluntatis sit veluti vita et anima reipublicæ, (§. CXV. 50.) ea vero sperari non possit, si duo pluresve regnum monarchicum vel pro indiviso administrarent, vel illud inter se partiantur: consequens est 65, ut è pluribus, regi ultimo æque propinquis: primogenitus vel primogenita prærogativa jure meritoque donetur. (Lib. I. §. CCXCVII. *)

*) Sunt, qui feminas ad imperia plane ineptas atque inhabiles existimant, veluti Joh. Bodinus, sed ex juris tantum Romani principiis, quæ non stringunt gentes liberas. Et sane quum in ipsa Hebræorum theocrazia iudicis officio cum laude functa sit Debora, et omnium fere gentium annales celebrent reginas, quæ sibi immortalem gloriam prudentia regnandi rerumque gestarum magnitudine pepererunt: quis feminas indignas habeat imperio? Attamen quum natura ut plurimum masculos præ feminis quadam prærogativa donarit: non absurdum est, existimare, has tantum in subsidium esse ad successionem vocandas. Aristotel. Polit. I. 8. τῶν γὰρ ἀφροσύνην τῆς φύσεως ἔχειν ἡγεμονίαν καὶ ἀρετὴν ἡγεμονίαν. Μαθητικὴν δὲ φύσιν ἔχειν ἡγεμονίαν καὶ ἀρετὴν ἡγεμονίαν. Μαθητικὴν δὲ φύσιν ἔχειν ἡγεμονίαν καὶ ἀρετὴν ἡγεμονίαν. *Mat enim natura magis aptus est ad regnandum, quam feminæ, nisi in hac aliquid præter naturam existerit.*

§. CXLIV.

§. CXLIV.

Ubi populus de successionis ordine disposuit, facile patet, 66) standum esse populi voluntati. (§. bi, ubi CXII. 39) Et hinc 67) sive Francicam, quæ feminas excludit, 68) sive CASTELLANAM, quæ easdem admittit in subsidium, præferat: 69) sive lineam, sive 70) gradus propioris habere malit rationem: sive denique 71) extraordinariam plane et insolitam succedendi rationem lege publica firmet: *) rata erit populi voluntas, et sacrosancta habebitur lex illa fundamentalis et publica. Ex quo porro colligimus, 72) posse etiam populum imperanti potestatem facere, successorem, quem velit, sibi designandi, nec non, 73) gliscentibus de jure succedendi litibus, partes suas interponere: quamvis experientia doceat, de causa tam ardua plerumque, ut verbis Ennii utamur, non in jure manum conseri, sed mage ferro rem agi.

*) Exempla quamplurima jam attulit Pufend. de jure nat. et gent. VII. 7. 14. Modus tamen maxime regularis est linealis, ut patri succedat primogenitus, ejusque posterius primogeniti, quoad aliquis ex illa linea supersit. Hinc, extincta linea regnatricis, admittatur ex proxima primogenitus, et sic porro, quamdiu aliquis ex primi adquirentis posteris superest. Quæsitum etiam olim novimus, utrum is, qui primus liberorum, sed ante regnum natus est, an is, qui, jam regnante patre, in lucem prodiit, primogenituræ juribus gaudere debeat? Sed quum in primogenitura tantum ordinis natalium habeatur ratio, nulla ratio est, cur frater natu minor ideo excludere debeat natu majorem, quod illum, vagientem in purpureis incunabilis, aula audiverit.

§. CXLV.

Itaque per electionem tantum persona electa; (§. CXL.) ex jure successionis tota familia regnatricis jus regnandi consequitur. (§. CXLIII.) Quumque antea prius jus cum persona exspiret, posterius tandem durat, quamdiu durat regnatricis familia: consequens extraor-

Interregnum ordinatum et

dina- quens est, 74) ut, extincta persona electa, INTER-
rium. REGNUM ORDINARIUM 75) extincta familia regnatrice,
EXTRAORDINARIUM *) incidat, et tunc 76) in ar-
bitrio populi sit, cui genti hoc decus de novo con-
ferre; et 77) utrum illam iisdem legibus, imperio
præficere, an arctioribus limitibus succedendi ordi-
nem, ipsamque imperantium potestatem, circumscri-
bere malit.

æ) Tale incidisse ferebant Franci post annum DCCCLXXXVII.
mortuis Lothario et Ludovico, Carolingæ stirpis regibus.
Hinc teste Glabro Radulpho *Hist. II. 1. convenientes totius
regni primates Hugonem, Ducem Parisiensem, in regem
ungi fecerunt.* Add. Aimon. *de gest. Franc. V. 44.* Sed et
Russi, extincta Joannis Basilidis prole, et principibus
quibusdam tragicis, Borisio Gudenovio, Theodoro, Bor-
siii filio, Demetriis falsis, et Joanne Zuskio, misere pe-
reuntibus, electione quoque Uladislai Poloni male ceden-
te, novam elegerunt domum regnatricem Michaelis, Theo-
dori, patriarchæ, filii, ex qua postea ad nostra usque
tempora Alexius, Joannes, Petri duo et Anna, vastis-
simo illi imperio præfuerunt. Quod enim ad Catharinam
imperatricem attinet, eam non successionis jure, sed extremo
mariti Petri I. judicio ad illud fastigium evectam esse,
nemo ignorat.

§. CXLVI.

Quomo-
do vi ad-
quiratur
imperium?

Tales sunt imperium acquirendi modi, quoties ip-
se sibi populus imperantes constituit. Sæpe enim vi,
et armis sibi aliquis viam munit ad imperium. Quo
casu 78) populus devictus, licet coactus, tamen in
novum illud imperium procul dubio consentit: (§.
XVI. 45.) ac, 79) sive victor se eadem lege, qua
antea principes usi sunt, imperium suscepturum, pol-
liceatur, sive 80) novas sibi ac successoribus condi-
tiones et plus potestates stipuletur, 81) sive quædam,
quæ sibi priores principes adrogarunt, victis remit-
tat, id posteris pro lege esse oportet. *)

*) Hinc recte Grotius *de jure belli et pac. III. 2. 1. 1.* Po-
test, inquit, imperium victori acquiri, vel tantum, ut est in
rege, vel alio imperante, et tunc in ejus tantum jus succeditur,
non ultra: vel etiam ut in populo est, quo victor imperium ha-
bet

bet ita, ut et alienare possit, sicut et populus poterat. Postre-
mum tamen, quod de alienatione addit, paullo accura-
torem meretur inspectionem. Nos dicimus, aut victorem
cum rege tantum debellasse, aut cum ipso populo. Si prius:
cum in jura victi principis succedere, nihilque mutare de-
bere circa formam imperii, quemadmodum e. gr. Guiliel-
mus Arausionensis, uxoris nomine bello cum Jacobo con-
fecto, nihil circa formam regni Britannici mutavit. Sin
posteriorum eundem suo jure transigere cum populo perdomi-
to, adeoque in ejus arbitrio esse, velitne civitatem in pro-
vincia formam redigere, quod Romani plerumque facie-
bant, an ei durioris imponere jugum, an clementiæ edere
specimen, et quædam iis remittere malit. Sic Alexander,
clementissimus initio victor, Sidoniorum occupato regno,
nihil mutavit circa imperii formam, illud Abdolomino res-
tituisse contentus. Curt. *IV. 1.* Turce contra perdomito à
se imperio Byzantino, jure victoriæ multo duriorum con-
ditionem imposuerunt, idem sentientes, quod apud Cæ-
sarem *de bello Gall. 1. 36.* Ariovistus, *jus esse belli, ut qui
vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum velent, impera-
rent.* Denique Agesilaus, teste Xenophonte *de Agesilao Rege
Cap. I. §. 22.* quicumque civitates in potestatem suam redige-
bat, iis adimebat ea, *æa δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν ἀναγκῶν, quæ servi
dominis præstante, ἀγοστῶν τε, ἢ ἀναγκῶν ἀγῶνι ἀδούλα.*
eaque tantum imperabat, in quibus homines liberi magistratibus
parent. Sed id quidem hodie rarissime fiet, multoque rarius
id, quod de temporibus ante Ninum refert Ju. tin. *Hist. I. 1.*
eos qui bella gesserint, non imperium sibi, sed gloriam, quæ-
sisse, et contentos victoria abstinuisse imperio.

§. CXLVII.

Quæ quum ita sint, omnes utique modi acquiren-
di imperium à populi consensu, sive ultroneo, sive Divisio
vi, eaque vel justa, vel injusta, extorto, pendent. regno-
Ex eoque recte colligere nobis videtur, 82) non a rum in
deo firmo talo stare distinctionem inter imperia pa- patrimo-
TRIMONIALIA et USUFRUCTUARIA. Quamvis enim eam nialia et
primus invenerit Grotius *de jure belli et pac. II. 6. 3.* usufruc-
et I. 3. 12. eumque deinde magno agmine sequuti sint tuaria.
viri docti: tot tamen difficultatibus tota illa doctrina
premitur, ut, quæ imperia sint patrimonialia, quæ
usufructuaria, sciamus juxta cum ignarissimis. Vid.
Thomas. *ad Huber. de jure civit. I. 3. 2. 15. pag. 69.*
sequ.

FF

§. CXCVIII.

§. CXLVIII.

An recte se habeat in impetantium dominio, ut inter vivos, et mortuorum causa, libere possint alienari: eaque ille PATRIMONIALIA vocat. Quædam contra ita esse comparata statuit, ut illa alienandi facultas adempta sit impetrantibus, quæ ipse USUFRUCTUARIA vocat, quamvis Thomasius *Jurisprud. div. III. 6. 135.* ea commodius FIDEICOMISSARIA dici posse, moneat. Sed quum I) res, quæ in patrimonio alicujus est, non amplius sit communis, (Lib. I. §. CCXXXV.) adeoque nec publica, quippe quæ communionem, saltem positivam, ponit: (Lib. I. §. CCXXXVII. 13.) facile patet, regnum desinere esse rempublicam, et in familiam degenerare, (§. XC.) si sit in unius dominio vel patrimonio. Præterea II.) quum omnes civitates non imperantis, sed securitatis communis causa sint constitutæ: (§. CVI. 17.) ex hac quoque causa regnum non potest esse patrimoniale, ut non statim desinat esse respublica Vid. perillustris hujus provincie præsidis, Jo. Gothofredi de Coccejis, *dissertatio de testamentis principum Part. II. §. XVI. sequ.*

*) Itaque vere contradictionem involvit regnum patrimoniale, quia regnum species reipublicæ: (§. CXVI.) regnum vero patrimoniale res privata est. At præterea plerumque in circulum abit illa tot virorum doctissimorum suffragio probata doctrina de regnis PATRIMONIALIBUS et USUFRUCTUARIIS. Si enim quæras, an princeps quidam gaudeat facultate alienandi imperium, necne? respondent, permultum interesse, sitne regnum patrimoniale an usufructuarium. At si porro instes, rogesque, quid sit regnum patrimoniale, quid usufructuarium? per illud se intelligere, quod alienari possit, per hoc, quod non possit, respondent. Criterium vero certum, unde constet, quænam regna in patrimonio sint, quæ non sint, adhuc desideramus. Nam et despotica, et bello acquisita, inalienabilia esse, nihil vetat, ceu recte observat Huber. *de jure civ. I. 3. 2. 18.*

§. CXLIX.

§. CXLIX.

Ex quo recte colligere nobis videtur, 83) non posse ullum imperantem regnum vendere, 84) donare, 85) permutare, 86) dividere, 87) testamento nisi alicui legare, vel 88) aliis modis, quibus alias de sentiente patrimonio suo inter vivos et mortis causa disponere solent homines, in alios transferre, 89) nisi vel illicite consentiat populus, vel 90) hic eam de regno disponendi illudque alienandi facultatem in regem vel principem diserte transtulerit. *)

*) Neque obstant exempla, quæ ex omni ævi historia magno numero adcumularunt Grotius, Pufendorffius, et alii. Jam enim alios regna divisisse, jam testamentis eadem in alios transtulisse, legimus. Præterquam enim, quod non exemplis, sed rectæ rationis principiis, æstimanda est harum alienationum justitia: recte jam respondit perillustris Baro de Coccejis *de testam. princ. Part. II. §. XVII. Vel effectum non habuere ille alienationes: vel cum consensu populi, sive tacito, sive expresso, facte sunt: vel etiam vis prævaluit.*

CAPUT VIII.

De Juribus Majestatis immanentibus, quidque circa ea justum sit.

§. CL.

JURA MAJESTATIS IMMANENTIA sunt jura, cum summo imperio inseparabili nexu conjuncta, et sine quibus civis a civibus securi præstari non possent. (§. CXXXVI.) Quum ergo illa securitas in eo consistat, ut nemo ab altero cive lædatur, suumque cuique tribuatur, quod jure perfecto potest exigere: consequens est, 1) ut ea præcipue posita sit in JUSTITIA EXTERNA, per quam intelligimus conformationem actionum externarum cum lege: *) adeoque 2) non male ratiocinentur ii, qui, civitates etiam justitiæ fruendæ causa constitutas esse, contendunt, ut data legibus vi, judiciis auctoritate, cultus agris, sacris bonis,

Fif ij

nos,

*) lege aliqua fundamentali...

§. CXLVIII.

An recte se habeat in impetantium dominio, ut inter vivos, et mortuorum causa, libere possint alienari: eaque ille PATRIMONIALIA vocat. Quædam contra ita esse comparata statuit, ut illa alienandi facultas adempta sit impetrantibus, quæ ipse USUFRUCTUARIA vocat, quamvis Thomasius *Jurisprud. div. III. 6. 135.* ea commodius FIDEICOMISSARIA dici posse, moneat. Sed quum I) res, quæ in patrimonio alicujus est, non amplius sit communis, (Lib. I. §. CCXXXV.) adeoque nec publica, quippe quæ communionem, saltem positivam, ponit: (Lib. I. §. CCXXXVII. 13.) facile patet, regnum desinere esse rempublicam, et in familiam degenerare, (§. XC.) si sit in unius dominio vel patrimonio. Præterea II.) quum omnes civitates non imperantis, sed securitatis communis causa sint constitutæ: (§. CVI. 17.) ex hac quoque causa regnum non potest esse patrimoniale, ut non statim desinat esse respublica Vid. perillustris hujus provincie præsidis, Jo. Gothofredi de Coccejis, *dissertatio de testamentis principum Part. II. §. XVI. sequ.*

*) Itaque vere contradictionem involvit regnum patrimoniale, quia regnum species reipublicæ: (§. CXVI.) regnum vero patrimoniale res privata est. At præterea plerumque in circulum abit illa tot virorum doctissimorum suffragio probata doctrina de regnis PATRIMONIALIBUS et USUFRUCTUARIIS. Si enim quæras, an princeps quidam gaudeat facultate alienandi imperium, necne? respondent, permultum interesse, sitne regnum patrimoniale an usufructuarium. At si porro instes, rogesque, quid sit regnum patrimoniale, quid usufructuarium? per illud se intelligere, quod alienari possit, per hoc, quod non possit, respondent. Criterium vero certum, unde constet, quænam regna in patrimonio sint, quæ non sint, adhuc desideramus. Nam et despotica, et bello acquisita, inalienabilia esse, nihil vetat, ceu recte observat Huber. *de jure civ. I. 3. 2. 18.*

§. CXLIX.

§. CXLIX.

Ex quo recte colligere nobis videtur, 83) non Regnia posse ullum imperantem regnum vendere, 84) donare, 85) permutare, 86) dividere, 87) testamento nisi alicui legare, vel 88) aliis modis, quibus alias de sentiente patrimonio suo inter vivos et mortis causa disponere solent homines, in alios transferre, 89) nisi vel illicita consentiat populus, vel 90) hic eam de regno disponendi illudque alienandi facultatem in regem vel principem diserte transtulerit. *)

*) Neque obstant exempla, quæ ex omni ævi historia magno numero adcumularunt Grotius, Pufendorffius, et alii. Jam enim alios regna divisisse, jam testamentis eadem in alios transtulisse, legimus. Præterquam enim, quod non exemplis, sed rectæ rationis principiis, æstimanda est harum alienationum justitia: recte jam respondit perillustris Baro de Coccejis *de testam. princ. Part. II. §. XVII. Vel effectum non habuere ille alienationes: vel cum consensu populi, sive tacito, sive expresso, facte sunt: vel etiam vis prævaluit.*

CAPUT VIII.

De Juribus Majestatis immanentibus, quidque circa ea justum sit.

§. CL.

JURA MAJESTATIS IMMANENTIA sunt jura, cum summo imperio inseparabili nexu conjuncta, et sine quibus civis à civibus securi præstari non possent. (§. CXXXVI.) Quum ergo illa securitas in eo consistat, ut nemo ab altero cive lædatur, suumque cuique tribuatur, quod jure perfecto potest exigere: consequens est, 1) ut ea præcipue posita sit in JUSTITIA EXTERNA, per quam intelligimus conformationem actionum externarum cum lege: *) adeoque 2) non male ratiocinentur ii, qui, civitates etiam justitiæ fruendæ causa constitutas esse, contendunt, ut data legibus vi, judiciis auctoritate, cultus agris, sacris bonis,

Fif ij

nos,

*) lege aliqua fundamentali...

nos, securitas hominibus, certa rerum suarum possessio
1) cuique constaret: Vellej. Pat. Hist. II. 80. ac proinde
3) actum esse ajunt de republica, ex qua exsultat
justitia, qua civitates continentur. Aristot. Polit. I. 2.

*) Quamvis enim nemo non fassurus sit, multo præstan-
torem esse JUSTITIAM INTERNAM, quæ in constan-
tante ac perpetua lædendi neminem, suumque cuique
tribuendi, voluntate consistit: eam tamen in tot homi-
nibus, qui in eandem civitatem coalescunt optandam
magis, quam sperandam, esse, facile est ad intelligen-
dum. Subsecerit itaque, legibus ita in officio contineri
homines, ut actiones externas ad legum normam componant,
et nec alteri denegent quidquam, quod jure
perfecto possint exigere, nec ægre cuiquam faciant contra
jus et æquum. At tamen nihil reliqui facere decet bonos
imperantes, ut et internam justitiam accurata civium insti-
tutione ac disciplina promotum eant. Isocrat. in Areop. p. 27.
Δὲ δὲ τὸς ὑπολειπόμενος ἔστι τὸς τοῦς ἰσχυροῦς γραμμάτων,
ἢ τὸς τὰς ψυχὰς ἔχει πὶ δίκαιον. Οὐ γὰρ τοῖς ψυγμασίν,
ἢ τὸς τοῖς ἔθουσ, καλῶς ἐκείναι τὰς πόλεις, καὶ τὸς μὲν κατὰ
τὸς ἀρετῆς καὶ τὸς ἀρετῆς τὸς ἄλλοις ἀναγκαστικῶς πολλοῖς
παρὰ τὸς ἀρετῆς τὸς ἀρετῆς ἀναγκαστικῶς πολλοῖς
τοῖς ἀρετῆς ἰσχυροῦς. Decere prudentes magistratus, non portu-
cus implere legibus, sed efficere, ut cives animis insitum ha-
beant justitia studium. Non enim senatusconsulta et plebiscita,
sed præclara instituta, felicem efficere civitatem. Nam homi-
nes male institutos leges etiam exquisitissimas negligere audere,
recte autem educatos demum bonis legibus obtemperare velle.

§. CLI.

Quumque justitia externa, ad internam civium se-
curitatem comparata, in conformatione actionum ex-
impe-
tibus
compe-
tit jus
ferendi
leges.
Hinc curitatem comparata, in conformatione actionum ex-
ternarum cum lege consistat: (§. CLI. 1.) consequens
est, 4) ut ad officium summorum imperantium per-
tineat, bonis LEGIBUS armare rempublicam, adeoque
5) illis non possit non competere JUS VEL POTESTAS
LEGES FERENDI, 6) earundem suscipiendi custodiam,
7) quin et eas attemperandi fini, formæ, utilitati-
que reipublicæ,) * adeoque 8) aliquid iis adstruendi,
demendive, quin et capita quædam vel plane abro-
gandi, vel saltim mutandi, prout id è republica fu-
tu-

turum esse, animadvertunt: quod jureconsultis Roma-
nis, formæ reipublicæ suæ stilum adcommodantibus,
est ROGARE, OBROGARE, DEROGARE, ABROGARE, SUR-
ROGARE. Ulpian. Fragm. I. 3.

*) Quia enim in eo positum est juris naturalis ac civilis
discrimen, quod illud ad actiones natura bonas malas-
que, internas ac externas; hoc ad indifferentes atque ex-
ternas, quatenus saluti populi cujusque vel reipublicæ
attemperandæ sunt, pertinet: (Lib. I. § XVIII. 36.)
fieri non potest, ut uniformes sint omnium gentium civi-
tatumque leges. Et hinc judicatu difficillimum est, quænam
diversarum gentium leges civiles sint reliquis præferendæ, et
recte potius Herodotus apud Stobæum Serm. XXI. p. 180.
"Εἰ τις ἀποδοῖ πᾶσι ἀνθρώποις ἰσὺς ἀδελφῶν κἀνὸν νόμον τὸς
νόμους, ἐν τῶν πάντων νόμου διακρίσειν ἀδελφὸς ἕκαστος τὸς
ἑαυτοῦ ἐστὶ νόμους πολλοῖς νόμοις τὸς ἑαυτοῦ νόμους ἰσά-
σοι ἂναι. Si quis omne genus legum proponeret hominibus,
et optimas sibi, consideratis omnibus, deligere juberet: singu-
li suas recepturi essent. Ita quilibet, omnium longe præstantis-
simas suas esse leges, existinat. Quæ enim leges optimæ
sunt uni genti pro suo fine, suaque reipublicæ forma: ex
alteri parum commoda essent futuræ, et uni reip. no-
xia, alteri esse possent utilissimæ.

§. CLII.

Nimirum quum unum in republica intellectum, u-
namque voluntatem esse oporteat, (§. CXV. 50.)
tunc demum vero unus intellectus unaque voluntas
sit, si omnes eundem finem eademque media perspi-
ciant, ad eaque actiones suas referant, quod tamen
pro ingenii humani indole aliter quam voluntatibus
omnium imperantium voluntati submissis consequi non
licet: (§. CXV. *) sequitur, 9) ut imperantem o-
porteat ostendere, ad quid suas actiones externas,
alioquin indifferentes, referre, et ad quam normam
eas componere debeant. Quod quum fiat præscriptis
legibus civilibus: facile patet, 10) LEGES CIVILES esse
se præcepta generalia summi imperantis de actionibus
externis indifferentibus, ad decus utilitatemque repu-
blicæ componendis: adeoque 11) potestatem illam le-
gislatoriam se eo usque non extendere, ut leges di-
vinas evertere possit. (Lib. I. § XVII. 33.)

§. CLIII.

Quid lex
civilis, et
quod e-
jus ob-
jectum
sit?
R

§. CLIII.

Quid im- Dicimus, leges civiles versari in actionibus ci-
peranti vium externis ac indifferentibus ad decus, utilitatem
licet que reipublicæ attemperandis. (§. CLII. 10.) Quam-
circa le- vis enim sæpe ipsa necessitas jubeat, imperantem 12)
ges divi- leges divinas, tum naturales, tum positivas, repe-
nas? re, 13) easque extendere, * 14) interpretari; 15)
contra, illas, læsis, actiones, et remedia civilia dare, im-
mo et 16) pœnas et supplicia comminari illis, qui
leges ab ipso Deo immortalis profectas, tam proterve
violare ausi fuerint: res ipsa tamen docet, 17) tunc
non ipsas has leges summo imperanti debere originem,
sed hunc, 18) veluti custodem divinarum legum, da-
re operam, ut sancta sit earum in repulica auctoritas.

*) Equidem legi divinæ et addi et detrahi quidquam ve-
nit ipsum summum Numen. *Deut. IV. 2.* Sed prius in-
telligendum procul dubio de laciniis legi divinæ con-
trariis, vel de, *Isid. orig. 1. 2. c. 12.* ad quam maxime proclivis e-
rant Hebræorum ingenia. Id vero non impedit, quo mi-
nus imperans prohibitionem divinam possit ulterius ad
casus, lege non expressos, proferre, ut veluti eo ma-
jor custodia circumponatur legi divinæ. Solent id He-
bræorum magistri vocare *הורוה סודו* *sepimentum legis*, quo
longius arcantur homines, legem violaturi, et ipsi veluti
primi aditus ocluduntur. De hoc legis sepimento vid.
Schickard. jur. reg. Cap. V. theor. XVIII. p. 391. et ibi
Carpz. in Notis. Jo. Selden. de uxor. Hebr. I. 2.

§. CLIV.

Legis partes. Quum vero leges civiles sint præcepta summi im-
perantis de civium actionibus externis indifferentibus,
ad decus utilitatemque reipublicæ attemperandis, (§. CLII. 10.)
tale vero sit hominum ingenium, ut sola
obligatione interna parum moveatur: (Lib. I. §. VIII.)
quia leges civiles, quæ ad actiones indifferentes perti-
nent,

Ad §. 154.

Quæ ad actiones indifferentes pertinent, ne possint
qui-

nent, ne possint quidem internam obligationem pro-
ducere: (Lib. I. §. VII.) consequens est, 19) ut
omnes leges civiles sanctione quadam pœnali munitas
esse oporteat, adeoque 20) duæ sint legis perfectæ
partes, PRÆCEPTUM et SANCTIO pœnalis: 21) præ-
mia autem legi parentibus à republica non deberi, ni-
si aliquid non omnibus promiscue civibus præcipia-
tur, sed quidam eorum lege excitentur ad aliquid,
publico bono, extra ordinem faciendum. *)

*) Est hoc observandum contra Rich. Cumberlandum *de*
lege nat. proleg. Cap. XIV. et Cap. V. §. XL. ubi præmio-
rum promissionem non minus ad integritatem legis per-
tinere, statuit, quam comminationem pœnæ. At legis-
lator non debet præmia iis, qui faciunt, quod sine cri-
mine omittere non possent, sed iis, qui quid extra or-
dinem faciunt reipublicæ bono. (Lib. I. §. XCIX. *)
Hinc frustra expectaret præmia, qui non occidit, adul-
terium non admittit, non furatur, quum id facientem
pœna potius maneret. At jure exigit præmium, qui à
legislatore, præmiis propositis, excitatus, commeatum
navibus advexit, qui suis impensis novas fabricas ar-
morum instituit, vel simile quid, ad quod non om-
nes

quidem internam obligationem producere. Summas Po-
testates legum potestate præditas esse, et leges hu-
manas obligare in conscientia, uti fidei veritas tue-
tur à Concina cum Apostolo ad Roman. 13. et Div.
Thom. Diss. 4. c. 6. et Diss. 5. c. 3. jur. nat. dum
lex bonum commune promoveat, vel sit secundum ra-
tionem, alias non simpliciter lex, sed perversio le-
gis erit ut ait Div. Thom. 1. 2. q. 92. art. 4. Etsi
enim circa actiones indifferentes versentur, actus ta-
men indifferens quodam modo subest legi humanæ,
quia ut ut in genere suo sint indifferentes, nullus ta-
men est indifferens in individuo, atque ita in hac,
aut illa circumstantia potest plus minusve bono com-
muni convenire. Concina Diss. 5. c. 2. §. 7. Ceterum
hic obligatio interna dicitur, quæ ex bonitate vel
pravitate actionis fluit non ex lege uti lib. 1. cap.
1. §. 7.

nes et singuli tenentur, fecit. Ceterum inde insignis Dei clementia elucet, quod, quum suo jure uti, hominibusque, legem suam transgressis, poenam tantum minari potuisset, tamen et premia polliceatur obtemperantibus, et quidem in mille generationes duratura. *Exod. XX. 6.*

§. CLV.

Quotum malum actionis legi repugnantis: (Lib. I. §. XCIX. 7.) 22.) ille effectus malus consistere potest non modo in malo quodam passionis, quod vitam, sensum, existimationem, fortunasque hominis, adficiat, verum etiam 23) in nullitate actus, contra leges suscepti: immo et 24) in utroque: qualem legem, quæ et actum contrarium irritum pronunciat, et transgressori legis malum aliquod passionis irrogat, jureconsulti Romani solam PERFECTAM: 25) reliquas modo IMPERFECTAS, MODO MINUS, QUAM PERFECTAS, adpellabant. Ulpian. *Fragm. I. 1.* Quum porro factum illicitum aliud determinatum, aliud indeterminatum, et ob insignem circumstantiarum varietatem diversum esse possit: (Lib. I. §. C. 9.) consequens est, 26) ut poena vel DEFINITA esse possit, vel INDEFINITA, seu ARBITRARIA.

§. CLVI.

Quum vero frustraneæ futuræ essent leges, nisi adplicarentur factis, id est, nisi inquiratur, imputandumne homini sit factum, nec ne: (Lib. I. §. XCV.) consequens est, 27) ut in republica esse aliquem oporteat, quem penes sit cognitio de imputatione actionum. Et, quia hæc cognitio nihil aliud est, quam judicium de aliorum actionibus: (Lib. I. §. XCVII. 3.) facile patet, 28) necessariam omnino in republica esse POTESTATEM JUDICIARIAM. Denique quia inter æquales nec magistratus, nec poena intelligitur: (§. VI. 11. sequ.) 29) hæc potestas in republica competere non potest, nisi superiori, id est, summo imperanti, *) adeoque 30) illa inter immanentia jura majestatis recte refertur. (§. CXXXVI. 33.)

*

*) Equidem in statu naturali et patremfamilias jus dicere posse familiæ segregi, jam supra observavimus. (§. XCIII. 10. sequ.) At in civitate id fieri non potest, nisi quatenus id patri familias indulgent leges (XCIV. 16.) Competit ergo in rebusp. judiciaria illa potestas summis imperantibus, quos etiam vel maxime ob id constitutos esse, observant veteres. Hesiod. *Theogon. v. 88.*

*Τὴν καὶ γὰρ βασιλεὺς ἐχέροντες, δὴνα λαοῖς
βλαπτικῶν ἀγορῶν, μακρότατα ἔργα τελεῖται.
Hac una reges sapienti lege creantur, 5
Dicere jus populis, injustaque tollere facta. 5*

§. CLVII.

Quum vero judicis sit, leges ad facta adplicare, (§. CLVI.) facta vero, contra leges admissa, vel privata, vel ipsi reipublicæ detrimentum inferant: sequitur, 31) ut omnia judicia vel PRIVATA, seu CIVILIA, vel PUBLICA seu CRIMINALIA sint, 32) illaque in distrahendis civium controversiis; hæc in puniendis maleficiis consistant: Cic. *pro Cæcin. Cap. II.* Et 33) quamvis vitio verti non possit principi, si hanc judicandi potestatem viris prudentibus juriumque peritis (Lib. I. §. CI. 11. sequ.) demandet, adeoque ubique magistratus et iudices constituat: semper tamen 34) ad imperantem iis patere oportet viam, qui, sese injusta sententia oppressos, conqueruntur, adeoque penes illum esse debet suprema caussarum dubiarum ἀναλλοις. *)

*) Hinc in rebuspublicis MONARCHICIS ad reges et principes: in ARISTOCRATICIS ad senatum optimatum; in DEMOCRATICIS ad ipsum populum provocandi jus est: nec temere constituendus est magistratus sine provocatione: quod ne in Regibus quidem dictatoribusque suis diu tulerunt Romani. Liv. I. 26. II. 8. III. 55. X. 9. At tamen, quum et provocationum abusus haud exiguus sit: non mirum videri potest, varia inventa esse remedia, quibus nimia provocandi temeritas coerceretur. Qualia sunt privilegia de non adpellando, quibusdam magistratibus concessa, certa summa, quam adpellabilem vocant, lege definita, jusjurandum calumniæ, pecunia quædam, à provocante in casum, si succubuerit, deponenda, et similia, quæ an prosint reip. magis in civili prudentia, quam in jurisprudentia naturali, disquiritur.

Ggg

§. CLVIII.

§. CLVIII.

Itemque jus pœnas infligendi? Quia judicis est, leges factis adplicare, et, an factum aliquod facienti imputandum sit, disquirere, (Lib. I. §. XCV.) imputatio vero consistit in declaratione, utrum effectus, quem lex actioni adsignat, locum habeat, nec ne: (Lib. I. §. XCIX.) sequitur sane, 35) ut imperanti, cui summa est potestas judiciaria, competat etiam JUS POENAS INFLIGENDI. Et quandoquidem negari nequit, ei, qui legem fert, jus etiam esse, eidem ob justas causas derogandi, quin eam plane abrogandi: (§. CLI. 8.) multo magis 36) eidem licebit, aliquem delinquentem ob justas et graves causas ita lege solvere, ut ei gratiam pœnæ faciat. *)

*) Negabant id Stoici, quorum pervulgatum erat illud dogma: *μὴ δίδωμι ἀμάρτυρον ἕκαστον τὴν ἐπίμω.* Sapientem non dare veniam, nec ignoscere. Diog. Laert. VII. 123. Sen. de clement. II. 6. 7. Sed quum et Deus ipse, justissimus, gratiam delictorum faciat, salva justitia: quidni et sapiens? quidni et imperans, qui, uti leges pœnales fert, ita eas plane tollere, ac proinde et uni alterive veniam dare poterit? Sed ob justas causas: quum, quemadmodum non nisi ob graves justasque causas leges feruntur, ita nec, nisi ob justas causas, quidquam contra illas indulgeri possit. Quid vero, si pœna sit jure divino constituta? Tunc, si probetur, talem legem pœnalem exstare, in eam principi nihil licere, non difitemur. (Lib. I. §. XVII. 33.) An vero exstet de eo dudum certant viri docti, et adhuc sub judice lis est. Vid. Thomasii Diss. de jure ad grat. princ. circa pœnam homicid.

§. CLIX.

An hoc jus et in tæ, nec 39) alterius inveteratam peccandi consuetudinem ulli æquali jus dare pœnas infligendi, adeoque 40) naturam pœnæ non exhaurire definitionem vel Grotii, cui POENA est malum passionis, inflictum ob malum actionis, vel Becmanni, qui per illam dolorem propter delictum illatum, intelligit: immo 41) non pœnam, sed vindictam pri-

privatam esse malum ilud passionis, ab ipso læso inflictum; 42) lesionem, si à tertio, non superiore, infligatur. 43) Neutrum vero permittendum esse in statu civili, vel inde patet, quod potestas judiciaria soli imperanti, iisque, quibus hic illam demandavit, competat. (§. CLVI. 29. §. CLVII. 33.)

*) Loquimur enim hic de POENA CIVILI, proprie accepta, et ex lege irroganda, adeoque non de conventionali, ad quam se quis ipse sua sponte obligat: nec de ultione, qua quis alterum ob flagitia beneficiis privat, ei amicitiam renunciat, ab ejus familiari consuetudine se segregat: nec de malis naturalibus, quæ sibi quisque peccando suo jumento invenit, veluti de morbis, doloribus, infamia. Denique multum interest inter castigationem, quam infligendi jus et parentibus, et aliquando marito, ac domino, concedunt leges. Hæc enim ex arbitrio, per modum disciplina; pœna proprie sic dicta ex præscripto legum, per modum jurisdictionis, irrogatur. Inde vero sua sponte consequitur, ut par parem punire nequeat, sed is qui fert legem, eamque factis adplicat. Quod quum solus imperans faciat: (§. CLIII. et CLVI.) huic quoque soli puniendi jus esse, manifestum est. Mira ergo est philosophia Grotii de jure belli et pac. II. 20. 3. 1. satis indicare naturam, convenientissimum esse, pœnas exigi à superiore, non tamen demonstrari posse, hoc esse necessarium, nisi vox superioris eo sumatur sensu, ut is, qui male egit, eo ipso se quovis alio inferiorem censeatur fecisse; et quasi ex hominum censu detrusisse in censum bestiarum, quæ homini subjacent: quod à theologis quibusdam sit proditum. Quasi vero superioritas vel præstantia quædam moralis ulli mortalium det jus puniendi, ac non potius exigatur superioritas imperii. Thomas. jurispr. div. III. 7. 31. Quare si lædens punitur à læso, non pœna hæc est, sed vindicta, sin à tertio, est nova læsio. Utramque vero in statu civili prohibitam esse, ipse non diffitebitur Grotius. Quanto rectius ergo apud Terentium Adelp. II. 1. v. 34. Sanio, leno:

Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium:

Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla orta est injuria. optimè.

§. CLX.

Quotuplex pœnarum finis? Nec difficile erit, ex ipsa pœnarum inventarum ratione de fine earundem judicare. Quum enim pœna proprie dicta nata sit, statu civili invento, (§. VI. 12.) et jus illam infligendi, inter jura majestatis immanentia sit, (§. CXXXVI 34.) quorum non alius finis est, quam securitas civium: (§. CXXXV.) consequens est, 44) ut idem sit pœnarum finis. Quum vero securi præstentur cives, sive eo redigantur peccantes, ut nolint amplius delinquere, sive, ut non possint, id est, sive illi emendentur, sive in posterum iis adimatur peccandi facultas: facile patet, 45) priorem finem intendere pœnas, quæ, salva vita, infliguntur, 46) posteriorem supplicia, quæ cum animæ amissione conjuncta sunt, *) uti loquitur Justinianus §. 11. *Inst. de pub. jud.* Et quia non consultum esset securitati reipublicæ, si ii tantum, qui deliquerunt, delinquere desinerent, ab aliis vero idem esset metuendum: facile patet, 46) eadem opera et alios hoc exemplo moneri, ut delinquere vereantur, ac proinde 47) publice sumenda esse à sontibus supplicia, nisi alia gravior causa id impediatur.

*) Hinc ad pœnas humanas non pertinet finis, quem vulgo jactant, expiatio puta reatus et satisfactio, quam justitia divinæ fieri debere, ajunt. Neque enim crudelitatis absolutis Phalaridis similes, qui ideo tantum delinquentes puniunt, ut miseri dolores sentiant. Nec justitiæ divinæ infinita satisfaceret nocentis hominis doloribus, nisi illi alia vere infinita ratione fuisset satisfactum. Sed talia qui jactant, vix rationem habere videntur pœnarum originis, quippe quæ eas in statu tantum civili necessarias esse visas, abunde doceret, immo nec inter justitiam divinam et humanam, pœnasque civiles et sempiternas, quæ impiis imminet, satis videntur distinguere.

§. CLXI.

Quibus positis, facile etiam intelligitur, an in delinquente sit obligatio ad pœnam subeundam? Quum enim,

enim, qui in republica vivit, ad ea omnia obli-
gatus sit, sine quibus reipublicæ finis, id est, publi-
ca securitas, sperari non posset: (§. CVII. 18.) pro-
tutus sit ad
cul dubio 48) et delinquens obligatus erit ad pœnam, pœnam?
quam lex definit, subeundam; sed non ad seipsum //
puniendum, adeoque 49) non tenetur quidem quis-
quam, ut atrocissimis suppliciis sponte sese offerat, *)
nec tamen 50) ei fit injuria, si convictus peccati jus-
tas det pœnas, nec 51) fas ulli est, resistere potes-
tati supremæ, pœnam ex legis præscripto irrogaturæ. //

*) Immo quum pœna sit malum passionis, à quo natura om-
nium hominum abhorret ne pœna quidem foret, quæ vo-
lenti infligitur. *Quintil. Declam. XI. Fallitur, quisquis hu-
mana tormenta sola nominum atrocitate metitur: nulla pœna est,
nisi invito. Non habemus ullum, nisi ab impatientia, dolorem,
et ut aliquid crudele sævum sit, metus facit. Supplicium quis-
quam vocat, ad quod prosilitur? quod exposcitur? Illo trahite
damnatos, quo non sequuntur. Hinc barbarus mos est, co-
gere homines, ut ipsi sibi manus inferant, abdomen in-
cidant, venenum sumant, vel aliud quodcumque mortis
genus eligant. Non enim ad quod malum æquo animo pa-
tiendum obligatus sum, id mihi statim ipse ultro arces-
sere jubeor.*

§. CLXII.

Ex fine vero pœnarum (§. CLX.) colligimus, 52) pœnas attemperandas esse fini reipublicæ, ac proin-
de 53) ita comparatas esse debere, prout eas esse
jubet interna civium securitas. Ex quo porro sequitur,
54) ut imperans, ad ea delicta punienda sit obstrictus,
quæ securitatem reipublicæ turbant, aut efficiunt, ut
cives commode et tranquille secum invicem vivere ne-
queant: non vero 55) puniri necesse sit actus vitio-
sos mere internos, 56) nec lapsus minutissimos, à
quibus nemo fere mortalium immunis est, 57) nec
omissionem officiorum humanitatis, nisi 58) hæc om-
nia in dedecus ac periculum reip. vergant, ac proin-
de ipsa necessitas et hæc vitia coerceri jubeat. *)

*) Sic sane in crimine majestatis vel solam cogitationem et
scientiam; apud gentes quasdam et inhumanitatem, velu-
ti

An de-
licta om-
nia, et
quæ pu-
nienda
sunt

Na. b.

®

Na.

ti inhospitalitatem, punitam animadvertimus. Exempla quaedam jam supra vidimus (Lib. I. §. CCXVI. *) Jam addimus, et Germanos quondam humanitatem erga peregrinos legibus poenalibus sanxisse. Sunt sane sanctiones tales in *lege Burgund. XXXIII. 1. Capitular. I. 75.* quibus trium solidorum mulcta irrogatur iis, qui hospiti adveniēti tectum forumve negaverint. Quin Gothi aedes eorum, qui viatores tecto ter arcuerant, ex legis praescriptio flammis consumebant, teste Joanne Magno *hist. Goth. IV. 1. Add. Elem. jur. Germ. I. 18. §. 410. **

§. CLXIII.

Qui puniendi?

Ex ipsa porro poenae definitione (Lib. I. §. XCIX.) satis patet, 59) puniendos tantum esse, qui malum actionis commiserint, 60) non eorum heredes, 61) multo minus totas familias, *) vel 62) vades, qui se ad supplicium pro alio ferendum praeter jus et fas obligarunt. (Lib. I. §. CXLVI. 15.) Denique quam totae societates unam veluti personam moralem constituent, (§. XX. 60.) adeoque et eas obligent leges, civibus reliquis praescriptae (§. XXIV. 75.) nemo non videt 63) universitates quoque et societates delinquentes posse puniri, quamvis 64) ipsa humanitas suadeat, poenam ita temperari, ne eadem sit noxiorum et innocentum conditio, et 65) ne ex infirmitate consilli vel per errorem lapsi eandem imperantium severitatem sentiant, ac ii, qui faces ac tubae fuerunt eorum tumultuum. Quin 66) in poenis universitatum, ne remedium ipso morbo sit gravius, id in primis agendum esse, *ut metus ad omnes, poena ad paucos perveniat.*

*) Fuit haec Persarum truculentia, de qua ex instituto Barn. Brisson. *de regno Pers. II. 227. p. 591. sequ. edit. Lederl.* Ejus vestigia etiam exstant *Dan. VI. 24. Esther. IX. 14.* Sed et hodie hanc crudelitatem passim imitari gentes orientales, jam pridem observatum est ab iis, qui illarum mores ac instituta paullo accuratius descripserunt. Enimvero uti hic mos rectae rationi omnino refragatur ita caveri nulla prudentia potest, quo minus indirecte poena parentibus inflicta, etiam liberis detrimento sit, maxime si bona ex lege publicentur. Quod et movisse arbi-

tra-

tratur legislatores humaniores, ut rarissime locum esse voluerint huic poenae, et non nisi in crimini majestatis bona omnia a fisco occupari jusserint, ut quantum in ipsis esset, ne indirecte quidem poenam ad liberos innocentes proferre viderentur.

§. CLXIV.

Quales denique, et quantae irrogandae sint poenae, ex fine poenarum satis patet. Quum enim ille in securitate civium positus sit: (§. CLX.) consequens est, 67) ut tantam esse oporteat poenam, quanta sufficit ad metum hominibus incutiendum, reprimendamque peccandi libidinem. Quumque ea sit ingenii humani indoles, ut infixi pectoribus cupiditas non aliter, quam proposito majore malo bonove, cohibeatur: (Lib. I. §. LII. 45.) merito inde colligimus, 68) metum non incussuram esse sanctionem poenalem, nisi majus malum judicent homines, poenam legibus propositam subire, quam delictum omittere, voluptateque vel lucro, quod inde sperant, carere. *)

*) Exemplo esse poterit poena injuriarum, legibus XII. Tabularum sancita, quae tam parum metus incutiebat hominibus protervis, at bene nummatis, ut voluptatem, quam ex aliorum contumelia capiebant, tam tenui mulcta libentissime redimerent. Rem omnem refert *Cel. lius Noct. Attic. XX. 1.* quem locum, utut longusculum, hic totum legisse non poenitebit: *Nonne tibi quoque nimis videtur esse dilutum, quod ita de injuria punienda scriptum est: SI INJURIAM FAXIT ALTERI, VIGINTI QUINQUE AERIS FOENAE SUNTO?* Quis enim erit tam inops, quem ab injuria faciendae libidine XXV. asses deterreat? Itaque *Q. Labeo quoque vester in libris, quos ad XII. Tab. conicripit, non probaret. Quidam, inquit, L. Neratius fuit, egregie homo improbus atque immani vacordia, is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus sua palma verberare, eum servus sequebatur, crumenam, plenam assibus, portitans, et, quaecumque depalmaverat, numerari statim secundum XII. Tab. viginti et quinque asses jubebat. Propterea, inquit, Praetores postea hanc abolere et relinqui censuerunt, injuriisque astimandis recuperatores se daturos, edixerunt. Tantum ergo abest, ut hujusmodi dilutior sanctio hominum vacordiam*

cu-

cupiditatemque reprimat, ut eam irretet magis, et ad peccandum veluti invitet.

§. CLXV.

Ex his vero principiis jam porro colligimus, 69) Conclu- non ferre reipublicæ securitatem ut pœna talionis pec- siones cantibus irrogetur, *) adeoque 70) nec sufficere re- inde eli- gulam, pœnarum debere esse proportionem cum de- citæ. lictis, nisi illa non tam de ipsis factis illicitis, quam de libidine hujusmodi facinora patrandi intelligatur. Præterea quum unum delictum altero magis noxium sit reipublicæ, unumque altero magis gliscat in dedecus publicum: facile reddideris rationem, 71) cur, quo magis delictum lædit securitatem publicam, eo acrioribus pœnis ab eo deterrereantur homines, et 72) cur, gliscente delicto, pœna quoque intendi soleat.

*) Probasse talionem videtur ipse Deus, Exod. XXI. 23. Lev. XXI. 50. Deut. XIX. 19. Notum quoque est illud Decemvirorum; si MEMBRUM RUPSIT, NI CUM EO PACIT, TALIO ESTO, apud Gell. Noct. Att. XX. 1. Sed uti legem divinam ipsi Hebræorum magistri ita interpretantur, ut tales noxas pecunia potuisse expiari contendant: Conf. Joseph. antiqu. Jud. IV. 8. ita et apud Romanos hanc legem umquam in usu fuisse, negat Cæcilius jureconsultus apud Gellium *ibid.* Et sunt fortassis talia παρομοίωσι, quibus indicatur, non fieri injuriam illi, qui, quale alteri intulerit, tale ipse quoque malum ferat, quamvis non semper idem sustineat. Vid. Jo. Cleric. ad Exod. XXI. 22. Quo sensu et Pythagoras pœnam ἀντιπαρομοίωσι seu parem passionem esse dicebat. Utcumque sese res habeat, talionem non semper locum habere inde probatur, 1) quod aliquando vix pœnæ nomen meritura sit hujusmodi talio, e. g. si ei, qui mihi decem nummos in via publica vi rapuit, totidem nummos rapere jubeat: si homo nullius dignitatis, qui magistratum percussit, ipse quoque percudatur. 2) Quod aliquando ne fieri quidem possit, ut idem patiatur delinquens, quod fecerat, e. g. si luscus alteri utrumque oculum excluserit. 3) Quod aliquando ita servari non possit æqualitas, ut non plus patiatur qui deliquit, quam is, in quem delictum admissum est. Sic e. g. scio, noctu-

tuvagum occurrenti sibi homini ita gladium adegisse per corpus, ut cuspis ex tergo emineret, et hunc tamen, nullo intestino læso, brevi convaluisse. An vero vel omnes medici junctis consiliis ita gladio trajecissent illum hominem, ut salvus evaderet?

§. CLXVI.

Quandoquidem tamen, uti in reliquarum actionum humanarum, ita et in delictorum imputatione, omnium circumstantiarum habenda est ratio earumque una In pœnis definiendis circumstantiarum habenda est ratio. sæpe totam rem mutat: (Lib. I. §. C. 8. 9.) contingere sane potest, 73) ut ob idem delictum in unum gravius, quam in alterum animadvertatur, adeoque 74) in definienda pœna ratio sit habenda non modo personæ delinquentis, sed et 75) ejus, cui delicto noticum est, itemque 76) objecti, 77) effectus, immo et 78) loci, temporis, similitumque περιστασιων.*)

*) Sic quod ad personam delinquentem attinet, majorem omnino pœnam meretur is, quem cognatio, prudentia, officium, ætas, dignitas à delicto revocare debuisset, quam extraneus, stupidus, nullo speciali vinculo obstrictus, puer vel adolescens, plebejus. (Lib. I. §. CXIII. 52) Majorem quoque pœnam feret robustus, quam infirmior, et, si multa irrogatur, plus merito imperandum erit homini pauperi, quam pecunioso alicui Neratio. Ita et si personæ in dignitate constitutæ, vel ipsi magistratui, illata sit injuria, quis eam severius vindicandam neget, quam si quis ex face hominum contumeliosius habitus sit? Præterea si privati res lucrifaciendi causa contrectare delictum est, pœna dignissimum: quanto magis peculatum admittere, vel sacrilegio sese polluere? Ita acrius puniri animadvertimus desertionem militis, è statione sese proripientis, quam ex hibernis aufugientis ob effectum tristiozem. Denique injuriam, alicui in templo et inter sacra illatam, deteriorem videri, quam quæ in loco privato alioque tempore facta sit, omnes æqui rerum arbitri censent. Ut adeo non sit publici saporis dogma illuc Stoicorum, ἴσα τὰ ἀμαρτήματα ἄνθρωπων, omnia delicta esse paria. Cic. Paradox. III. Diog. Laert. VII. 120. Contra quos disputans Horat. Serm. I. 3. v. 115.

Non vincas ratio hoc, tantumdem ut peccet, idemque,
Quis teneros caules alieni infregerit borsi,

Et qui nocturnus divum sacra legerit. Adsit

Regula, peccatis quæ poenas irroget aquas:

Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

§. CLXVII.

Sed ne id quidem prætermittendum videtur, quod, quum non omnes poenæ ad destruendum hominem facinorosum sint comparatæ, sed sæpe et id agatur, ut, qui deliquit, emendetur, et cautius mercari in posterum discat, (§. CLX. 45.) caveri debeat, 79) ne omnes, qui poenas dant delictorum, infamia notentur, siquidem eo ipso fit, ut non amplius idonea reipublicæ membra habeantur, adeoque illis vix occasio sit, victum amictumque sibi honestis artibus comparandi.

§. CLXVIII.

Inter immanentia majestatis jura est etiam jus **TRIBUTA** et **VECTIGALIA** imperandi civibus, quin et eorum bona, exigente necessitate, reipublicæ usibus adplicandi, quod jus **DOMINIUM EMINENS** adpellare mos est. *) Quum enim ea omnia licita esse oporteat summis imperantibus, sine quibus finem reipublicæ, puta internam externamque securitatem, obtinere non possent: (§. CXXXV. 29.) securitas autem illa obtineri vix posset, nisi cives conferrent pecunias, ferendis reip. communis oneribus necessarias, et aliquando eorum bonis uterentur imperantes: consequens est, 80) ut imperantibus competere debeat jus exigendi collatitiam pecuniam, et 81) dominium aliquod eminens exercendi.

*) Fatemur tamen, non satis commode hoc adhiberi vocabulum, quum diversi sint **DOMINII** et **IMPERII** conceptus, et non illud, sed hoc competat imperantibus. Unde, quod Grotius *de jure belli et pac. I. 1. 6.* primus vocavit *dominium eminens*: id Seneca, *de benef. VII. 4.* rectius denominavit *potestatem*. *Ad Reges*, inquit, **POTESTAS** omnium, ad singulos *proprietas* pertinet. Add. V. A. Corn. van Bynkersh. *Quæst. jur. publ. II. 15. p. 290.* Hinc non male quidem Wittebergenses **ICTI** potestatem illam

ex

ex imperio, non dominio quodam, derivandam esse contendunt adversus Jo. Fr. Hornium: (Vid. Guil. Leyseri collectionem scriptorum eristicorum, quam *pro imperio contra dominium eminens* inscripsit, ediditque *Witeb. MDCLXXIII.*) Sed dura lis est de vocabulo rei que origine, et de ipso jure imperantium bona civium urgente necessitate reip. usibus adplicandi, nemo dubitat, cur vocabulum semel receptum plane proscribendum putaremus, nullam omnino idoneam rationem vidimus.

§. CLXIX.

Quia ergo imperanti competit jus bona civium, urgente necessitate, reipublicæ usibus adplicandi: (§. Jus eius CXXVIII. 81.) facile intelligitur, 82) eidem etiam, circabonandum urgente necessitate, jus esse, custodiam venaculuti suscipiendi bonorum privatorum, *) ut illa, urgente necessitate, in promptu sint, sufficientque reipublicæ: adeoque 83) et jus leges ferendi de reip. ordinariis recte utendis, transferendis, et alienandis, (Lib. I. §. CCCXVII) et 84) commercia tum fœderibus firmandi, tum 85) certis legibus, prout è reipublica esse videntur, restringendi, quin et, 86) quæ exportari è territorio quæque invehi liceat, definiendi, 87) leges sumtuaria ferendi, 88) opificia provehendi, 89) agendique omnia, quibus effici possit, ut gliscant opes civium, et reip. usibus sufficiant.

*) Quo fundamento etiam nititur jus imperantium supremum, ut et tutores curatoresve constituere pupillis, minoribus, morbo aliquo sontico laborantibus, furiosis, prodigis, absentibus, feminis, deinde his administratoribus certas leges præscribere eos ad rationes reddendas adigere, et non ex fide gerentes removere possint. Interest enim reipublicæ, rem horum hominum, qui ipsi superesse rebus suis nequeunt, salvam esse. Unde Plato *de Legib. Lib. XI.* pupillos non ad privatorum, sed publicam civitatis curam pertinere scribit, eosque vocat *παροικιαβήννην νομίον ἢ ἐπὶ ἐπιτάκτων*, *depositum maximum et sacratissimum* reipublicæ. Quin ea re factum est, ut Germani jam inde ab antiquissimis temporibus ipsis imperantibus et magistratibus vindicarent supremam aliquam tutelam, de qua nos olim disserere meminimus in *exercitatione de suprema principum et magistratum tutela.*

Hhhij

§. CLXX.

§. CLXX.

Et talia quidem sunt jura, quæ imperanti in statu reipublicæ ordinario competunt. Quum vero dominium illud eminens, potissimum sese exserat in statu extraordinario, vel urgente necessitate: (§. CLXVIII.) consequens est, 90) ut imperanti fas sit, tempore belli privatorum agros castris occupare, 91) iisdem munimenta operaque publica imponere, l. 9. C. de oper. public. 92) segetes pabulando colligere, 93) vias publicas novas, deficientibus vetustioribus, per civiam fundos munire, l. 14. §. 1. D. quemadm. serv. amitt. 94) ædes suburbanas, ubi Hannibal ante portas est, destruere, et quæ sunt hujus generis alia.

§. CLXXI.

Quandoquidem vero id fieri tantum potest, urgente NECESSITATE, (§. CLXVIII.) necessarium vero est, sine quocumque reip. saltus, quæ suprema lex esse debet, (§. XXV. 78.) libertas, et securitas, salva esse non potest: merito inde colligimus, 95) hanc potestatem non solum sese exserere, si quando id extrema reipublicæ necessitas exigit, verum etiam, 96) quoties id vere est reipublicæ utile: maxime quum plerumque utilitas in necessitatem incidere soleat. V. A. Corn. van Bynkers. *ibid.* p. 292. Attamen 97) ei juri vix locus est, quando privata tantum principis utilitas in eo vertitur, si alicui jus quæsitum auferatur, multo minus, 98) quando aliquid non necessitatis utilitatisque, sed voluptatis causa, occupatur. Quin 99) hoc ipsum jus domini eminentis ita comparatum est, ut bonus princeps facile patiat, ejus fines regi, et illo non nisi modestissime uti velit. *) Bynkersh. *ibid.*

*) Limitationes has merito adjunximus, ne hoc jus abeat in summam injuriam. Hinc graviter Deum indignatum esse animadvertimus Achabo Regi, Nabotho exorturo vineam, tamquam palatio proximam, tantum ut eam in hortum olitorum converteret. I. Reg. XXI. 2.

Nam

Nam et ad privatum regis improbi commodum, et ad voluptatem magis, quam ad utilitatem, pertinebat illa postulatio. Sed et Senatus Romanus litem secundum Prætores, et contra M. Licinium Crassum, dare noluit, quum illi per hujus fundum derivare vellent aqueductum, qui ornatus et voluptatis magis, quam utilitatis, causam habere dicebatur. Liv. XL. 51. It. sane causam representavit Marc. Zuer. Boxhorn. *Disquisit. polit. casu XXXI.* Et tamen laudatissimus Bynkershoek attulit diploma Guilielmi Arausiaci, quo magistratui Leidensi facta est potestas, areas privatorum, soluto possessoribus pretio, occupandi, et quidem non modo necessarias, sed et, quæ adornatum ædium academicarum, voluntatemque studiosorum facere videantur, (*tot cieraat derzelve, en de recreation der Studentem eenig sint dienlyk.*) Ubi tamen vir illustris prudenter addit: *Hac juris publici prudentia ego non userer, nec usus est Senatus Romanus in causa Crassi, nec etiam usus esset Augustus, de quo Sueton. Aug. Cap. LVI. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos.*

§. CLXXII.

Enimvero quum communis reipublicæ onera communibus erogationibus ferenda esse, ipsa æquitas doceat: (§. CLXVIII.) consequens est, 100) ut unus civis præ reliquis non sit onerandus, adeoque 101) ei, cui re sua communis salutis utilitatisve causaarendum est, ex ærario vel arca publica satisfieri debeat, *) et, 102) si vel maxime id non in continenti fieri possit, id tamen postea suo jure exigant illi, qui re sua exciderunt, nisi forte 103) contra legem prohibivam ædificaverint, et ædificium illud, vel qualecumque opus, urgente reipublicæ utilitate, destructum sit. Tunc enim tantum abest, ut pretii refusionem recte petant, ut et in pœnam incidant, legibus expressam. V. A. Corn. van Bynkersh. *ibid.* p. 297.

*) Agnoscent hoc Grot. *de jure belli et pac. II. 14. 7.* Puffend. *jur. nat. et gent. VIII. 5. 7.* Hüber, *de jure civit. I. 3. 6. 44.* et quicumque de hoc dominio paullo fusius egerunt, inter quos palmam merito concedimus laudatissimo Corn. van Bynkersh. *ibid.* qui et Romanos id principium sequutos esse, probat ex Tacito *Annual. I. 75.*

Quæ
condi-
tione il-
lo uti
possint
impe-
rantes.

®

et

et l. 9. C. de oper. publ. Et sane pro eo eadem militatæ æquitatis ratio, quam pro lege Rhodia de jactu profert Paulus l. 1. D. ad leg. Rhod. ut omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

§. CLXXIII.

Præterea ex eadem definitione patet, 104) jus hoc tantum exercendum esse circa civium bona, non 105) circa bona extraneorum, non hostium, apud nos re-
 perta, adeoque 106) vix excusandos esse principes, qui amicarum etiam gentium rebus et mercibus manus injiciunt, 107) dominos invitos ad pecunias sibi credendas adigunt, 108) naves amicorum, in portibus suis repertas, sistunt, iisque ad trajiciendas copias suas, vel comeatum avehendum, utuntur. Quamvis hæ angariationes, quas vocant, et frequentes sint, et eo colore excusentur, quod naves etiam alienæ, in alterius principis imperio repertæ, quodammodo subditæ sint, *) eæque angarientur ex recepta palam consuetudine, qua civitates et imperia continentur.

*) Quo colore quum ne uti quidem possent Græci, à Cyri expeditione reduces, eorum facinus tanto videtur iniquius, quamvis id improbare non videatur Grotius de jur. belli et pac. II. 2. 10. Auctor militibus fuerat Xenophon, uti ipse testatur, de expedit. Cyri V. 1. 6. ut acceptis à Trapezuntiis navibus longis, subducerent naves transeuntes, casque, detractis gubernaculis, custodirent, donec tantum habeant illorum numerum, ut iis vehi possint, ita tamen, ut ii, quos cum navibus subducturi essent, communi impensa alerentur, quamdiu militum causa manserint, et mercedem pro vectura acciperent. Quod sane facinus quodammodo excusasset necessitas, si publicis auspiciis militassent. Jam vero vix ullam perspicere possum rationem, ob quam hujusmodi jus competere potuerit manus militum, qui, invitis civitatibus suis, expeditionem cum Cyro fecerant, rebus potius præclare gestis, quam justitia causæ memorabilem.

§. CLXXIV.

§. CLXXIV.

Hæc de DOMINIO EMINENTE. Ad TRIBUTA et VECTIGALIA quod attinet, reipublicæ dupliciter interest, Quid fisci et æ-
 quam maximam pecuniæ vim in promptu esse: primum cus et æ-
 ut non desit, unde imperantes pro dignitate sustentantur: deinde ut et belli et pacis temporibus suppetat rarium.
 pecunia, nervus rerum gerendarum, quo adeo opus est, ut sine eo fiat nihil, quo opus est. Itaque in rebus publicis duplex esse solet arca publica, in quam opes publicæ influant, quarum altera pecuniam imperantium destinata sustentationi continens, FISCUS, altera, pecuniæ publicæ destinata, ÆRARIUM adpellatur, *) quam utramque esse quam locupletissimam, reipublicæ omnino interest.

*) Merito hæc discernimus, quamvis aliquando in monarchiis adeo sibi omnia vindicare soleant principes, ut inter FISCUM et ÆRARIUM vix discrimen aliquod deprehendas. Auctor sane est Dio Cass. Hist. LIII. p. 506. Augustum et pecuniam et milites in potestate habuisse, addita ratione: *Δίγω μὲν γὰρ τὰ δημόσια ἀπὸ τῶν ἐσθῆν ἀπικύριτο, ἔργω δὲ αὐτὰ πρὸς τὸν γυῶμην αὐτῶ ἀνεύλισκετο.* Nam licet pecunias suas dicis causa ab ærario separatas haberet: re ipsa tamen his quoque suo arbitrio utebatur. Sed quum hic non, quid fiat, dispiciamus, sed quid fieri oporteat: merito distinguimus utramque arcam publicam, quam et in aristocratiis, aliisque rebus publicis, accurate discerni, animadvertimus.

§. CLXXV.

Quum ergo in FISCUM inferantur pecuniæ, imperantium sustentationi destinata: (§. CLXXIV.) æquum Quid ad
 visum est gentibus plerisque, 109) non modo certa locuple-
 prædia, certosque terrarum tractus, adsignari impe-
 rantibus, è quorum redditibus dignitatem tuerentur, fiscum
 quæ hodie vocant DOMANIA, vel DOMANIALIA, verum sit exco-
 etiam 110) iisdem relinqui portiora aliaque vectigalia: gitatum
 at 111) præcipue omnia ἀκροπολι, intra reipublicæ ter-
 ritorium, cedere imperantibus (Lib. I. §. CCXLIII. sequ.) Quam postremam fiscum locupletandi rationem
 eo

eo magis placuisse animadvertimus plerisque gentibus, *) quo minore cum singulorum dispendio est conjuncta.

*) Maxime gentes originis Germanicæ, de quibus Grot. de jure belli et pac. II. 8. 5. Germania populi, quum principibus ac regibus bona quadam essent adsignanda, unde dignitatem suam sustinerent, sapienter existimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ sine damno cujusquam tribui possunt, cujusmodi sunt res omnes, quæ in dominium nullius pervenerunt. Quo jure usos et Ægyptios video. Nam et ibi Regum procurator, quem idem αἰσῆς vocabant, vindicabat res ejus generis. Enimvero quæ de Ægyptiis refert Grotius, petita ex Strabon. Geogr. Lib. XVII. p. 1148. edit. noviss. ea non tam ad Ægyptios, quam ad Romanos, Ægyptiorum dominos, pertinet. Idem enim αἰσῆς non alius est, quam procurator Cesaris, vel rationalis, et de eo refert Strabo, αὐτῶν τῶν ἀλλοτρίων κτήτων ἐκ καταναγκῆς ἀποδιδόντων ἑστῶτων ἄντων. Illud in eo inquirere, quæ in nullius dominio sint et seorsum Cesari cedant, id est, in bona caduca et vacantia, ceu recte ad eum locum notavit Casaubonus.

§. CLXXVI.

Quandoquidem ergo bona domanialia ad tuendam imperantium dignitatem sunt comparata: (§. CLXXV. 109.) facile intelligitur, 112) ea esse inalienabilia, ac proinde 113) alienata a successore, sive universali, sive singulari, posse revocari, nec 114) quidquam interesse, sive pro parte, sive universa ad alios privatos translata sint, siquidem, quod nostrum non est, ejus nec exiguam partem alienare possumus, uti recte ait Grot. de jur. belli et pac. II. 6. 11. ubi tamen 115) alienationes illas, cum consensu populi factas, subsistere, *) et 116) fructus hujus patrimonii ab ipso patrimonio distinguendos esse, recte monet.

*) Sive initio consenserit populus, sive alienationem postea demum ratam habuerit. Cujus rei exempla innumera vidit Germania nostra. Quum enim tam profusa fuerit veterum Imperatorum et regum liberalitas in bonis domanialibus maxime in ecclesiis transferendis, ut ex iis hodie vix quidquam supersit: nemo tamen dixerit, licere imper-

peratori, ea vindicare, quum eas alienationes jam pridem ratas habuerint Imperii ordines. Immo quamvis Imperator promittere soleat, se Imperii jura et redditus recuperaturum, Capitul. Caroli VI. art. X. id tamen ita intelligendum esse, movent ii, qui jus publicum Imperii Romani Germanici exponunt, ut id salvis legibus publicis fiat. Et male res cessit plerisque, qui de recuperandis imperiis solliciti fuerunt, imperatoribus et regibus, veluti Henrico V. Rudolpho I. Alberto I. et aliis. Conf. Schwederi Diss. de dominio imperii.

§. CLXXVII.

Quia prætecece et alienata imperantibus adsignare placuit: (§. CLXXV. 111.) non difficile erit, redde-
 re rationem, 115) cur fiscus ubique pæne sua esse
 contendat ea, quæ jure Romano vel communia, vel
 publica habentur, veluti 116) marium, quæ territo-
 rium adluunt commoda, *) 117) flumina, 118) sil-
 vas majores, adeoque 119) et jura piscandi, venan-
 dique, nec non 120) jus fodiendi mineralia et metalla,
 121) bona vacantia occupandi, 122) gemmas et
 lapillos mari ejectos colligendi, 123) adluiones, 124)
 novas insulas, 125) alveos derelictos, quin alicubi
 126) et thesauros, 127) et erroneas ac spurios vindicandi.
 Tametsi hæc omnia secundum usus gentium aliter
 aliterque sese habere, recte observet Huber. de ju-
 re civ. II. 4. 4. 48. p. 468.

*) Nota sunt, quæ inter viros doctissimos Hug. Grotium, Jo. Seldenum, Rob. Jonstonum, Petr. Baptistam Burgum, Guil. Welwodum, Jo. Isaacum Pontanum, Theod. Grawinkelium, et novissime inter Pufendorffium, Huberum, Jac. Gorhoffredum, Jo. Henr. Boeclerum, Corn. van Bynkershoek et Christ. Thomasium, aliosque de dominio maris disceptata sunt, quæ jam repetere nihil attinet. Nos, uti mare nullius esse nemo negat, ita quin illud occupari possit, occupantique cedat, nulli dubitamus, (Lib. I. §. CCXLI. 17.) maxime quum id et olim esse factum, et hodie fieri, ipsa nos convincat experientia. At quum occupari non soleant res inexhausti usus, nec earum usu alios excludere fas sit: (Lib. I. §. CCXXXV. 9.) in mari vero quædam sicut exhausti usus, veluti captura piscium majorum,

et unionum, vectigalia, similiaque emolumenta: quædam inexhausti usus, veluti navigatio: illis alios excludi posse, his non posse, merito statuimus. Multo magis ergo iis, qui certas terras transmarinas, tamquam suas, possident, licebit alios navigatione, quam vel occupationis, vel commerciorum causa eo suscipiunt, excludere, nisi pactis et fœderibus aliud cautum sit, quum unicujusque gentis in arbitrio sit positum; utrum commercia cum extraneis permittere velit civibus, nec ne. At navigatione, quæ ad provincias transmarinas, non nostras, commerciorum causa instituitur, non magis quis alios sine injuria prohibere potest, quam usu viæ publicæ, nisi navigantibus obstent pacta et fœdera. Talis est nostra de quæstione illa sententia, qui tamen suo quemque sensu abundare facile patimur, maxime quum de maris dominio armis potius et solida vi, quam verbis et argumentis, disceptari soleat. Adeo verum est, quod cecinit Horat. *Carm. I. 3. v. 21.*

Necquidquam Deus abscedit

Prudens Oceano dissociabiles

Terras, si tamen impie

Non tangenda rates transiliunt valæ.

Audax omnia perpeti

Gens humana ruit per vetitum nefas.

§. CLXXVIII.

Quum porro omnino intersit reipublicæ, fiscum esse quam locupletissimum: (§. CLXXIV.) non mihi jura. rum est, 128) et alia jura, quæ ad quæstum, conservationemque rerum pertinent, fisco concedi, in primis 129) jus cudendæ monetæ, 130) jus multas, 131) commissa, et 132) quævis scelere quæsitæ occupandi, et quæ sunt hujus generis alia, quæ vulgo licet parum commode, regalibus minoribus accensentur. (§. CXXXV. *) At hic quoque mores variant, prout quævis civitas plus minusve concedit imperantibus suis, vel hi plus minusve longo usu sibi adrogarunt.

§. CLXXIX.

Quod ad ERARIUM attinet, illud fere tributis et vectigalibus locupletatur, nisi tantum sit agri publici, ut

ut ejus fructibus respublica possit sustineri. Quum enim (per §. CLXXIV.) imperantes nihil sine pecunia pace cupelloque recte gerant, Tacit. *Hist. IV. 74.* et, non sufficienti agro publico, illa non aliunde, quam à civibus peti possint: consequens est, 133) ut rectores civitatum possint civibus imperare tributa et vectigalia, 134) sive soli, sive reliquorum ordinum consensu, prout id reipublicæ forma exigit. 135) Ut ea possint imponere personis, fundis mercibus importandis et exportandis, rebus fungibilibus, opificiis, et commerciis, prout id commodissimum videtur, 136) dummodo et facultatum habeatur ratio, *) et 137) cives non ita opprimantur, ut se tamquam servos, omnia imperantibus non sibi, acquirere, jure conquerantur.

*) Æquissimum hoc visum est Ser. Tullio, Romanorum regi, quem magnam eo ipso gratiam à populo iniisse novimus, quod apud Dionys. *Halic. Antiqu. Rom. Lib. IV. p. 215.* permissurum se negaret, pauperes tributorum gravatos onere, æs alienum contrahere cogi, ac proinde se potius censurum bona omnium, et pro suo quemque censu conferre jussurum prout in magnis et bene institutis civitatibus fieri soleat, addita ratione: *Δίκαιον τὴν ἑγὼ ἐπιφέρειν τῷ νόμῳ τὸ αὐτὸ ἕξασθαι, τὸς μὲν πολλὰντιμιστρούς πολλὰ ἐπιφέρειν, τὸς δ' ἰσχυροὺς ἰσχυρὰ.* Justum enim existimo, et reipublicæ utile, ut, qui multum possident, multum conferant, parum vero, qui sunt in re tenui.

§. CLXXX.

Quod si ergo in imperandis tributis et vectigalibus facultatum habenda est ratio, nec cives his oneribus sunt plane opprimendi; (§. CLXXIX. 136. sequ.) per se profecto patet, 138) non exigi debere, quod à civibus præstari nequit, nec 139) eos pacis temporibus ita enervandos esse, ut in re trepida nihil conferre possint: præterea 140) nemini temere concedendam esse immunitatem, nisi tanti sit ejus opera, ut hæc pars publici oneris illa facile pensetur. Denique 141) collatitiam istam pecuniam et sine nimia acerbitate colligendam, et 142) bona fide administrandam, et 143) iis rebus, quibus destinata est, impendendam

Quid circa illa justum sit?

esse, vel ipse finis, ad quem comparata est hæc collatio, satis ostendit.

§. CLXXXI.

Porro inter jura majestatis immanentia etiam est
JUS ADMINISTRORUM ET MAGISTRATUS CONSTITUENDI. (§. CLXXXVI.) Ubi per administratos intelligimus, qui partem reipublicæ, sibi creditam, nomine imperantium administrant: per magistratus, qui illam partem, nomine proprio, at dependenter à summo imperante, administrant. Quam ergo et administri vice imperantium; et magistratus dependenter ab iis reipublicam capessant: consequens est, 144) ut ii à solo imperante constituendi sint, 145) nisi hic vel aliis eligendi præsentandive, vel 146) integro collegio cooptandi jus dederit. 147) Ut eidem obligentur speciatim, ac proinde 148) illi et rationes reddere teneantur, et 149) si male fungantur munere, ab eo dignitate merito priventur, quin et 150) pœnas dent, pro eo, ac merentur, si doli culpæ majoris rei sint. *)

*) Non vero puniendum consilium non fraudulentum, quod eventus destituit, quum hunc nemo præstet. Nec pœnam meretur, qui principis sui aut reipublicæ mandatum exsequutus est, si illud in se justitiæ, aut bonis moribus, non repugnat. Conf. V. A. Corn. van. Bynkershoek *Quæst. Jur. publ. II. 2. p. 196. sequ.* Barbarus ergo mos fuit Pœnorum, præstantissimos duces mittentium in crucem, si quid præter animi sententiam accidisset. Nec minus detestabilis est Turcarum aliarumque gentium orientalium consuetudo, qui et ipsi consilium ex eventu æstimantes, captis damnant omnes, quorum consilium caruit eventu. Quin non modo juri regulis refragatur hæc truculentia, verum etiam prudentiæ. Si quis, inquit vir laudatissimus, rebus in arduis consilium desideret: plures sunt, qui dare possunt, sed nemo unus eventum præstiterit: si et hunc exigas, æquus erit, qui consilio suo tibi adesse velit? vel duo, vel nemo.

§. CLXXXII.

Quemadmodum vero administris æque, ac magistratibus,

bus, pars aliqua reipublicæ creditur: (§. CLXXXI.) Officia ita 151) et principis erit virtus maxima, nosse suos, imperare et dare operam, ut non nisi idoneos munerique parantium res eligat: 152) civium contra, non ambire munera, quibus sese impares esse intelligunt, multoque minus 153) ea largitionibus aliisque turpissimis artibus aucupari, nisi 154) ipsis imperantibus à reipublica videatur, ut et officia sint in commercio. Præterea res ipsa docet, 155) quemlibet administrum et magistratum omnem fidem ac diligentiam præstare, et reipublicæ salutem sibi supremam legem ducere debere: tantoque magis 156) in eam curam incumbere decere administrum summum ac primarium, cujus humeris imperans universam reipublicæ molem imposuit. *)

*) Vocari hi solent MINISTRISIMI, et de iis quæri solet, primum an à reipublica sit, universæ reipublicæ curam uni demandari? deinde, an id salvo jure fieri possit? Prior quæstio ad prudentiæ civilis scriptores pertinet, inter quos hic legi merentur Hert. *Elem. prud. civ. I. 10. 11.* nec non Guil. Schroeteri et Jac. Thomasi singulares de eo argumento dissertationes. De posteriore facile transigent, qui juris gentium principia paullo accuratius expendunt. Quum enim nihil veteri, quo minus aliis mandemus id, cui ipsi nos non sufficere animadvertimus: quidni et princeps vires suas aliis mandet, maxime quum ætas, imperii magnitudo, aliæque jura causæ, eum ad id faciendum impellere possint? Et si in se injustum non est, tutorium esse aliquod, regnum, quando rex per ætatem illud capessere nondum potest: cur injustum sit, illud ministro summo demandari? Attamen injuste ageret princeps, si ideo constitueret talem administrum, ut genio tantum indulgeat, nullamque eip. curam animam subire patiatur, quum illo tamquam administrato uti, non ipsum imperium in eum transferre, debeat. Præclare hoc mihi videntur vidisse Persæ, dum primarios rerum administratos eleganter rebus adpellant, teste Xenoph. *Cyropæd. VIII. 2. 7. p. 483.* de quibus plura Barn. Brisson. *de regno Pers. Lib. I. §. CXC. p. 264.*

§. CLXXXIII.

Jus cir-
ca sacra
impe-
rantibus
compe-
tens.

Inter præcipua quoque majestatis jura, quæ sum-
mus imperans intra rempublicam exercet, est etiam *JUS*
CIRCA SACRA, seu circa *ECCLESIAM* particularem,
per

Ad §. 183.

Jus circa sacra. Quatenus res divinæ, et causæ re-
ligiosæ pertineant ad politicam potestatem anceps,
ac etiam periculosa quæstio est, cum ea de re non so-
lum Catholici à Protestantibus dissentiant in primis, sed
nec ipsi Catholici inter se conveniant plane, aliud alii
hac de re tradunt, et aliud etiam in scriptis, aliud usu
fere habetur. A Catholica autem Religione alieni qui
sunt jurisconsulti, necessariam judicant in republica uni-
cam, et summam potestatem sacra et profana mo-
derantem, et hierarchiam Ecclesiasticam, seu potesta-
tem in sacra sejunctam à potestate politica monstrum
esse, quod imperia lacerat in partes, nec Summos
esse Principes qui alium in rebus sacris superiorem co-
mitter venerentur; iccirco omne jus ipsis adscribunt cir-
ca sacra. Jam ut hæc sit quasi solemnis tessera eorum
omnium qui à Catholica Religione quondam secessio-
nem fecere. Agmen ducit Pufferdorffius in suo libello *de*
habitu Religionis Christianæ ad vitam civilem, et in jur.
nat. et gent. quem, et alios fuso calamo et ex instituto
labefactarunt Catholici, et actum agerem si de integro
hanc controversiam versare vellem. Pauca tamen, et quæ
Heineccius hic sparsim disseminat, ex illorum doctrina
perstringam. Si Ecclesia Christiana, inquit, non
subjicitur statui politico, status in statu erit, duo
summi imperantes, quorum imperata possunt esse
contraria, nec una voluntas, quo summis potesta-
tibus nihil potest esse perniciosius. Nam si subdi-
ti pendeant ab extraneo Sacerdote, vel potestate, hoc
idem est ac hostilia præsidia in propias exeipere ar-
ces: si vero Ecclesiam dicas statum constituere inde-
pendentem in territorio, limitari, et imminui potesta-
tatem summorum imperantiam clamant, quia non sum-

ma

per quam hic intelligimus societatem seu collegium, re-
li-

ma est, quæ aliam sive æqualem, sive superiorem ha-
bet, et tranquillitas simul publica, et ipsa officia ci-
vium turbarentur. Cum itaque non esse statum conten-
dant, Ecclesiam ajunt præferre indolem Collegiorum,
seu ejusmodi societatum, quæ plures homines certi
cujusdam negotii gratia inter se connectuntur salvo
summorum imperantium in eosdem jure; quamvis in
hac jurisdictione designanda ipsi, apud quos exulat re-
ligio Catholica, nimium quantum inter se contradicant,
ex quorum sententia nonnulla Heineccius in hoc §.
affert. Tot verum vana sophismata veræ religionis vin-
dices penitus protriverunt. Ecclesia quippe non est
status civilis et mundanus veluti à Romulo fundatus,
ejusque potestas discernitur à civili tanquam à poten-
tia, quæ phisicum quid prodit, illa vero facultatem
ad aliquid spirituale, et supernaturale præstandum
innuit. Nec quamvis naturæ jure Imperantibus conve-
niat summa potestas, inde cogitur jus habere in sacra,
quoniam autor naturæ eam tribuit potestatem, quæ
tranquillitatem, non quæ confusionem pariat, et ex
naturæ jure profiscisci nequit quod est supra naturam,
religio enim divina revelata est, omnem naturæ or-
dinem prætergrediens. Immo lumine naturæ inter utrasque
potestates discrimen internoscitur. Duæ itaque sunt po-
testates, sed una non elidet alteram, et quamvis eas ut-
cumque statum in statu, principatum dicas esse in prin-
cipatu, non tamen monstrum efficiunt, uti respublica, ci-
vilis in republica, et principatus humanus in principatu
constituunt. Duæ potestates civilis ejusdem ordinis mutuo
pugnant, secus duæ diversi ordinis, ita temperatæ, et
ordinatæ ut una alteram firmet. Quemadmodum com-
plures societates civiles coeunt in unam sive laxiorem,
sive strictiorem, seu ejusdem, seu diversi generis, quæ di-
ci potest societas complexa, vel societas societatum, aut
status etiam in estatu, quia revera sunt status plures. Ita
Religio vera maxime supernaturalis, et revelata verus sta-
tus dici potest hominis, quia est stabilis ratio viven-
di, superveniens tamen naturæ facto Dei revelantis,

et

ligionis gratia in initum. Quum itaque omnia collegia et
so-

et hominis credentis; supervenit enim religio revelata societatibus hominum aut carentium religione, aut falsa imbutorum, sed non tollit, neque evertit eas; ut societas civilis adjungens se alteri non cessat, sed perficitur exemplo systematis Belgarum. Alias Christus dominus monstrum dissensionis, et confusionis invexisset, dum in imperio Romano suam novam constituit Rempublicam: et si naturæ jure summæ potestati competit jus in sacra, ergo naturæ jura violavit Christus, dum repugnante suprema potestate suam condidit religionem. Injustam igitur notam dissidii et dissensionis impingunt religioni Catholicæ, quæ charitate, paupertate, mansuetudine, patientia alta, nunquam seditiones, aut conjurationes excitasse legitur, hæreticorum, et novatorum ritu, immo Principibus, Regibus, Imperatoribus obedientiam, fidelitatem, obsequium prestandum, solvenda vectigalia, orandumque pro iis docet. Jura ergo utriusque imperii spiritualis, et temporalis ab ipsorum natura et fine deducenda sunt: respublica civilis natura sua diversa est à Christiana, cum illa naturalis, hæc supernaturalis sit, sacerdotii etiam et imperii omnino fines discernantur, politicæ potestatis finis est pax et tranquillitas civilis, Christianæ vero æterna salus; ex finium diversitate, et ex diverso principio media quoque diversa existunt, et proficiuntur. v. Concina Diss. 4. jur. nat. c. 3. Desing. lib. 1. c. 1. Werenk. à num. 213.

Nihil tandem juris Principibus in sacra? Controversia hæc admodum controversa est. Cum enim majestatis potestas tam late pateat, quam late summi imperii cura et officium se extendit, ut in harmoniam, et concordiam reducat numerum subditorum utcumque magnum, et diversum, apud omnes in confesso est Principem ipsius Ecclesiæ judicio, et pro illius salute, custodem esse, nutritium, defensorem, seu protectorem divinæ legis, vitia nempe morum non pauca, quæ mixtiori nuncupantur, prohibere, et punire, tueri veritatem, hæresesque, et dissensiones præcavere, atque

to-

societates simpliciores magis compositis ita sint subordi-
Kkk na-

tollere potest, eo fine ut religio pura atque incontaminata subsistat, et exerceatur ab omnibus suis subditis juxta cultum ab Ecclesia receptum, atque à lege revelata præscriptum. Unde liquet jurisdictionem hanc ad tuendam potius dirigi, quam ad cognoscendum de religione. Principi siquidem competit jus puniendi adversus eam peccantem, jus defendendi administrantes illam, tuendi cultum publicum, ac privatum, jus promovendi pietatis interna externaque exercitia, invigilandi ne falsæ doctrinæ contra revelationem, vel contra traditionem Catholicam serantur, ita ut subditi semper resigiosi, justî, ac pii evadant. Ceterum quoad jus dogmaticum, ac hierarchicum sacrorum omnis directiva potestas, interpretativa, ac dogmatica religionis Ordini Ecclesiastico à Christo adstruitur, qui quidem ordo à politico, et œconomico distinctus ut supra monstravimus.

Porro quoque personæ et bona Ecclesiastica aliquo modo sub imperio habet Princeps, non quatenus sacra, et ita nullius sunt, sed quatenus in Republica existunt, et ad politicum ordinantur finem, ac etiam defensionem, et alia commoda exinde percipiunt, qua propter in potestate magistratus politici, cui summa rerum sit, itidem esse censentur. Hinc non nunquam in Clericos graviorum præsertim criminum reos animadvertunt, bona quibusdam casibus tributis, et collectis onerare solent, vel ne ad Ecclesiam perveniant prohibere, et omnem insuper religionis, et Ecclesiasticæ potestatis abusum in præjudicium legitime constitutæ reipublicæ possunt coercere. Sed quam maxime cavendum ne dum sartam tectam rempublicam cupimus, in servitudinem Ecclesia detrudatur. Nostrium vero minime nunc est omnia jura Principum asserere, sed quæ ab Heineccio longius evecta videantur, ad justos limites redigere, quem ideo pederentim sequemur, et pro data occasione de his nonnulla admonebimus. Plurima et optimæ frugis excussa sunt doctissimis opusculis, quæ pridem prodierunt apud

nos

nata, ut nihil, quod majori illi societati manifesto refragetur, agere, salva justitia, possint: (§. XXIV. 66.) consequens est 157) ut et Ecclesiam subordinatam esse oporteat reipublicæ: adeoque 158) imperanti etiam competere debeat jus dirigendi res Ecclesiæ. *) Quod et inde solide probatur, quod reipublicæ unam esse voluntatem oporteat. (§. CXV. 50.) talis vero non esset futura, si Ecclesia particularis non subesset imperio, sed singuli, alias imperio subjecti, eo ipso, dum in hanc societatem coalescunt, collegium liberum, et à summo imperante independens, constituere possent. Accedit, quod quum ea omnia jura cum majestate conjuncta sint, sine quibus securitas civium obtineri non posset, (§. CXXXV. 29.) experientia vero doceat, securitatem hanc, tum internam, tum externam, vel maxime turbasse homines obtentu religionis: quis principi deneget jus sacra ita moderandi, ne quid respublica detrimenti capiat?

*) Apud Romanos vigeat hoc jus majestatis, quo uno titulo credebatur *jus publicum etiam in sacris, et sacerdotibus consistere*, ut l. 1. §. 2. D. de just. et jure. Nunc vero caute accipiendum jus hoc majestatis, caute asserenda subjectio hæc Ecclesiæ ob directionem necessariam Reipublicæ, quæ subicitur imperanti summo, qui Episcopos ceterosque ministros suos constituit, ut regerent Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Act. Ap. c. 2. v. 28.

§. CLXXXIV.

An illud *Religio*, ob quam homines in societatem illam, se exserat circa artibus, quam quos omni cum eruditione, et ingenii acumine exasci- culos fita *Juicio Imparcial, Tratado de la Amortizacion* ab in- dei? tegerrimo, et sapientissimo viro, qui genuinos et ve- ros hujus argumenti fontes retexit. *El Sapiençia*

5.º Campaner: gloria de España.
Ad §. 184.

Religio ob quam homines in societatem illam, quam Ecclesiam vocamus, coalescunt. Religio veluti religatio est ex multorum conjunctione constans, hoc enim pie-

quam Ecclesiam vocamus, coalescunt, (§. CLXXXIII.) quobus constat capitibus: priore, ut rectas de Deo habeamus sententias: (Lib. I. §. CXXVII. 16.) posteriore, ut eundem perfectissimo amore prosequamur: (ibid. §. CXXX. sequ.) Inde facile patet, 159) circa
Kkk ij prius

tatis vinculo astricti Deo, et religati sumus inter nos, unde ipsa religio nomen accepit, ait Lactant. Instit. lib. 4. quo sensu sumi videtur ab Heineccio. Vel dicta est à reelegendo cum Cicerone, et sic religio videtur dicta à relegendo ea, quæ sunt divini cultus, quia homini sunt frequenter in corde revolvenda, aut quia Deum reeligere debemus, quem amiseramus negligentes, aut dicitur etiam à religando quia nos religet uni Omnipotenti Deo ut cum Augustino ait Div. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. ipse enim est cui principaliter alligari debemus, tamquam indicienti principio, ad quem etiam nostra electio assidue dirigi debet, sicut in ultimum finem, quem etiam negligentes peccando amittimus, et credendo, ac fidem simul protestando re apprehendere debemus. Atque ita optime definitur religio, Dei nempe cognitio cum summo erga illum obsequio, amore, et servitute conjuncta. Cujus duæ sunt partes, pura cognitio sive ratione, sive revelatione prodita, et sincerus cultus. Quapropter utramque nominis originem recte accommodari posse putat Ant. Genuensis Christi. Theodog. Elem. lib. 5. c. 1. Duplices actus habet, quosdam quidem proprios, et immediatos, quos elicit, et per quos homo ordinatur ad solum Deum, sicut sacrificare, adorare, et alia hujusmodi. Alios autem actus habet, quos producit interventu virtutum, quibus imperat, ordinans eos ad divinam reverentiam. Ita visitare pupillos, et viduas in tribulatione actus est elicitus à misericordia, sicut immaculatum se custodire ab hoc sæculo elicitur à temperantia, sed uterque per modum imperii pertinet ad religionem, quapropter religio non solum nos ordinat ad Deum, sed etiam erga proximos v. Thom. 1. c. Sed Heineccius hic intra actus religionis proprios subsistit. *Heineccius in hoc nihil peccat, quin potius Romæ acce- terigit.*

prius caput nihil potestatis *competere summo imperanti*, quum intellectus cogi nequeat: (Lib. I. §. CXXIX. *) adeoque 160) eo usque non porrigendum esse illud jus, ut imperans civibus novos fidei articulos imperare, veteresque proscribere, id est, 161) ipsis conscientiis jugum imponere possit: *) quamvis, 162) ut illa, quæ rationi et revelationi consentanea esse credit Ecclesia, recte doceantur, et potius ad pietatem adplicentur, quam 163) in ferales lites et jurgia convertantur, nec non 164) ut ne hujusmodi lites in reipublicæ Ecclesiæque detrimentum evadant, omnino curare debeat.

*) Procul dubio ergo proscribendum est Machiavelli et Hobbesii dogma pestilentissimum, quo ipsa religio et conscientia imperantium arbitrio subicitur, (§. CXXXI.) Ut enim non urgeamus, quod paullo ante diximus, intel-

Ibid. Circa prius caput nihil potestatis *competere summo imperanti*, quum intellectus cogi nequeat. Nimis hoc alias urgent, ut autonomiam, sive libertatem credendi, et vivendi sibi vindicent, nam et eo conatus hi sæculo decimo sexto processerunt, ut multo eoque etiam illustri sanguine steterit hujus decisio inclytæ genti Germanorum. Viam tamen hic perniciosus error pandit ad Atheismum, Polytheismum, et indifferentismum, et ex principiis naturalis jurisprudentiæ facile commonstrari potest, religionem, tam internam, quam externam jure naturæ liberam esse libertate autonoma vivendi, Deumque colendi, non ut quomodocumque, et cuicumque libet, sed ut per leges naturales, et divinas necessarium est, et ad salutem expedit. Ac proinde Principes Christianos, simul et Magistratus Politicos idem jus naturæ obligat, ut pro viribus suis falsam religionem foras prodeuntem impediunt, veram autem promoveant, et tueantur. Ita recte se habent quæ proxime Heineccius addit, ut illa quæ rationi, et revelationi: : : ne in Machiavelli, et Hobbesii alterum pestilentissimum dogma abeamus. v. Werenk. jus nat. p. 1. 2. n. 330. seqq. v. Rupprecht. not. hist. in jus Canon, t. 1. t. 2. c. 9.

Qui Religionem christianam ignorant, b. faciunt, si sequantur quam optimam Notitiam, et pro bant.

tellectum, urpote necessariam potentiam, coactionem non admittere, eique non magis imperari posse, ut quod non credit, credat, quam oculo, ut, quod non videt, videat: quis non videt, quantam laniam excitatura sint hæc principia, si Nero aliquis, aut Domitianus, aut Diocletianus, rerum potiat, qui sibi persuadeat, religionem Christianam minus prodesse reip. quam paganam, aut Mahumedanam, aut qui aliam plane novam comminiscatur? Immo quis non videt, eam doctrinam, insuper habito vero, religionis, sine, eam in instrumentum dominationis convertere?

§. CLXXXV.

Quod vero ad cultum divinum attinet, illum supra vel *INTERNUM*, vel *EXTERNUM* esse, observavimus. *INTERNUS* quum ex ipsis Dei attributis, adeoque ex recta ratione, prono alveo fluat, (Lib. I. §. CXXX. sequ.) ita comparatus est, 165) ut in eum nihil ulli mortalium liceat, (Lib. I. §. XVII. 32. sequ.) ac proinde, 166) ne imperans quidem illum vel mutare legibus, vel abrogare possit: quamvis, 167) quum omnes homines ad gloriam summi numinis pro virili provehendam obstricti sint, (Lib. I. §. CXXVIII. 31.) nec principi denegandum sit jus et officium curandi, ut cives præclara illa doctrina de in-

An circa cultum Dei internum?

Ad §. 185.

Vel internum, vel externum esse. Ad Religionem pertinet cultus, quia finis religionis est Deo honorem, et reverentiam exhibere, colere autem dicimus eos, quos honoris signis, recordatione, vel præsentia frequentamus. Sed hic cultus per actus internos, et externos simul præstat, quia necesse est aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo jungitur. Et ideo religio habet quidem interiores actus quasi principales, et per se ad religionem pertinentes: exteriores vero actus quasi secundarios, et ad interiores actus ordinatos. v. D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. et 7. quare probe cultus distinguitur.

*Ubi hoc populum christi
fianus Indicar e
non potest, et pro
viribus devotare?
vide p. 400. prope
finem.*



terno Dei cultu imbuantur, errantes reducantur in viam, impii, quoad ejus fieri potest, ad concipiendam summi Numinis reverentiam *solidis demonstrationibus* et cohortationibus excitentur, immo et 168) dandi operam, ne vel atheismus vel superstitio glisecat in republica.

§. CLXXXVI.

An circa **EXTERNUS** cultus in actionibus externis, partim ex amore, timore, ac fiducia erga Deum profectis, (Lib. I. §. CXXXV.) partim in actionibus arbitrariis, (ib. §. CXXXVIII. 58.) consistit. Priorum eadem est ratio, ac cultus interni, (§. CLXXXV. 165. sequ.) adeoque 169) in eum sibi nihil potestatis arrogabit bonus princeps: præterquam 170) quod eum pro virili provehere studebit. *) Posteriores, 171) quum à ratione nec improbentur, nec præscribantur, (Lib. I. §. CXXXVIII. 61.) omnino *subjectæ sunt* imperantium.

Ibid. *Solidis demonstrationibus*. v. supra lib. I. §. 129. notata, ubi pœnis, et suppliciiis non numquam uti fas esse præmonui contra publice in religionem peccantes, et alios.

Ad §. 186.

Omnino *subjectæ sunt imperantium arbitrio*. Vide notata supra hoc libro §. 42. Nam etsi signa, seu externa ratio cultus Dei, juræ naturæ pure de se sunt arbitraria, quod non ea natura præscribat, modo non alteri dictamini legis æternæ repugnent, in statu vero revelato arbitrium tam Magistratum quam Principum, et Civitatum, immo omnium omnino hominum restrictum est ad normam revelationis, et à Christo Domino hoc Petro, et Ecclesiæ commissum. v. Desing lib. 2. 11. 5. Almici. 2. 8. 29. Marca de Concord. sac. et imper. lib. 2. c. 1. §. 4. c. 6. §. 6. et cap. 7. §. 8. ubi perspicue docet exemplum Regum Jædorum ad Reges Christianos trahi non posse, ut facit Heinec. in scholio, quia apud synagogam erant permixtæ, et confusæ jurisdictiones, apud Ecclesiam vero sunt discretæ, et omnino separatæ.

Heinecius loquitur de religione in genere, non præcisè & revelata, et à Christo Jesu ordinata //

tium arbitrio, adeoque 171) ea omnia his circa illas licita sunt, quæ nec rationi, nec revelationi refragantur. Habenda insuper ratio legis naturæ, sacrorum Librorum, et Canonum, quin imo legitimæ quoque traditionis ab Ecclesia ad nos usque transmissæ, et approbatæ.

*) Hinc princeps non potest prohibere, quo minus homines de Deo colloquantur, eundem hymnis celebrent, preces ad eundem fundant, cetera: ac potest præscribere, quo ordine, quaque ratione id publice fieri debeat. Hinc absurda erat lex Darii, Medi, ne quis intra triginta dies aliquid petere audeat sive à Deo, sive ab hominibus: Dan. IV. 7. at non absurda cura Davidis, aliorumque piorum regum, ita instituentium cultum externum, ut nec hymnis carerent, nec eos cum gravitate decantandi rationem ignorarent.

§. CLXXXVII.

Quum ergo circa actus cultus divini externi arbitrarios licita sint imperantibus, quæ nec rectæ rationi, nec revelationi refragantur: (§. CLXXXVI. 171.) *consequens est*, 172) ut principi competat jus reformandi eatenus, ut ritus arbitrarios in melius formare, et abusus, vere tales, tollere possit, quatenus ei *leges publicæ vel conventiones* non obstant. 173)

Juris circa sacra præcipua capita.

Ad §. 187.

Consequens est ut principi competat jus reformandi eatenus. Arcenda immo hujusmodi potestas in sacra, et res spirituales ex not. præced. §. 186.

Ibid. *leges publicæ*. Dupliciter hæc sunt, vel à summis imperantibus, vel per Ecclesiam latæ, nam etsi de rebus sacris, ac spiritualibus judicium sit Ecclesiæ, tamen ubi semel constituta sunt ac judicata, Magistratus officium est, Ecclesiæ judicia, et decreta tueri, et conservari, si id necessarium esse perspexerit. Hinc tot Constitutiones Principum editæ de officiis Sacerdotum, et disciplina Ecclesiastica; ex quibus facile perspicui potest, Principem leges condere posse, quibus

Ad sacros Annosites // hoc præmaxio spectat.

§. CLXXXVIII.

Jus imperan-
tium cir-
ca scho-
las et a-
ca de-
mias.

Ecclesiæ æque, ac ministrorum et magistratum, quin et aliorum bonorum civium seminaria sunt *SCHOLÆ* atque *ACADEMIÆ*, quippe quarum iste finis est, ut juvenes ad omnes honestas artes, quibus aliquando illis

bus Episcopi, ceterique omnes Ecclesiæ Ministri ad Canonum Ecclesiasticorum veterisque disciplinæ observationem in regno ac ditione sua compellantur, inquit Duarenus lib. 1. c. 5. Nam ex eo quod Christo nomen dederint, tenentur ad tuitionem Canonum, non ut leges Ecclesiasticas condant, sed ut legibus suis res decretas sanciant, et conditorum canonum executionem foveant, ac decernant, ut habet Petr. Marca de concord. lib. 1. c. 10. Hinc jus Placiti Regi, cujus usus in plerisque regnis ac provinciis viget, nec sine eo facile Rescriptum ullum, Decretum, Mandatum, Constitutio, Bulla, Breve, aut quæcumque litteræ Romanæ executioni mandantur, uti cautum est apud nos regiis sanctionibus editis die 8. Jan. 1762. et 16. Jun. 1768. quod recursus ad Principem, retentionis, supplicationis, aliis nominibus venit, et agit Covar. pract. quæst. c. 35. Salgado de supplic. p. 1. c. 9. et omnium optime auctor speciminis *Juicio Imparcial* sect. 9. Ob eandem causam sacræ synodi, quæ leges ferendi etiam jus habent, quæ subditos obstringant cum promulgatæ sint, et constitutiones synodales à Principibus probari solent, et debent, et ipsi coetus Ecclesiastici non nunquam regia jussione coguntur, vel eis interesse præcipuos suos Magistratus jubent, ut rite et ordine omnia fiant, neque quid barbarum à quoquam edatur: quia ipsis mandatum est munus publicæ utilitatis, pacis, et ipsis religionis tuendæ, et utrique societati cum religionis tum regni prospicere adstringuntur v. Marca de Concord. lib. 2. c. 10. et lib. 6. cc. 3. 19. Frebon. de statu Eccles. c. 5. §. 4. n. 3. *Juicio Imparcial* sect. 9. 10. ubi hoc fuse et magno eruditionis cumulo versat.

Ibid.

lis in variis vitæ generibus opus futurum est, nec non
LII ad

Ibid. *Vel conventiones.* Ita circa Episcopos Ecclesiæque Ministros constituendos nunc inter Sacerdotium, et Imperium ubique pactis convenit quæ Concordata appellantur. Nam in Gallia amice transactum est inter Franciscum I. et Leonem X. anno 1516. ita ut Regi nominatio Prælatorum Ecclesiæ concessa sit, confirmatio vero Papæ reservata, de quo et de Pragmatica Sanctione, quæ alias in Gallia vigeat v. Marca de Concord. lib. 4. c. 19. et lib. 6. c. 9. Pace etiam hac super materia actum Germanicæ inter Frederic. III. Imperatorem et Nicolaum V. anno 1447. de quo Rupprecht not. hist. in jus canon. t. 1. tit. 2. c. 8. Regibus Hispaniæ hoc idem jus assertum, primo transactione inter Ferdinandum Catholicum, et Pontificem anni 1482. quam servatam in Archivio Simancæ vidisse refert Riol c. 24. et demum perpetua lege concessa nominatio Carolo V. et ejus successoribus ab Adriano VI. die 6. Septembris anni 1523. ut tradit Mariana in appendice historiæ ad ann. 1623. sed hucusque Episcopatus tenus porrigebatur hæc facultas, donec 11. Jan. 1753. plene acta pace, et concordia quoad ceteras dignitates, et beneficia revocata fuit ad Principes omnimoda potestas, quæ inter alias regias constitutiones recensita etiam est novissima legum collectione anni 1772.

Sed non eo usque lex publica pertingere potest, ut sacro munere Ecclesiæ Ministros exuere liceat. Quod ideo existimant Protestantes quia Principibus tribuunt jurisdictionem Ecclesiasticam diversam à civili. Ob violatos vero canones posse in legis Ecclesiasticæ subsidium ipsos, et omnes Clericos in ordinem reducere, quin ob pacem et quietem publicam graviorum criminum reos, et alios continere vi potestatis politicæ, et economicæ exploratum est v. Marca de Concord. lib. 2. c. 7. Ramos del Manzano in II. Jul. et Pap. lib. 3. c. 41. seqq. in qua gravissima re adeo luculenta edidit exempla Ferdinandus Catholicus, atque omnino pius, ac justus Carolus III. nunc feliciter reg-

om-

ad probitatem, moresque elegantes, solide instituantur.

nans ut nusquam apud nos testatior hæc auctoritas fieret. Negari utpote nequit Clericos qua Clerici, et qua Cives considerari posse, bona itemque quatenus sacra, vel quatenus in republica existunt. Quæ juris divini sunt canone perstringi debent, cetera legibus publicis subjiuntur. Itaque et si non omnimoda, aliqua tamen censura in Clericos, in eorum bona, in res Ecclesiasticas, et ipsa sacra ad potestatem civilem pertinet.

Ex quibus jam facile perspicitur quantum ab nostra recedit recentiorum juris naturæ prudentium sententia, qui postquam Ecclesiam Christi plures in partes per provincias, et regna unitate fidei procul habita turpiter sciderunt, nihil aliud sub ejus nomine intelligunt, quam cœtum quorundam hominum certi cujusdam negotii causa congregatum, veluti collegium, aut aliud corpus morale nulla potestate gaudens. Ordine itaque hierarchico temere sublato, quod reliquum jam erat Principibus blandiendi gratia jus in sacra tributum est, nam apud eos ipsi jurisdictionem omnem Ecclesiasticam, et Diocæsanam exercent. Aliter vero sapiunt Catholici, apud nos enim et si ratio cultus interni, et externi non improbetur, ut diximus, plura tamen sacrorum nomine vel potestatis seu juris in sacra intelliguntur. Quia juxta Theologos quæ in Ecclesia Christiana sacra sunt, alia attinent ad

1. sacramenta, alia ad regimen conscientie internæ, alia ad disciplinam exteriorem. Ex quo sequitur triplicem esse potestatem in Ecclesia, alteram ordinis, alteram jurisdictionis interioris, tertiam jurisdictionis exterioris. Prima ad sacramenta conficienda, et ministranda spectat, nempe baptismum, sacros ordines conferre, Eucharistiam conficere, et ministrare, Chrisma et Oleum infirmorum bene dicere. Ad potestatem jurisdictionis interioris pertinet absolvere, et ligare conscientias. Potestas jurisdictionis exterioris controversias fidei dirimit, beneficia confert, Ecclesie Ministros constituit, in delinquentes animadvertit pœnis spi-

tur. Ex quo fine consequitur, 174) ut principis sit, hujusmodi lycea instituere, 175) ea bonis legibus ornare, 176) cathedris viros, solide doctos diligentes, munerique suo pares præficere, 177) dare porro operam, ne doctrinæ reip. noxiæ inculcentur, 178. disciplinæ curam gerere, et 179) prudenter cavere) ne turbulenta ingenia lites ex litibus, serant, *) idemque contingat in academiis, quod de Megarico-rum schola dicere solebat Diogenes, eam esse ἡ σχολὴ ἀλλὰ χολὴ, non scholam, sed meram bilem. Diog. Laert. VI. 24.

*) Dicitur non potest, quanto cum studiorum ipsiusque reip. detrimento conjuncta sint bella illa scholastica. Plerumque enim ea movent homines insulsi et inertissimi, quibus aliorum doctrina et industria est sudes in oculis. Hi enim quo doctiores sunt, eo magis ab illis litibus abhorrent. Res deinde geritur calumniis, conviciis, insidiis, accusationibus, quibus id se consequuturos esse sperant, ut vel opprimant hostem, vel eum suspectum reddant auditoribus. Hinc porro evenit, ut doctores bonas horas, quas auditorum studiis consecrare debebant, scribendis libellis eristicis impendant, ut auditores quoque, sæpe totius controversiæ ignaros, trahant in partes, et sic in sectas abeat ille litigandi pruritus, aliquando etiam in pugnas et verbera. Quæ omnia quam facile evertere possint scholas etiam florentissimas, nemo est, quin intelligat.

LII ij

§. CLXXXIX.

spiritualibus v. Concina Dissert. 4. c. 3. §. 3. jur. nat. Ex his quæ sint Jovis et Cæsaris partes hactenus quodammodo adumbravimus, quarum plura permixta, aut negata à Protestantibus sunt.

Ad §. 188.

Scholæ, et Academiæ. Regii muneris esse scholasticas Universitates instituere tradit Chopin. de Damiano lib. 3. t. 27. Van Espen jus Eccles. p. 2. tit. 11. c. 4. lex 1. regiæ part. 2. tit. 31. adde Valiente Appar. jur. publ. lib. 1. c. 13. n. 35.

§. CLXXXIX.

Jus eorundem circa commercia.

Superest jus imperantium circa commercia. (§. CXXXVI. 38.) Quum enim sine illis subsistere vix possit genus humanum, nedum respublica: (Lib. I. §. CCCXXV. 4.) facile patet, 180) in eam quoque curam incumbere debere rectores reip. ut et floreat commercia, et 181) recte omnia circa illa fiant. Et quandoquidem iis jura omnia competunt, sine quibus finem obtinere non possunt: (§. CXXXV. 29.) consequens est, 182) ut possint illi leges de commerciis, opificiis, exportandis importandisque, expungendis accurate nominibus, re quoque monetaria, ferre, 183) negotiis instantes privilegiis ornare, 184) mercatoribus peregre negotiantibus fœderibus armisque securitatem præstare: 185) societates mercatorum majores munire privilegiis, et 186) generatim ea omnia agere, quibus fœdera et pacta, cum aliis principibus rebusque publicis inita, non refragantur.*)

*) Totum hunc paragraphum mirifice illustrabunt binæ dissertationes, altera Jo. Fridr. L. B. Bachovii ab Echt de eo quod iustum est circa commercia inter gentes, quæ prodiit Jenæ MDCCXXX. altera viri celeberrimi Jo. Jac. Mascovii de fœderibus commerciorum Lipsiæ MDCCXXXV. Quibuscum si junxeris scripta eristica, quibus de controversia, inter Batavos et Belgas, augustæ domui Austriacæ subjectos, de societate mercatoria Ostendendi disceptatum, in primis la Refutation des argumens, avances de la part de Mrs les Directeurs des Compagnies d'orient et d'occident des provinces-unies contre la liberté du commerce des habitans des Pais-bas. Hagæ MDCCXXXIII. et V. C. Jo. Barbeyrac Defense du Droit de la compagnie Hollandoise des Indes orientales contra les nouvelles pretensions des Habitans des Pais-bas Autrichiens nihil erit, quod hujusmodi de quæstionibus possis magnopere desiderare.

CAP. VI. DE JURIB. MAJEST. &C.

§. CXC.

Quia omne imperium est summum atque *ἀντιβουλον*: (§. CXXIX.) sequitur, ut et plura imperia vel respublicæ nemini mortalium subjecta sint. (§. eod.) Quumque, qui in communi societate civili non vivunt, in statu naturali vivere dicantur: (§. IV. 3.) consequitur sane, 1) ut imperia et respublicæ inter se invicem vivant in statu naturali, adeoque 2) in statu æqualitatis, et libertatis. (§. V. sequ.) Et quia porro in hoc statu læsis nullum, nisi in se ipsis, præsidium esse potest, ac proinde unicuique jus est, vim omnem atque injuriam à se propulsandi, idque, quod alter jure perfecto debet, vi extorquendi: (§. X. 24. sequ.) nemo non videt, 3) cuivis imperio ac respublicæ jus belli omnino competere.*)

Bellum gerere omnino licitum.

*) Potest id et aliunde luculenter probari. Ipsa enim natura non modo hominibus, et brutis animalibus indidit cupiditatem, se suaque vi tuendi, sed et hæc armis quibusdam ad vim propulsandam instruxit. Horat. *Serm. II. l. v. 50.*

Ut, quo quisque valet, suspector terreat, utque

Imperet hoc natura potens, sic collige mecum.

Dente lupus, cornu taurus peris. Unde, nisi intus

Monstratum

Qualia veterum testimonia complura collegit Grot. de *Jure belli et pac. I. 2. 1. 4.* Deinde quum ipsis, qui in societate civili vivunt, privatis ideo jus sit, se suaque vi tuendi, quod ipsis in promptu non est aliud præsidium: (Lib. I. §. CLXXXI. 18.) multo magis id licebit populo libero, quum in statu naturali nullus sit communis lædentis et læsi magistratus, à quo defendi possit. (ibid. §. CLXXXIII.) Plura juri bellandi argumenta ex scriptura sacra opposuerunt veteris ecclesiæ patres, uti Tertull. de *idolol. Cap. XIX.* et de *coron. milit. Cap. XI.* Origen. *Lib. VIII. adv. Celsum p. 425.* Erasmus in *Militia Chris-*

§. CLXXXIX.

Jus eorundem circa commercia.

Superest jus imperantium circa commercia. (§. CXXXVI. 38.) Quum enim sine illis subsistere vix possit genus humanum, nedum respublica: (Lib. I. §. CCCXXV. 4.) facile patet, 180) in eam quoque curam incumbere debere rectores reip. ut et floreat commercia, et 181) recte omnia circa illa fiant. Et quandoquidem iis jura omnia competunt, sine quibus finem obtinere non possunt: (§. CXXXV. 29.) consequens est, 182) ut possint illi leges de commerciis, opificiis, exportandis importandisque, expungendis accurate nominibus, re quoque monetaria, ferre, 183) negotiis instantes privilegiis ornare, 184) mercatoribus peregre negotiantibus fœderibus armisque securitatem præstare: 185) societates mercatorum majores munire privilegiis, et 186) generatim ea omnia agere, quibus fœdera et pacta, cum aliis principibus rebusque publicis inita, non refragantur.*)

*) Totum hunc paragraphum mirifice illustrabunt binæ dissertationes, altera Jo. Fridr. L. B. Bachovii ab Echt de eo quod iustum est circa commercia inter gentes, quæ prodiit Jenæ MDCCXXX. altera viri celeberrimi Jo. Jac. Mascovii de fœderibus commerciorum Lipsiæ MDCCXXXV. Quibuscum si junxeris scripta eristica, quibus de controversia, inter Batavos et Belgas, augustæ domui Austriacæ subjectos, de societate mercatoria Ostendendi disceptatum, in primis la Refutation des argumens, avances de la part de Mrs les Directeurs des Compagnies d'orient et d'occident des provinces-unies contre la liberté du commerce des habitans des Pais-bas. Hagæ MDCCXXXIII. et V. C. Jo. Barbeyrac Defense du Droit de la compagnie Hollandoise des Indes orientales contra les nouvelles pretensions des Habitans des Pais-bas Autrichiens nihil erit, quod hujusmodi de quæstionibus possis magnopere desiderare.

CAP. VI. DE JURIB. MAJEST. &C.

§. CXC.

Quia omne imperium est summum atque *ἀντιβουλον*: (§. CXXIX.) sequitur, ut et plura imperia vel respublicæ nemini mortalium subjecta sint. (§. eod.) Quumque, qui in communi societate civili non vivunt, in statu naturali vivere dicantur: (§. IV. 3.) consequitur sane, 1) ut imperia et respublicæ inter se invicem vivant in statu naturali, adeoque 2) in statu æqualitatis, et libertatis. (§. V. sequ.) Et quia porro in hoc statu læsis nullum, nisi in se ipsis, præsidium esse potest, ac proinde unicuique jus est, vim omnem atque injuriam à se propulsandi, idque, quod alter jure perfecto debet, vi extorquendi: (§. X. 24. sequ.) nemo non videt, 3) cuivis imperio ac respublicæ jus belli omnino competere.*)

Bellum gerere omnino licitum.

*) Potest id et aliunde luculenter probari. Ipsa enim natura non modo hominibus, et brutis animalibus indidit cupiditatem, se suaque vi tuendi, sed et hæc armis quibusdam ad vim propulsandam instruxit. Horat. *Serm. II. l. v. 50.*

Ut, quo quisque valet, suspector terreat, utque

Imperet hoc natura potens, sic collige mecum.

Dente lupus, cornu taurus perit. Unde, nisi intus

Monstratum

Qualia veterum testimonia complura collegit Grot. de *Jure belli et pac. l. 2. c. 1. 4.* Deinde quum ipsis, qui in societate civili vivunt, privatis ideo jus sit, se suaque vi tuendi, quod ipsis in promptu non est aliud præsidium: (Lib. I. §. CLXXXI. 18.) multo magis id licebit populo libero, quum in statu naturali nullus sit communis lædentis et læsi magistratus, à quo defendi possit. (ibid. §. CLXXXIII.) Plura juri bellandi argumenta ex scriptura sacra opposuerunt veteris ecclesiæ patres, uti Tertull. de *idolol. Cap. XIX. et de coron. milit. Cap. XI.* Origen. *Lib. VIII. adv. Celsum p. 425.* Erasmus in *Militia Chris-*

Christiano, et Adagior. Chil. IV. Cent. I. adag. I. nec non postea anabaptistæ, de quibus Arnoldus in *Hist. eccles. et haret. Part. II. Libro XVI. Cap. XXI. n. XXIV.* Sed horum argumenta suo more profligarunt. Grotius *ibid. §. V. sequ.* et Huber. *de jure civ. III. 4. 6. sequ.*

§. CXCI.

Per BELLUM vero intelligimus statum liberarum gentium vel hominum, in statu naturali viventium, juris sui persequendi causa vi dolove concertantium, propositumve concertandi retinentium. *) Ex qua definitione patet, 4) bellum non in ipso tantum certandi actu, sed et in hostili statu certandique proposito consistere, adeoque 5) et inducias non ad pacis, sed ad belli, statum esse referendas: 6) non belli vero, sed tumultus, vel vis publicæ privatæve, nomine venire concertationem hominum, qui non suæ potestatis, sed sub imperio sunt.

*) Ita definire visum est bellum, quamvis alii definiant aliter. Ciceroni *de Offic. I. 11.* omnis certatio per vim est bellum. At Grotius *de jure belli et pac. I. 1. 2. 1.* observans, usu obtinuisse, ut non actus, sed status, belli nomine veniat, eam Ciceronis definitionem ita emendat, ut bellum vocet *statum per vim certantium, quales sunt.* Sed quum hæc definitio æque in tumultum vel vim publicam privatamque, ac in bellum, cadat: paulo melior est illa Alberici Gentilis *de jure belli I. 2.* cui bellum est *publicorum armorum justa contentio*, omnium optima vero ea, quam dedit V. A. Corn. van Bynkersh.

Quæst. jur. publ. I. 1. Bellum est eorum, qui suæ potestatis sunt, juris sui persequendi ergo, concertatio per vim vel dolum, quam, quod ad sensum attinet, totam retinui-
mus.

§. CXCII.

Quum ergo bellum gerant liberæ tantum gentes, sique homines, qui in statu naturali vivunt: (§. CXCI.) consequens est, 7) ut jus belli posteriore casu sit promiscue omnibus, quippe inter se æqualibus; (§. V. et X.) 8) priore non nisi summis imperantibus: (§. CXXXVII. 41.) adeoque horum sit 9) mi-

milites legere, vel conducere, *) 10) urbes et castra munire, 11) ærarium militare pecunia, 12) armamentaria tormentis et armis; 13) granaria com-
meatu, 14) navalia navibus replere, 15) bellum decernere, 16) milites hosti, etiam cum summo periculo, opponere, 17) leges de disciplina militari ferre, et similia. Quum enim finis et hujus juris sit securitas externa, (§. CXXXVII.) et imperantibus omnia jura competant, sine quibus finis obtineri non posset: (§. CXXXV. 29.) jura hæc omnia cum jure belli conjuncta esse oportere, facile unusquisque intelligit.

*) Notum est, MILITIAM aliam LECTAM esse, quando unusquisque civis patriæ militat, qualis olim Græcis civitatibus, ipsisque Romanis, libera adhuc civitate, placebat, hodieque placet Helvetiis: aliam MERCENARIAM, quando miles, etiam extraneus, certa mercede conducitur, quam Augustus ex politicis rationibus lectæ præferebat, consilio Mecænatæ apud Dionem Cass. *Hist. Lib. LII. p. 482.* et quam hodie probant monarchæ omnes, quibus non adductius est imperium: aliam denique SOCIAM, quando respublicæ fœderatæ vel clientelares certum copiarum numerum submittere tenentur, qualia olim erant Latinorum auxilia, Romanis submit-
tenda: de quibus militiæ generibus legenda Herm. Conringii *dissertatio singularis.* De mercenaria incidit quotidiana quæstio, an fas sit principii amico in imperio populi amici militem conducere? Quod adfirmandum esse nisi obstat interdictum speciale, et nisi conducticii illi jam patriæ sacramentum dixerint, erudite nuper defendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Quæst. jur. publ. I. 22.*

§. CXCIII.

Ex eadem belli definitione (§. CXCI.) satis perspicuum est, 18) bellum decernere non posse magistratum, provinciæ cuidam vel munimento præfectum, quamvis 19) eum urbem provinciamque, cui præest, in repentino tumultu, etiam sine jussu speciali, adversus quemcumque adgressorem defendere debere, nemo dubitet. Immo et contingere potest, 20) ut provincia quædam tam sit dissita à republica, ut præses non

An et
magis-
tratus
bellum
inferre
possit?

non nisi tardius de imminente periculo certiores facere possit imperantes. Quo casu, si jus discernendi bellum generali mandato præsidi datum est, hunc recte etiam injussu superiorum bellum gerere; extra omnem dubitationis aleam positum videtur. *)

*) Hinc injustum erat bellum, quo Cn. Manlius Gallogræcos adgredebatur. Ob quam causam etiam triumphum illi negatum esse, refert Liv. XXXVIII. 45. addita ratione, quod quum nullam ibi causam belli inveniret, quicquid regis, circumegerit exercitum ad Gallogræcos, cui nationi non ex Senatus auctoritate, nec populi jussu, bellum ab eo intulit, quod quem unquam de sue sententia facere ausum? Præterea notum est, parum abfuisse, quin Senatus Germanis dedendum censeret Julium Cæsarem, quod injussu populi illis bellum intulisset. Sueton. Jul. Cap. XXIV. At, qui, ab Hispanis, Lusitanis, Belgis, cum summa potestate in provincias Indicas et Americanas mittuntur, iifere cum liberrima facultate belli pacisque mitti solent, adeoque sæpe contingit, ut prius de confecto, quam de inchoato bello, nuncius domum perveniat.

§. CXCIV.

Præterea ex hac definitione discimus, 21) injustum esse omne singulare certamen, nisi jussu summovatis sit imperantium initium: *) adeoque 22) distinctionem Grotii inter bellum PUBLICUM et PRIVATUM otiosam esse, nec veræ belli definitioni quadrare. 23) Multo minus justi belli nomen mereri illud, quod cives inter se, vel cum ipsa republica gerunt, quodque vulgo BELLUM CIVILE nomine venit. Denique et 24) vim, quam piratæ et prædones veluti universo generi humano inferunt, non bellum esse, sed funestissimum latrocinium, adeoque 25) hos omnes homines non juribus belli perfrui, sed 26) tamquam securitatis publicæ turbatores puniri debere.

*) Tale enim singulare certamen est BELLUM REPRÆSENTATIVUM, quo veteres utebantur, dum selectos quosdam ex utroque exercitu homines committebant, stipulati sibi imperium in hostes, si victoria penes suos stetisset. Complura hujus generis exempla suppeditant vestige-

terres annales, quæ jam collegerunt Grot. de jure belli et pac. III. 20. 43. sequi. qui tamen, iniqua esse certamina, existimat, quia nemo sit vitæ membrorumque suorum dominus. Sed quum imperanti liceat, totos exercitus opponere hosti: quidni et unum vel paucos? Alia est quæstio, an civilis prudentia regulis consentanea sint bella hæc repræsentativa? De eo enim vel ideo licebit dubitare, quod ita alex exponitur universa respublica, nec viribus reliquis novam fortunam experire licet, ceu malo suo experti sunt Albanj apud Dionys Halicarnass. Antiqu. Lib. III.

§. CXCIV.

Deinde quum juris sui persequendi causa bellum grant gentes liberæ: (§. CXCI.) consequens est, 27) ut non nisi duæ sint CAUSÆ BELLUM JUSTIFICÆ: altera, si quis populus extraneus populum alterum injuste lædat, vitæque, libertate, et opibus spoliare velit; altera, si jus perfectum denegat. *) 28) Ut prior sit justa causa belli DEFENSIVÆ, posterior OFFENSIVÆ, adeoque 29) intentia causa, quam commentus est Grotius de jure belli et pac. II. 1. 2. 1. punitio nimirum scelerum, eo minus videatur admittenda, quo magis constat parem à pari, adeoque gentem à gente, puniri non posse. *) (§. CLIX. 37.)

*) Nec aliud evincit ratio Grotii ibid. n. 1. Ac plane, quo actionum forensium sunt fontes, totidem sunt belli: nam ubi judicia deficiunt, incipit bellum. Dantur autem actiones aut ob injuriam non factam, aut ob factam. Ob non factam, ut, qua petitur cautio de non offendendo, item damni infecti, et interdicia alia, ne vis fiat. Ob factam, ut aut reparatur, aut ut puniatur, quos duos obligationum fontes recte distinguit Plato, non de legibus. Quod reparandum venit, aut spectat id, quod nostrum est, vel fuit, unde vindicationes, et conditiones quadam, aut id quod nobis debetur, sive ex pactione, sive ex maleficio, sive ex lege, quo referenda, que quasi ex contractu et quasi maleficio dicuntur, ex quibus capitibus nascuntur conditiones ceteræ. Factum, ut puniendum, parit accusationem et judicia publica. Hæcenus Grotius. Sed quemadmodum à statu naturali ad civilem vix licet ducere argumentum: ita non magis illud procedit, si quis statum naturalem ex civili æstimare velit. Gens delicto suo aut gentem lædit,

*Not
Ideo errat
Holorcanus,
Dum vult in
dos Jure finire
suis terris spo
liam ab hys
panis, quod
essent idola
tæ, ac tyra
nidæuro hor
libu de hctis.*

dit, aut non lædit, e. g. si idola colat, carne humano vescatur. Priore casu gens læsa delinquentem justo ac pi- bello adgreditur, non tamen *punitivo*, sed *defensivo*. Posteriore nullum plane jus est belli gerendi, quia punire delinquentem non potest, nisi superior.

§. CXCVI.

An iure geratur bellum ob denegatum jus imperfectum? Quemadmodum vero juris tantum perfecti denegatio justam belli causam præbet: (§. CXCIV. 27.) ita sua sponte inde sequitur, 30) ut, ob jus imperfectum vel officium humanitatis denegatum, arma corrigere non liceat, (§. X. 26.) adeoque 31) non sint hæc justæ belli causæ, si quis alterius exercitui transitum neget, novas sedes quærentes nolit admittere, commerciorum libertatem petentibus det repulsam, beligerantibus hospitia, comæatum, pecuniam sufficere nolit, nisi 32) talia vel ex pacto antecedente, vel 33) in extrema necessitate, petantur, *vel ita sint innoxia*, ut sine omni detrimento præstari possint. *) (X. 27. sequ.) Talium enim denegatio omnino in læsionem incidit, ac proinde bello defensivo causam suppeditat justissimam. (§. CXCIV. 28.)

*) Idcirco contingit. Periculum enim vel ab ipso transeunte imminet, vel ab hoste, qui victoria potiturus, malam gratiam referet vicino, qui transitum concessit. Si tamen vere innoxius sit transitus, quem quis petit, isque tam necessarius, ut alia via non pateat: is omnino lædere videtur, qui iter facientibus resistit. Et huc referimus bellum ab Israelicis jussu Dei gestum. Num. XXI. 21. 22. At Idumæos ob eandem causam bello non potuerunt. Num. XX. 21. sive quod non æque innoxius futurus fuisset ille transitus, sive quod non æque videretur necessarius, quum alia via Kadesum pateret.

§. CXCVII.

Ad §. 196.

Vel ita sin innoxia. Nam cum hæc officia in extrema necessitate petuntur, aut manifesto innoxia sunt, stricto jure debentur, uti residua adhuc ex communione primæva v. Wolf. jus nat. p. 54. et quæ notavimus supra lib. 1. §. 174. et lib. 2. §. 10.

§. CXCVII.

Quum verò aliquando perinde sit, sive nos ipsi lædamur, sive per *latus alterius* petamur, itemque sive nobis jus perfectum denegetur, sive aliis, quibus vel ex pacto, vel nostrum causa ad opem ferendam obstricti sumus: recte inde colligimus, 34) posse etiam pro aliis sociis et fœderatis bellum geri, immo et 35) pro vicinis, si certis argumentis, aut non levibus certe indiciis, constet, illorum ruinis et nos oppressum iri. Quis enim vitio vertat vicino, properanti ad restringendum incendium, dum proximus ardet Ucalegon? Quis non verissimum putet illud verus: *Tunc tua res agitur, paries quum proximus ardet?* At, quum ne pro nobis ipsis quidem justum bellum geramus, nisi justa belli causa sit: (§. CXCIV. 27.) 36) multo minus sanctum, piusque erit bellum, quando aliorum causæ injustæ patrocinium suscipimus.

§. CXCVIII.

Ceterum quamvis hæc causæ facile discernantur à coloribus, quibus et ii, qui injustissima bella suscipiunt, utuntur: his tamen plerumque plus, quam illis, deferunt homines, qui utilitatis potius suæ, quam justitiæ, habent rationem. Quandoquidem tamen solæ, quas supra adduximus, (§. CXCIV.) belli causæ pro justis habendæ sunt: facile patet, 37) injusta contra esse bella, quæ vel sola invitante occasione, vicino quippe imparato, vel 38) ob utilitatem quamdam insignem, vel 39) ob gloriam rerum gerendarum, 40) parandumque amplissimum imperium, vel 41) odio religionis, sine alia justa causa, suscipiuntur. *)

Mmm ij

§. CXCIX.

Ad §. 198. scholion.

In scholio hujus §. Christianos omnes sugillatæ Heineccius, Pontifices, Reges, et populos, qui pro recuperatione Terræ Sanctæ à sæculo XII. cruce notati, contra Saracenos pluries dimicarunt: sed acerbio-

§. CXCIX.

Distinc-
tio belli
solem-
nis et
minus
solem-
nis otio-
sa.

Semel decretum bellum solemniter esse indicendum, pluribus gentibus visum est, ac proinde notissima est. Sicut et biori præsertim in Hispanos odio deinceps erumpit ob Mexicanæ ditionis debellationem. Nec mirum, quod homo hæreticus, in Holandia et Germania diu innotuitus, catholicorum, atque Hispanorum gloriæ invidus, talia proferat, quæ in hac editione merito expungi oportebat. Quare ne ab Heineccio in aliis editionibus allata, vel à ceteris recentioribus, quibus jam solemne est, eandem crambem recoquere, cum summa invidia ingesta incautos lectores abripiant, sequentia atterere libuit. In primis Hæresim Lutheri asserentis non licere Christianis bella in Turcas gerere jure profecto percussit Ildephonsus à Castro adv. hæres. lib. 3. qua nota damnandi etiam sunt Buddeus, Heineccius, et quicumque ejusdem vesanæ opinionis sequaces cruceatorum expeditiones improbant. Justæ enim æquissimæque plures erant causæ pro sacro hoc suscipiendo bello, quas attulit Summus Pontifex Urbanus II. ad Concilium Clarimontis anno 1095. et excerptit Gundizalvus Illescas in hujus Pontificis vita. Quippe Mahumedis assecle occupata Africa in Hispaniam irruerant, Galliam, Italiam, et ubi vis quid quid Christiani nominis delere gestiebant, nec mari nec terra tutum esse præsidium nisi ad eos retundendos magnos undique collectos exercitus fudisset occidens. Hac præcipua de causa permoti Principes Christiani illustria tunc juxta ac prudentissima iniere consilia, et sancta, pia procul dubio intulerunt bella adversus infensissimos hostes, et omnium aliarum prope gentium eversores, uti habet Covar. in regula peccatum p. 2. §. 10. et plures alii laudari à Solorzano de Ind. jure lib. 2. c. 16. à num. 59. Etsi enim recentioribus quibusdam non satis tuta hæc videatur ratio, quia non adeo certum est Mahumetanos se hostes gesisse in alios omnes, levem hunc eorum scrupulum demet Ludovicus Marracius tom. prod. ad refut. Alcorani p. 2.

pluribus gentibus visum est, ac proinde notissima est. dis

2. c. 5. ubi Mahumetanos omnes, et præsertim Arabes, et Turcos, quibuscum res nobis fuit, utpote è syctharum genere, truccis ac ferocis naturæ, ab omni prorsus humanitate erga externos cum alienos esse tradat, deinde p. 4. ibid. c. 23. pluribus locis ex Alcorano adductis bellum adversus exteræ religionis homines Mahumetum magna cum versutia, et dolo indicare probat. Immo fidei hostibus datæ, si alterius religionis sint, nullo se teneri viaculo Prophetæ sui exemplo sibi facile persuadent, qui fœdus cum Meccanis initum servavit quamdiu se viribus, opibusque destitutum vidit, cum primum autem robore et potentia valuit, eos adortus expugnavit Meccam. Qua propter diu apud eos inoleverat mos pangendi cum hostibus non pacem sed inducias, verum quas eadem prope religione servabant v. Mabli jus pub. Europ. t. 1. c. 6. Jam vero in eos qui hostilem manifesto animum in nos produunt, et habent, juste bellum suscipi vel ipsa Heineccius fassus est §. 200. tum enim ad arma prorruendum esse, ait, quando populus hostilem animum in nos ostendit, et apertius supra lib. 1. §. 183. in scholio.

Quod vero attinet ad justas belli causas in Indos suscipiendi diu et multum jam inde ab initio debellationis digladiatum est apud nos. De qua controversia nonnulla scita dignissima tradit Greg. Majansius in vita Anton. Augustini Archiep. Tarraconensis §. 56. et Joannes Solorzano de jure ind. lib. 2. cap. 1. scriptores recenset, qui hoc argumentum pertractarunt, doctissimos quosque etenim viros nobilis materia olim exercuerat. Ex quibus exteri ad invidiam nomini hispano constandam tantum accomoda desumunt, procul habitis iis, quæ summo jure, et æquitate constant. Ceterum ipsi postea nullum non moverunt lapidem quo jure, quaque injuria pedem ut aliqua apud Indos figerint, et si alia suppetat via, parta summo ab Hispanis labore per fraudem ereptum eunt, donec tandem voti compotes facti, nihil jam de jure illos,

distinctio belli in SOLEMNE, vel JUSTUM, et MINUS

SO-

sola lucri captandi, et de regnandi cupidine acerba, et sacra fatigat cura. Nobis autem quoniam otium non est disputationis seriem, et argumenta retexere, prodispellenda Heineccii calumnia sat erit obiter pauca in medium afferre. In primis valde errare eum notandum, et omnes qui ita causam hanc expendunt, quasi qui primi Novum Orbem adnavigarunt statim consilium ceperint gentes illas subigendi. Temerarium ausum hoc, nec illis posse ita persuaderi haud facile putandum. Sed nihilominus ita debebat esse ut caput accusationis in Hispanos valeret, qui ut ajunt opprimere gentes, nulla sibi injuria cognitae, aggressi sunt. Verum tamen cum caussa discutienda sit ex historia, et testium integra fide, omnino ex his eruitur, qui primo illuc adiere leniter et amice accessisse, nec aliud nisi commercia mercium permutatione inire, pacem, et amicitiam serere curae fuisse. Armis neque bello nunquam actum nisi defensionis, vel necessitatis caussa compulsi. Exemplo sit Mexicana æquisitio, quam nominatim queritur Heineccius. Postquam enim Jucatanum, et alias regiones detectas à Francisco Fernandezio de Corduba plene constitit, rursus illuc Joanes à Grijalva missus est, qui primo procul è conspectu sive amore patriæ tactus, sive militum applausu *Hispaniam Novam* illum tractum appellavit. Magna postea tempestate pressi ad Insulam Cozumel delati fuere, sed inde aliquantulum reffectus nulla eorum injuria discessit, et cum ad Tabascum pervenisset perhumaniter acceptus, icto simul cum his fœdere solvit, ut alias pariter regiones mare illud adjacentes inviseret. Successit Grijalvæ longe nobilissimus harum gentium domitor magnus Ferdinandus Cortezius, qui cum simili via amice et blande legere eadem loca cœpisset, accidit ut nec opinum illum adverso flumine Grijalvæ (diditum jam erat hoc illius nomen) Tabascum subeuntem, sagittis, et jaculis prohibere ripis circumfusi Indi undique parati exirent, rupto per summum scelus fœdere cum Grijalva pacto, quo

*Ita fuit neq
in hoc cal-
lumnia fir-
miter, Heineccius
sicut Hispanus*

solemne, vel INJUSTUM, quorum illud ex plerorumque

non illud est, sed in da tempore, non in moribus sen-
quo jam arma expedire pro tuitione opus erat, et ita factum. Nam cum in ripam celeriter se prorripuissent, etsi numero impares, virtute tamen militum multitudinem superavit. Parum autem hoc erat, quia in arc-tissimo salutis exitiique confinio manus hæc parva Cortezii restabat, ni omni auxilio destituta quælibet honesta media pro salute tentare posset, in terra præsertim hostili, et malefido solo. Justum enim est bellum, inquit Cajus Pontius ad Samnites, quibus necessarium; et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Liv. lib. 7. c. 2. Se munire itaque, oppida, et alia quæcumque inimicorum ad se tuendos capere, amicitiam, et pacem cum aliis conjungere ipsis licebat. Nec aliter se gessit Cortezius, nam lenitate et obsequio sibi devinxit Zempoalas, cum Tlascalis liberis ipsis nec ullius imperio obnoxiiis societatem coaluit, nec Motezumam nisi venia prius habita, et de conjungenda pace monitum adire sæpius palam professus est. Donec tandem à Rege magno et tot regnorum domino, infido tamen illo, et sævo, multisque injuriis immanissimæ gentis laceratus, eo ferro et armis processit, ut Imperator ipse, et omnis populus ultro sese in fidem dederint. Quin postea ut nulla forte de hac justa acquisitione dubitatio subesset, quicumque vel longissima sanguinis regii propinquitate conjuncti erant, cessione, et translatione juris, si quid ipsis erat reliquum, quoniam uberrime de victu regia liberalitate illis prospectum esset, gratuito transmissere. Ita sigillatim facta hujus belli et aliorum accurato examine sunt ponderanda ut liquido de his judicium ferri possit. Et quoniam argumentis jam agendi locus nunc non est, tribus verbis omnis difficultas conficitur. Nam ut verissime dixit Grotius lib. 3. de jure bell. c. 1. §. 3. Jus nostrum non ex solo belli principio spectandum, sed ex causis subnascens: Sic qui se agregant me impetenti, sive socii, sive subditi, in se quoque jus tuendi me mihi porrigunt. Et opportune quidem prorsus apud elegantissimum hujus debel-

la-

sententia est, quod à liberis gentibus, prævia solemnitione indictione; hoc, quod ab eo, cui jus belli non est, suscipitur, nec indicitur solemniter. Enimvero uti facile largimur, id fere in mores gentium ivisse, splendidioremque plerisque videri victoriam, quæ prævia denuntiatione, vel proposito edicto, vel per faciales, vel aliis ritibus facta, obtineatur: ita, quia ritus et solemnitates ab arbitrio hominum pendent, nec mores hujusmodi jus gentium constituunt, (Lib. I. §. XXII. *) inter bella quoque INDICTA ET NON INDICTA, quod ad effectum attinet, nihil omnino interest, 42) hanc divisionem nullius momenti esse, merito arbitramur. *)

*) Magni hanc distinctionem faciunt Grot. de jure belli et pac. III. 3. et Alberic. Gentil. de jure belli II. 1. quod inde Pufendorffius, Huberus et alii sequuti sunt, duplicem interserentes causam, alteram, quod ex hac interpellatione constet, alio modo fieri non posse, ut nostrum aut nobis debitam consequamur: alteram, quia ita constet, non privato ausu, sed voluntate utriusque populi capitum, geri bellum. Enimvero hæ rationes, utilem et honestam esse indictionem, probant, non item, eandem esse necessariam, quia de utroque et alio modo, quam solemniter facta denuntiatione, constare potest. Recte itaque Dio. Chrysostom. orat. ad Nicomed. etiam ex juris gentium principiis. *πάλαιοι δὲ καὶ τὸ πάλαιον ἀνάγκη τοὺς πόλεμους ἔχειν ἀνεπισημασμένους.* Pleraque bella sine indictione suscipiuntur. Causam jam perorarunt Thomas. ad Huberum de jure civit. III. 4. 4. 27. et, qui de moribus etiam Europæorum novissimis erudite disseruit, V. A. Corn. van Bykersho. *Quest. jur. publ. I. 2. pag. 5. sequ.*

§. CC.

lationis scriptorem Solisium lib. 1. c. 17. Cortezius suos hortatur, *que alli se debia usar primero de la rodela, que de la espada: por ser aquella una guerra, cuya justicia consistia en la provocacion.* Plura et alia momenta scio ab auctoribus nostris exaggerari, quibus quam optime fulsa nostra sententia foret; interim tamen ad rectæ rationis censuram revocatam, mihi ita causam dicere placet, cum nec res ipsa plus ut dicam non postulet. *Alca.*

§. CC.

Id vero ipsa recta ratio suadet, 43) non illico proruendum esse ad arma, sed tum demum, quando populus hostilem animum adversus nos ostendit. (Lib. I. §. CLXXXIII. 25.) Quum vero is hostilem adversus nos animum ostendat, qui omnes æquas pacis conditiones pertinaciter respuit: (eod. *) merito inde colligimus, 44) priusquam res manu ferroque geratur, rem, quam nobis abesse, vel deberi credimus, repetendam, 45) causam dubiam, propositis utrimque argumentis, ad liquidum perducendam, 46) omniaque media bellum impediendi tentanda esse. *) Quo facto, 47) is procul dubio jure arma corripit, qui justis propositis causis, nihil æqui ab hoste impetravit.

*) Quorum mediorum tria potissimum commendant Grot. de jure belli et pac. II. 23. 7. sequ. et Pufendorffius de jure nat. et gent. V. 13. 3. et VIII. 6. 3. colloquium, seu disceptationem amicam, provocationem ad arbitros, et sortem. Sed sortis quidem in causis publicis, præterquam si res dividenda sit, rarissimus usus est, nec solent facile principes et respublicæ jura sua fortunæ arbitrio permittere. Reliqua media et inter gentes receptissima, et rectæ rationi admodum consentanea sunt, quia nemo sapiens vi et cum periculo repetere vult id, quod sine vi consequi posset: (Lib. I. §. CLXXXI. 20. *) ut adeo recte, quamvis ridicula occasione, dicat miles Terentianus:

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Qui scis, an, qua jubeam, sine vi faciat?

Ad eundem finem comparata sunt scripta publico nomine edita, quæ hodie vocant *Deductiones* et *Manifesta*, quamvis posteriora plerumque, ubi jam veluti intra telum jactum ventum est, non tam declinandi, quam indicendi justificandique belli causa, publicari soleant. Vid. Jo. Henr. Boeckler *Exercit. de clarig. et manifestis.*

§. CCI.

Quandoquidem vero juris sui persequendi causa bella gerunt principes et gentes liberæ: (§. CXCIV.)

Quid
con- hosti in

hostem liceat? consequens est, 48) ut hosti in hostem liceant omnia, sine quibus ille jus suam obtinere non posset. Id vero quum obtinere numquam possit, nisi hostem in eum statum redigat, ut vel non possit, vel nolit amplius hostilem animum ostendere: 49) hostem quisque suum *et vi, et dolis*, recte adgreditur, 50) sternit, 51) spoliat personis rebusque qualibuscumque, 52) cessantibus omnibus officiis humanitatis, quibus hostis noster adversus nos fieri posset validior. (Lib. I. §. CCVIII. 14. *) Quin 53) ne injustum quidem dixeris hostem, veneno utentem, vel percussores immitentem, quamvis illum contra mores gentium humaniorum, quos RATIONEM BELLII vocant, egisse, recte dixeris. *)

*) Dissentit quodammodo. Crotius *de jure belli et pac.* III. 4. 15. et XVIII. Sed non statim, quæ magnitudinis animi laudem ferunt, ita sunt comparata, ut omnia pro injustis habeantur. Venenis non uti solent gentes humaniores: at utuntur Turcæ, Tartari, alique populi orientales, qui tela et sagittas venenis inficiunt. Hos ergo parum humanos, at non ideo injustos dixeris, quia hosti in hostem omnia licent. Ita recte ad animi magnitudinem refertur, quod Coss. Romani ad Pyrrhum regem scripserunt: *Nobis non placet pretio, aut premio, aut dolis pugnare.* Gell. *Noct. Attic.* III. 8. At ideo non dixeris injustum facinus Ehadæ, percutientis Eglonem, *Jud.* IV. 20. sequi vel Jaelis, tempora Sissare, clavo transgentis, *Jud.* IV. 21. vel Judichæ, Holofernem, obtruncantis. Præterea mores gentium, quæ reliquis humaniores videri volunt, aliquando parum absunt ab adulatione. Qua de re illustr. Bynkersh. *Quæst. jur. publ.* I. 3. p. 17. *Adeo adulandi ferax fuit sæculum præteritum, et hoc nostrum, ut principes neque adulationis obliviscantur inter ipsa arma. Unde nunc ho-*

Ad §. 201.

Et vi, et dolis. Dolis nempe bonis, uti postea in §. 202. schol. hoc est stratagematis, et aliis belli artibus, quæ ex communi disciplina fiunt, ad eludendos hostes, non vero perfidiis, mendaciis, aut deceptionibus.

hostes hostibus precantur omnia prospera, seque invicem vocant amicos, et hostium damno quasi indolent. Atque ita est in *Epistolis Ordinum generalium ad Angliæ Regem* 10. Jul. 16. Sept. et 26. Nov. MDCLXVI. et rursus *Angliæ regis ad Ordines generales.* 4. Ang. et 4. Octob. MDCLXVI. Quamvis autem utriusque hanc temporis in mutuam perniciem accingerentur: attamen inter jus belli et officia amicitie satis convenire scribunt Ordines; d. *epistola* 10. Jul. 1666. Quin et Gallorum rex, qui tunc quoque bellum gerebat contra Anglorum Regem, anno 1666. ad eum misit legatum, qui conflagrationi urbis Londonensis indoleret. Humanitatem, clementiam, pietatem, ceterasque animi magni virtutes in bello exercere gloriosum est, sed oppido putidum, solis verbis ludere. Quid enim, nisi verbis ludis, quum indoles conflagrationi urbis, quam ipse cuperes incendere? En egregia humanitatis specimina. An ideo his injustiorem dixeris G. P. Popillum Lanatem, qui salutatus ab Antiocho rege, eum, nisi amicum, resalutare voluit, et ne dextram quidem à Rege hoste porrectam prehendere noluit? Polyb. *Excerpt. legat.* Cap. XCII. Liv. XLV. 12. Duriuscula hæc sunt, at non injusta tamen, immo aliquanto minus indecora, quam hostiles illæ blanditiæ.

§. CCII.

Quum vero adversus hostem tantum vi et dolis uti liceat: (§. CCI. 49.) consequens est, 54) ut idem non liceat adversus eum, quocum paciscimur, quippe cui tunc, non tamquam hosti, sed tamquam paciscenti nobiscum, fidem damus. *) Ex quo patet, 55) turpissimam esse eorum perfidiam, qui inducias, sive breves, sive diuturnas, tempore nondum elapso, rumpunt: quamvis 56)) interea actus mere defensivos recte suscipere utramque partem, omnino verum sit. Pufend. *de jure nat et gent.* VIII. 7. 10. Nec magis 57) excusanda est eorum perfidia, qui leges deditiois, vel 58) pacta de securo commeatu, vel 59) quæ de redimendis captivis ineuntur, turpiter violant, hic quoque hosti in hostem omnia licere, stolidè persuasi.

*) Rectè ergo dolum bonum, quo hostes circumveniuntur, à perfidia discrevit. Agesilaus apud Plutarchum in *vita* p. 600. ubi hoc elegans usus dictum memoratur: *ἐν τῷ*

Non ij

An hostes foederibus pactis liceat?

πῶς ἐπιπέσει ἀδικίᾳ, τὸν δὲν ἴσῃ καὶ ἀποδοῦν ἢ δὲ τῷ πα-
 ρισφίδαρ τὸν πρῶτον, πῶς τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δὲ τῷ παρῶν,
 καὶ τὸ μὴ ἴδεναι καὶ ἀδικίαν ἴσῃ. Fidem in fœdere fallere, ni-
 hil aliud esse, quam Deos contemnere: hostium vero circum-
 ventionem non cum justitia modo, sed et cum laude, et jucun-
 do conjunctam esse compendio. Quid si vero hostis antea fi-
 dem sefellerit: an non licet, data occasione, par pari re-
 ferre? Non videtur. Quamvis enim perfidia paciscentis
 unius alterum obligatione liberet: (Lib. I. §. CCCCXIII.
 *) id tamen intelligendum est de eodem pacto bilateralī,
 ejus conditioni alter ex sua parte non satisfacit. Si ve-
 ro cum eo, qui pacto non stetit, de novo paciscor:
 tunc remisisse videor priorem perfidiam, ac proinde o-
 bligatus sum ad fidem servandam.

§. CCIII.

Quid li-
 ceat ad-
 versus a-
 lios non
 hostes?
 Ex eodem axiomate colligimus, 60) non posse
 quemquam jure belli adversus amicos vii, eo obtentu,
 quod periculum sit, ne hostis ejus castella, munimen-
 ta, portus, sit occupaturus: 61) nec magis licere
 hostes vel eorum naves intra territorium, vel portus
 amici populi cadere, vel capere, si hi non data o-
 pera illis receptum dent, quia hæc vis cum injuria
 populi amici, cujus territorium vel portus vi introi-
 tur, conjuncta est. V. A. Corn. van Bykershoek
Quæst. jur. publ. l. 8. Contra 62) nihil ob stare, quo
 minus eos, qui hostem nostrum armis, comœatu,
 tormentis, similibusque rebus juvant, vi prohibeamus,
 et res istas pro commissis habeamus: *) Idem *ibid.*
Cap. IX. sequ. quamvis 63) ipsa omnino æquitas sua-
 dere videatur, ne promiscue merces licitæ cum illicitis;
 res amicorum cum hostilibus, in commissum ca-
 dant. Idem *l. 2. sequ.* quocum jungenda dissertatio
 nostra *de navibus ob mercium illicitarum vectorum com-
 missis.*

*) Concedit hoc et Grotius *Lib. III. Cap. XVII. §. III.*
 sed addita restrictione, nihil facere debere eos, qui à
 bello abstinent, quo validior fiat is, qui improbam foret
 causam, aut quo justum bellum gerentis motus impediatur.
 Sed quum is, qui neutrarum partium est, quæstionem
 hanc, uter justum, injustumve bellum gerat, non possit

trahere ad arbitrium suum, et veluti judex sedere, contra
 ca vero is, qui neutrarum partium est, nullatenus interpo-
 nere se debeat bello: Liv. XXXV. 48. facile patet, huic
 restrictioni locum non esse. Vid. V. A. Corn. van Bykersh.
Quæst. jur. publ. l. 2. p. 69.

§. CCIV.

Supra ostendimus, hostem ab hoste et personis et
 rebus jure spoliari. (§. CCI. 51.) Ex eo vero patet, 64) Quo-
 modo ad-
 quiratur
 per bel-
 lum?
 victoris in arbitrio esse malitne personas captas in ser-
 vitudinem rapere, an, quod hodie plerumque inter gentes
 Europæas observari novimus, tamdiu custodiantur, do-
 nec vel permutentur cum aliis, vel, solato lytro, redi-
 mantur. 65) Res quoque hostium, tum mobiles, tum
 immobiles, tum corporales, tum incorporales cedere
 victori, et 66) mobiles quidem simul ac in præsidia
 victoris perlatae 67) immobiles et reliquas, ex quo oc-
 cupatae fuerint: quamvis 68) firmam harum non esse
 possessionem, priusquam super illis, inita pace, fuerit
 transactum. 69) (mobiles vero æque ac personas et fun-
 dos, recuperatos, vel in pristinam libertatem sese vin-
 dicantes, jure postliminii gaudere, facile unusquisque
 intelligat. *)

*) Multa hic occurrunt quæstiones speciales apud Grot. *III.*
5. sequ. Putend. *de jure nat. et gent. VIII. 6. 20. sequ.* velu-
 ti, quomodo res bello captae acquirantur? an et incor-
 porales? an et actiones et credita? quomodo recuperen-
 tur? an et quibusnam in rebus locus sit juri postli-
 minii? Sed quum pieraque hæc potius ex moribus gen-
 tium decidi soleant, quædam etiam ex principii hæc-
 tenus explicatis facile possunt explicari: illis immorari
 nolumus. Solide suo more et hæc tantum non om-
 nia exposuit V. A. Corn. van Bykersh. *ibid. Lib.*
l. Cap. IV. sequ.

§. CCV.

Sic justum bellum est, quoties gentes liberæ inter
 se, juris perseguendi causa, vi dolore certant vel pro-
 positum certandi retinent. (Lib. I. §. CCXCV.) Itaque lia

70) si non inter ipsas gentes et civitates incidit controversia, sed, ob denegatam civi nostro justitiam, personis aut rebus alterius reipublicæ, alias amicæ, civium manus injicimus: hoc non belli sed REPRESSALIARUM *) nomine venit: quamvis, 71) quum hujusmodi exsequutio facile possit bello occasionem dare, eam non à quovis privato, sed ex decreto summorum imperantium, fieri debere, nec 72) ulterius extendendum esse, quam ut civi nostro, cui jus dictum non est, satisfiat, facile unusquisque intelligat.

*) Ita vocari cœpit illud jus, ex quo invaluit. Veteres enim id ignorarunt, adeoque nec vocabulum suppeditat Latina lingua, quod ejus indolem exprimat. V. A. Corn. van Bynkersh. *ibid.* I. 24. Ejus æquitatem ex jure pignorandi, quod singulis competere existimant, ostendere conantur Grot. *de jure belli et pac.* III. 2. 7. 3. et Bodin. *de Rep.* I. 10. Sed hanc sententiam jure merito rejecit Hert. ad Puffend. VIII. 6. 13. et ante eum Ziegl. *de jure majest.* I. 34. §. ubi hic §. XXXVII. jus illud magis ex jure belli derivari posse, existimat. Et sane si respublica injuriam sibi, civibusque illatam, bello recte vindicat: (§. CCCXLV.) poterit etiam procul dubio ob injuriam uni alterive civium illatam manus alterius rebus injicere, nisi existimare velis, non id, quod minus est, licere reipublicæ, quum plus omnino liceat.

§. CCVI.

Ceterum, quum in statu naturali defensionis jus tantisper duret, dum hostis animum hostilem nondum deposuit, (Lib. I. §. CLXXXIII. 25.) eum vero non deponere posse videatur, qui eo se adduci non patitur, ut do in nobiscum redeat in gratiam, sed quasvis honestas pacis condiciones respuit: (*ibid.* *) 73) injuria sane non fit victo, si persequatur jus suum, donec debellatum sit, 74) ipsumque sibi imperium in victos vindicet, illudque 75) suo arbitrio constituat, (§. CXLVI.) et 76) tamdiu exerceat, donec vel inira pace certi quid statuatur, vel 77) gens vi oppressa, re nondum composita sese in pristinam libertatem vindicet, vel à priore imperante liberali caussa manu adseratur. *)

*) Et tunc quoque utroque casu æquissimum est, ut urbes, pro-

provincia, gentesque recuperatæ gaudeant jure postliminii: (§. CCIV. 69.) adeoque priora jura recipiant, si illis nulla culpa, cur in hostium potestatem pervenerint, possit imputari, aut certe non admodum liquidum sit, an hosti acius resistere potuissent. Hinc quum reipublicæ Ultrajectinæ, discedentibus Gallorum præsiidiis, de jure præteritæ controversia mota esset à Frisiis, eo quod illa sese ultro dedisse diceretur: Ultrajectini tamen priorem locum et statum recuperarunt. Huber. *Prælect. ad Digest. Lib. XLIX. tit. XV. §. IX.* Aljud tamen dicendum omnino videtur, si urbs vel provincia, quæ immemor fidei, imperantibus data, ad hostes ultro desciverat, armis recuperetur. Tunc enim indigna omnino esset hoc beneficio, ac proinde victoris in arbitrio, est, cujus illam conditionis esse velit. Tale exemplum à Romanis factum novimus in Brutios, Lucanos, Campanos, qui ad Hannibalem defecerant, et maxime in Capuam, quæ tantum abest, ut pristina jura receperit, ut jure municipii, magistratibus, agro privata, in præfecturæ formam redacta sit. Liv. XXVI. 16. sequ.

§. CCVII.

Alterum jus majestatis, quod transeuntibus accenseri potest, est JUS PANGENDI FOEDERA, per quæ intelligimus conventiones gentium liberarum de rebus, ad utriusque, vel alterius reipublicæ utilitatem pertinentibus. Ex qua definitione satis patet, 78) eorum alia esse EQUALIA, in quibus par est omnium fœderatorum qualis conditio: alia 79) INÆQUALIA, in quibus non par et vel inæquum jus omnibus tribuitur, sed alius fœderatus deterioris, alius melioris conditionis est: id quod 80) tum ratione PRÆSTANDORUM, tum ratione MODI PRÆSTANDI, contingere posse, exempla quamplurima doceant. *)

*) Sic sæpe fœderatus potentior minus potenti promittit subsidia pecuniaria, vel certum copiarum, vel navium, et classiariorum numerum, et sibi, vel nihil, vel parum restipulatur. Tunc inæquale est fœdus ratione PRÆSTANDORUM. At sæpe fœderibus caveatur, ut respublica una alteram committere veneretur, nec cui bellum injussu alterius faciat, ne classem habeat, ut tributum annuum pendat, ne fabros habeat, neque ferro, nisi in agricultura, utatur. I.

Sam. XIII. 19. 20. Quod et in primo foedere Porsenae cum populo Romano expressum esse, monet Plin. *Hist. nat. XXXIV. 14.* Quae omnia sunt foedera inequalia ratione **MO- DI PRÆSTANDI**, siquidem alter foederatorum alterius veluti clientem se hoc præstandi modo profitetur.

§. CCVIII.

Itaque unius, vel utriusque reipublicae, utilitatem pertinent, pacis sci possint: (§. CCVII.) sequitur, 81) ut et ea, quae iam antea ex juris naturae praescripto debentur, sibi stipulari queant gentes et reipublicae: quae foedera **SIMPLICIA** vel **AMICITIAE** vocare licebit, *) et 82) alia, ad quae præstanda alia gens genti non esset obstricta: qualia foedera **SINGULARIS PRÆSTATIONIS** adpellamus: Et 83) priora quidem ideo non sunt frustranea, quod et non alia est certa ratio alterum ad præstanda officia humanitatis obligandi, quam per pacta, (Lib. I. §. CCCLXXXVI. 2.) et saepe contingit, ut per bellum cessent officia humanitatis, (§. CCI. 52.) adeoque vel maxime necessarium est, ut per pactiones et foedera reintegretur amicitia.

*) Ad hæc foedera Grotius *de jure belli et pac. III. 15. 5.* refert etiam ea, quae de jure hospitii, et de mutuis commerciis ineuntur, quatenus gentes utraque sibi invicem jure naturali debeant. Enimvero quum jus hospitii plura complecteretur officia, quae ex solo jure naturali non debebantur, de quibus accurate, suo more, egit Jo. Schilterus *de jure hospitii diss. II. utrum vero extraneis, et quae commercia, concedenda sint, in cujusvis reipublicae summorumque imperantium arbitrio positum sit: (§. CLXXXIX. 186.)* vix est, ut umquam hæc foedera ad ea referri queant, quibus sibi gens à gente nihil aliud, quam quod jure naturali debetur, stipuletur. Sane de nullis foederibus difficiliorem esse consultationem, quam de foederibus commerciorum, exemplo ex Jac. Basnagii *Hist. Belg. Tom. I. p. 11. et 419.* ostendit vir celeberrimus, Jo. Jac. Mascov. *diss. de foeder. commerc. §. VI.* et foederum istorum memoriam in nummis consecrarunt Athenienses, Smyrnaei, Ephesini et Alexandrini, cujus idem vir doctissimus probavit ex Ezech. Spanh. *de usu et præst. numism. Diss. III.*

Plin. 43. et Diss. XIII. n. IV. nec non ejusdem Orbe. Rom. *Cap. IV. Vaillantio de nummis Imp. Graec. p. 221.* Quis vero foedus simplex amicitiae diuturnam consultationem requirere, aut dignum videri, quod his monumentis aeternitati consecratur, dixerit?

§. CCIX.

Utile alicui genti aliquid esse potest vel pacis, vel belli tempore: ex eoque consequitur, 84) ut foedera alia ad **PACEM**, alia ad **BELLUM** pertineant. Quumque plerumque intersit reip. et pacem quammaxime stabilem et diuturnam esse, et cives fructum inde capere quam uberrimum: ad priorem finem merito referimus 85) foedera fidejussoria, quibus, pacis leges sancte servatum iri, fide sua promittunt, auxiliumque parti laesae pollicentur sponsores pacis: *) 86) foedera item de munimentis novis non extruendis, vel 87) praesidiis nostris in munimenta quaedam tuendorum finium causa admittendis, quae vocantur *barriere-tractaten*: 88) de subditis militibusque fugitivis non recipiendis: 89) de recepta hostibus non dando, et similia: ad posteriora 90) foedera, quae commerciorum mutuum causa ineuntur.

*) De his foederibus legi meretur. Ulr. Obrechtii *diss. de sponsores pacis*, quae inter academicas septima est, et Henr. Cocceji *de guarantee pacis. Francof. juxta Viadr. MDCCII.* Praecipua, quae hic moveri solet, quaestio hæc est, an qui pro pace tuenda sponponderunt, generatim ad ineundam belli societatem obstricti sint, ex quacumque causa pacis leges violentur? Id quod recte jam pridem negavit Pufendorffius *de jur. nat. et gent. VIII. 8. 7.* si ex nova causa pax rumpatur. Uti enim omnes fidejussiones sunt stricti juris, et absurda futura esset creditoris postulatio, qui à fidejussore exigeret debitum, quod post fidejussionem demum contraxerit debitor principalis: ita non magis justa esset postulatio principis, vel reipublicae, urgentis, ut pacis sponsor arma corripat, si bellum ex nova plane causa exarserit. Neque enim iste spondit, nisi in eum casum, si pax conventa rupta fuerit. Pax autem, cujus recte observavit Grotius *de jure belli et pac. III. 20. 27.* requiritur, tunc demum rupta censetur, si aliquid factum est vel con-

tra id, quod omni paci inest, vel contra id, quod pacis legibus expressum est, vel contra id, quod ex cujusque pacis natura debet intelligi. Res procul dubio verissima est, quod ad thesin attinet: quamvis, ubi in hypothesi quaeritur, sitne hic casus foederis, nec ne? tota hae quaestio innumeris implicata sit erroribus, ceu exempla recentissima satis superque ostendunt.

Quaerendum tempore belli.


§. CCX.

Sed et belli temporibus varia foedera utilitatis suae causa pangunt gentes liberae, sive cum amicis, sive cum ipsis hostibus. Uti enim cum illis paciscuntur, modo 91) de jungendis adversus communem hostem viribus, qualia sunt illa, quae vocantur *ofvnd defensiv-allianzen*, modo 92) de libero transitu per territorium, et comteatu concedendo, modo 93) de se bello non interponendo; quae foedera dicuntur *neutralitäts-tractaten*: ita cum his saepe convenitur, modo 94) super tributis pendendis, 95) vel dedendis urbibus, modo 96) de captivis redimendis permutandisque, de quibus foederibus, quae vocantur *cartels*, ex instituto egit Hert. *diss. de lytra*: modo 97) de induciis aliquot horarum, dierum, vel mensium, concedendis, *) et similibus, quae in bello incidere solent, negotiis.

*) Ubi quaeri solet, a quo momento tempus illud currat? Equidem Grot. *de jure belli et pac.* III. 2. 5. a quo die mensura aliqua temporis incipere dicatur, eum diem intra mensuram non esse statuit: sed eum jam solide refellit Pufendorff. *de jur. nat. et gent.* VIII. 7. 8. Ita rectius ac simplicius creditur, si induciae placuerint a Kalendis Julii ad Kalendas Septembres, utrasque illas Kalendas comprehendendi: itemque, si a Kalendis Julii per triginta dies factae sint, Kalendas Julias primum illarum diem esse, et pridie demum Kal. Augusti jus arma coniciendi re. viviscete.

§. CCXI.

Præterea utilitas illa, ob quam foedera iniri solent, vel ad personam imperantis pertinet, vel ad ipsam rem publicam. Ex quo sequitur, 98) ut foedera alia per-




SONALIA, alia REALIA sint, et 99) illa cum persona ex-persona spirent: hæc, extinctis etiam populi rectoribus, qui illa inierunt, perdurent. Ex ipsis vero definitionibus, hoc paragrapho datis, facile intelligitur, 100) foedera omnia, quae ad conservandum tantum principis vel familiae statum sunt comparata, personalia; quaecumque vero ad ipsius reipublicae utilitatem facta sunt, realia esse. *) Ad quam unicam regulam ea omnia, quae Pufendorffius *de jure nat. et gen.* VIII. 9. 6. sequi. disse-ruit, quam commodissime referri possunt.

*) Aliquoties hæc quaestio incidit, imperio Regibus a Romanis abrogato. Quam enim Sabinis foedus intercessisset cum regibus: statu reip. in popularem commutato, negarunt Sabinum, Romanos ex foederibus illis, cum Tarquinio initis, fructum capere posse, bellumque indixerunt Romanis, ut *απολύειν αργίη των σπονδών, τινος βασιλέως ταρχύνιος έφικτος της άρ- χής, ηγερ έπ' ίσπαίσαυ τος έγους. quasi soluto foedere, post ejec-tum regno Tarquinium, quocum foedus ictum fuerat.* Dionys. Hal. Ant. Lib. V. p. 307. Idem postea anno ab U. C. CCLXVII. caussati sunt Hernici, negantes, foedus sibi unquam intercessisse cum populo Romano: quod autem cum rege Tarquinio ictum sit, se jam finitum existimare, quum is imperio exsutus in exsilio sit mortuus. Dionys. Lib. VIII. p. 530. Sed quum uterque populus, armis Romanorum victus, foedus hoc iniisset, (Vid. Dionys. *ibid.* Lib. IV. p. 252. sequi.) nemo dubitare poterat, quin id non cum solo Tarquinio, sed cum ipsa republica Romana es-set initum, adeoque illud, et pulso Tarquinio, perduda-re oporteret.

§. CCXII.

Quod reipublicae utile est, id et sociis foederatisque illius reip. prodest: ac proinde 101) foederibus non modo nobis, verum etiam sociis et foederatis, consu- lere solemus, 102) sive illorum generatim fiat mentio, sive speciatim et nominatim exprimantur. Ubi res ipsa docet, 103) posteriore casu non ad alios proferendum esse foedus, quam qui nominati sunt in foederis legi- bus: 104) priore autem illud omnibus sociis prodesse, qui tempore icti foederis socii fuerunt, 105) non illis, qui postea demum adsciti sunt, *) quum pacta ad ea,

Ant fe- derat et sociis prosint



de quibus non fuit cogitatum, non sint producenda.
(Lib. I. §. CCCXCIII. 21.)

*) Ex facto hæc incidit quæstio, quum Hannibal Saguntum obsidione premeret. Romani enim, Hannibalem eos injuste adortum, querebantur, quia ex icto cum Carthaginiensibus foedere, et à sociis Romanorum abstinere teneantur Carthaginienses. Hi foedere comprehendi negabant Saguntinos, quia eo tempore, quo foedus esset initum, nondum fuerint socii. Polyb. *Hist. III. 29. Liv. XXI. 29.* Sed quamvis Romanorum causam tueatur uterque scriptor: non dubitarem tamen ego accedere Grotio, qui *de jure belli et pac. II. 16. 13.* et Carthaginiensibus non obstitisse illud foedus existimat, quo minus Saguntinis bellum inferrent, et Romanis jus fuisse, novos socios adsciscere, eosque adversus Carthaginiensium vim defendere, statuit. Nam nec Romani futuris sociis discrete caveant, adeoque exigere à Carthaginiensibus non poterant, ut ea, quæ expressa non fuerant, et de quibus cogitare vix poterant, subintelligerent: nec Carthaginienses sibi stipulati erant à Romanis, ne novos socios adsciscerent, ac proinde nec obsistere poterant Romanis, novorum etiam sociorum causam suscipientibus.

§. CCCXIII.

Ceterum per se patet, quia foedus est liberarum gentium vel rerumpublicarum conventio, (§. CCVII.) sponsio- 106) foedus neminem pangere posse, præter eos, quibus ut ita paciscerentur, vel expresse, vel tacite, vel quidcir- 107) quod ministri ca eas summæ potestatis, sine ejus mandato, promiserunt, jussum ratihabitione non sequuta, non foederis, sed sponsionis nomine venit. Hinc certum quidem est 108) rempublicam non teneri, ut ratum habeat pactum, injussu suo ictum: 109) certum quoque, ministrum, reipublicæ, quacum pactus est, ad satisfactionem esse obligatum, quæ ex faciali Romanorum jure in eo consistebat, ut nudus, revinctis in tergum manibus, dederetur: *) at 110) certum quoque est, plerumque cavillationem sapere exceptionem non dati à republica mandati, quum respublica, quæ eam summam cum potestate præfecit exercitui vel provinciæ, eidem merito omnia censeatur man-

man-

mandasse, sine quibus exercitus, vel provincia, immo ipsa respublica, servari non posset.

*) Exempla duo illustria sunt apud Romanos, sponsio pura Caudina, et Numantina, apud Liv. IX. 8. *sequ. IV. 15.* Et Romani quidem tum irritum esse volebant foedus, quo Postumius Cos. et alii duces, exercitum ex Furculis Caudinis expediverant, quemadmodum nec ratum habebant turpem Hostilii Mancini pactionem cum Numantinis, causati, utramque conventionem suo injussu factam esse. Sed quis dubitet, quin, exercitu in ancipiti periculo constituto, ducibus omnia concessa sint, sine quibus periculo explicari non posset, et quæ tum è republica, tum è re militum esse, animadvertant? Omnino ergo aut rata habenda sponsiones illæ, aut res in illum statum, in quo ante sponsionem fuerat, restituenda fuisset, si fidei servantiores, quam in excogitandis cavillationibus ingeniosiores esse voluissent Romani. Vid. omnino Christ. Thomasi et Ge. Beyeri *dissertationes de sponsionibus Caudina et Numantina.*

§. CCXIV.

Quia porro foedera ineunt gentes liberæ: (§. CCVII.) facile intelligitur, 111) nihil interesse, nos- An fo- trane religioni addicti sint, an alii, quam nos pro dera impia vel detestabili habemus: quia quemadmodum pri- pangere vato non turpe est, cum alio, à religione sua alieno, liceat pacisci et contrahere: ita nec reipublicæ, vel ejus rec- cum infi- toribus, vitio jure vertitur, si cum infidelibus ita pa- sci bus? eiscantur, prout id exigit reipublicæ utilitas. Nec ju- re divino *) quidquam circa hanc veritatem, rectæ rationis principiis subnixam, mutatum esse, erudi- e ac solide demonstravit Grot. *de jure belli et pac. II. 15. 9. seq.*

*) Sic sane constat, ante legem Mosaicam foedera cum Abimelecho contraxisse Abrahamum et Isaacum, cum Labane, quem idola coluisse certissime constat, Jacobum *Gen. XXI. 22. sequ. XXVI. 26. XXXI. 44.* Nec legem Mosaicam, jam latam, obscurasse novimus Davidi et Salomoni, quo minus foedus cum Hieromo, Tyriorum rege, facerent. *II. Sam. V. 11. I. Reg. V. 12.* Et quis, quæso, ignorat foedera *συμφωνία* Abrahami cum Escole et Ane-

ro?

ro? *Gen. XIV. 13.* Davidis cum Achiso, rege Philistæorum?
I. Sam. XXVII. 2. sequ. et cum Thoi, rege Hemathensium?
II. Sam. VIII. 10. Assæ cum Benadado? *I. Reg. XV. 18. sequ.*

§. CCXV.

Ceterum quum fœdera sint conventiones: (§. CCVII.)
 consequens est, (112) ut omnia, quæ supra de pactis
 diximus, etiam circa fœdera habeant locum: (113) Officia
circa fœ-
dera. Ut adeo nihil fœderibus debeat esse sanctius, (114)
 nihil fœdifragorum perfidia detestabilius. (115) Ut tamen,
 quia nulla societas alienam utilitatem suæ antepone-
 re tenetur, (§. XXIII. 74) nec respublica fœderata alteri
 ex fœdere subvenire cogatur, si id ejus rationes non
 ferant, e. g. si ipso bello prematur, vel alio modo pe-
 riclitetur: *) nec (116) umquam fœderatus ab bellum
 injustum, pro socio suscipiendum, sit obligatus.

*) Attamen id tum demum justam rationem habet, si ve-
 rum est periculum, non, si hujusmodi causa perfidiæ tan-
 tum obtenditur. Id vero plerumque fieri, tum inter rec-
 tores civitatum, tum inter priyatos, quotidiana querela
 est: eamque amicorum cessationem ac tarditatem elegan-
 tissima fabula de cassita, avicula, in segete nidulante, re-
 præsentavit Æsopus apud Gell. *Noct. Attic. II. 29.* qui ideo
 monet, unicuique in se ipso potissimum præsidium esse
 debere, non in amicis et sociis, hominibus, inani sæpe
 opera, philosopha sententia, qui aureos montes plerum-
 que polliciti, vix minima præstent. Quod et Ennius in
 satyris monuit apud eundem Gellium, ubi hæc ejus ser-
 vatur sententia:

Hec erit sibi argumentum, semper in promptu situm:

Ne quid exspectes amicos, quod tute agere possis.

§. CCXVI.

Hæc de fœderibus generatim: quorum nobilissima
 procul dubio species est pactum, quo bella inter gen-
 tes finiuntur, quodque FOEDERIS PACIS nomine venire
 solet. Quum vero pax sit status reip. ordinarius, ac
 veluti naturalis, bellum status extraordinarius, et præ-
 ternaturalis: nemo non animadvertit, (117) imperan-
 tes

tes et ad conservandam tuendamque pacem, et ad il-
 lam (118) si forte rupta sit, quamprimum reformandam
 teneri: adeoque (119) ferina esse bella, quæ non ge-
 runtur propter pacem, quæ una triumphis innumeris po-
 tior.

§. CCXVII.

Per FOEDUS PACIS intelligimus conventionem inter
 gentes, bello mutuo implicitas, qua controversiæ per Quid
fœdus
pacis?
 modum transactionis finiuntur. Ex qua definitione pa-
 tet, (120) pacem omnem sua natura esse debere per-
 petuam, adeoque, (121) si tantum ad certum tempus,
 quantumvis longum, transigatur, non pacem iniri, sed
 inducias tantum, *) quia ita nec controversia, quæ
 gentes illas collisit, finitur, et manet adhuc certandi pro-
 positum: qualem statum non ad pacem, sed ad bellum
 pertinere, jam supra observavimus. (§. CXCI.)

*) Et tamen sæpe hujusmodi induciæ pacis nomen adsumunt,
 quia interea non solum actus belli, sed et status, plane
 videtur cessare: perinde ac si hostilem animum plane de-
 posuissent belligerantes. Ita Lacedæmonios in annos L. Ro-
 manos in annos C. pacem fecisse novimus. Justin. *Hist. III.*
7. Liv. I. 15. Sozom. Hist. Eccles. IX. 4. Recentioria exem-
 pla Hispanorum et Lusitanorum, Suecorum et Danorum,
 Anglorum et Scotorum, Venetorum et Turcarum, qui
 vix aliter quam ad certum tempus de pace cum Christianis
 conveniunt, collegerunt Pufendorf. *de jure nat. et gent.*
VIII. 7. 4. et ibi Hertius p. 1249.

§. CCXVIII.

Quum ergo pax coalescat per modum transactionis:
 (§. CCXVII.) consequens est, (122) ut fiat dato ali- An ei
obstet
exceptio
læsio-
nis?
 quo, vel retento, vel promisso: nec (123) in pacis
 conditione requiratur æqualitas: neque adeo (124) ul-
 teruter paciscentium jure conqueri possit de læsione,
 quantumvis enormissima: quum plerumque victor vic-
 to conditiones qualescumque ferat, et ita natura eve-
 niat, ut hic duriores quasdam condiciones admittete,
 quam plane perire, malit.

*) Dummodo ex ipsis pacis legibus, victum hæc conditio-
 nes

nes vere admisisse, constat. Si enim per cavillationem calumniosamque interpretationem, aut plane per vim apertam, duriores conditiones, in quas numquam consensit, victo obruduntur: jure hic, sibi injuriam fieri, conquiretur. Sic insignis cavillator erat Q. Fabius Labeo, qui, quum Antiochus rex dimidiam partem navium Romanis tradere deberet, omnes ejus naves productas medias dissecuit, ut Antiochum tota classe spoliaret. Valer. Max. VII. 3. quam decipiendi artem fortassis à Campanis didicerat, quos ipsos quoque arma, ab hostibus pro parte dimidia tradenda, dissecuisse, memoriae prodidit Polyæn. *Stratagem.* VI. 15. Et quis non detestetur apertam vim, qua victis Romanis, quibuscum transegerant tamen, insultabant Galli Senones, quum illis mille pondo auri ex fœdere appendentibus, hi non modo pondera iniqua adferrent, sed et ponderi adderent gladium dicerentque: *victis esse.* Liv. V. 48.

§. CCXIX.

Multo minus ergo (125) paci, paullo durioribus conditionibus initæ, recte opponitur exceptio metus. Neque enim illi exceptioni unquam locus est, si jus cui-dam fuit alterum ad dandum aliquid faciendumque cogendi. (Lib. I. §. CVIII. 42.) Bellum autem inter gentes æque justum est cogendi medium, ac judicis auctoritas inter ejusdem reipublicæ cives. (§. X. 24.) Neque obstat, bellum injustum alterum gessisse, adeoque vel eo nomine vim injustam adhibuisse videri victorem, victo durissimas conditiones extorquentem. Præterquam enim, quod judicium de justitia belli neuter belligerantium sibi jure adrogat, quippe in sua causa judex futurus: remisisse omnino injuriam illam videtur victus, dum cum victore transegit, et ad *ἀναστυλα*, quæ omnibus hujusmodi fœderibus inseri solet, sese obligavit. *)

*) Et ita facile intelliges, quid reponendum sit Pufendorffio, qui, huic exceptioni locum esse contra Grotium (Lib. II. Cap. XVII. §. XX. et Lib. III. Cap. XIX. §. XI. defendit in *jure nat. et gent.* VIII. 8. 1. Aliud enim est, exceptionem quod metus causa paci opponere; aliud, ideo bellum redintegrare, quia pars victrix, sua occasione, vi aliquid contra pacis leges egerit. Posteriore enim casu justam belli causam

sam

sam nasci, facile largimur: (§. CXVIII. *) prius autem fieri posse negamus. Et hæc tamen parum distinxisse videtur Pufendorffius. Immo rem, illud ipsum exemplum, quod ibi allégit, satis illustrat. Quærit Polybius *Hist.* III. 30. an justum fuerit bellum Punicum secundum, quod adversus Romanos susceperint Carthaginenses? Idque non obscure adfirmat, ex ea ratione, quod Carthaginenses *κατὰ πειρασὸν ἀναστυλοῦντες τὴν εὐνοίαν τῶν Ῥωμαίων, occasione invitati, ultum inveniunt eos, qui per occasionem temporum ipsis nocuerint.* Quod perinde est, ac si scripsisset, prodesse Pœnis debuisse exceptionem quod metus causa, quia Romani quondam, iis inter res domi ancipites versantibus, Sardiniam magnamque vim pecuniæ extorserint. Sed sane in pacis legibus inter Romanos et Carthaginenses de Sardinia nihil fuerat cautum, ac proinde injuste, et contra pacis leges, eam occupaverant Romani, sola invitante occasione, quod Carthaginensibus domi esset, quod agerent, ceu ipse fateatur Polybius I. 88. Quare non paci, qua bellum Punicum primum compositum, exceptionem metus opponerent Carthaginenses, sed, pacem illam à Romanis ruptam esse, occupata per occasionem Sardinia, conquerebantur.

§. CCXX.

Quærent Grot. III. 19. 6. et Pufendorffius *de jure nat. et gent.* VIII. 8. 2. an et pax, cum civibus rebellibus inita, servanda sit? Id quod contra Boxhornium *Inst. polit.* I. 14. 19. et Lipsii sententiam recte adfirmant. Quum enim pax coalescat per modum transactionis, (§. CCXVII.) is vero, qui cum eo, à quo læsus est, transigit, remisisse illi injuriam, censeatur: sequitur sanè, (126) ut et imperantes his hominibus immorigeris gratiam fecerint delicti, adeoque (127) pax illa, nisi ex nova causa, salva justitia, rescindi non possit, præterquam, (128) si illa, ob insignem rebellium dolum, vel statum principis, cum illis paciscentis, ab initio non constiterit. *)

*) Ita quum anno MCCCCLXXXVIII. Brugenses Maximilianum I. Regem, ad se in urbem invitatum, inaudita pæne perfidia, cepissent, et ad pactionem satis turpem adegissent: tantum abest, ut illa postea rata esse videretur Friderico Imp. ut Machliniæ in procerum conventu decerneret

Ppp

re-

An et pax cum civibus rebellibus servanda?

retur, Maximilianum promissis illis non teneri Jo. Joach. Muller. *Riebs tags-Theatr. in Maximil. I. Act. I. Cap. VII.* Et sane quum dolo malo injustissimaque vi principem in captivitate redegerint cives, eumque non prius dimitterent, quam omnia ex eorum sententia promississet: promissum hoc vi injustissima extortum fuit, adeoque obligare illum non magis potuit, quam quod nobis latro aliquis extorquet.

§. CCXXI.

Ceterum, quemadmodum aliorum fœderum, (§. CCXV. 121.) 129) ita et pacis leges summa religione servandas, ac proinde 130) et tempus, intra quod illas implerem iri, promissum est, stricte interpretandum, et 131) ne moram quidem purgare licere, facile patet. Vid. Grot. III. 20. 25. Sed et id nemo non intelligit, 132) MEDIATORES, qui officium conciliandæ inter belligerentes pacis in se susceperunt, et SPONSORES, qui veluti pro paciscentibus sponderunt, ex pacto obligari paciscentibus, *) siquidem, dum illi in se receperunt id officium, etiam ad id, quod exigit hoc officium, sese obstrinxisse censentur. Ex quo porro colligimus, 133) mediatorum esse, non uni parti favere præ altera, sed 134) utriusque causam sine amore vel odio expendere, 135) et qua quævis, atque utilissima utrique suadere: 136) sponsorum vero, dare operam, ut pacis legibus ex utraque parte satisfiat, et 137) illi parti, quæ contra illas læditur, ope, ac consilio, quin et copiis promissis, subvenire.

*) Idem dicendum de OBSIDIBUS, id est, personis, pro fide paciscentis reipublicæ veluti oppignoratis, sive ultro et sua voluntate accesserint, sive ab eo, qui imperium habet, dati sint. Grot. *de jure belli et pac. III. 4. 14.* Priore enim casu ex suo consensu obligantur; posteriore ex conventionem inter imperantem suum, et alterum, quocum pax coaluit, inita. Hinc vero colligimus, 1) non esse obsidum fugere, nec 2) reipublicæ, obsides veluti postliminio recipere. Unde Cloelia obside fugiente, recte poscebat Porsena, ut obses dedatur, si non, dedicata fuerit, pro rupto se fœdus habiturum, interminatus. Recte etiam Romani hoc pignus pacis ex fœdere restituerunt. Liv. II. 13. 3.) Obsides non esse pro servis aut bello captis habendos, adeoque 4) nec bona mortuorum, tanquam in-

testabilium, fisco posse vindicari, quamvis duro illo ac aspero jure uterentur Romani. l. 31. D. *de jure fisci. 5*) Eorum obligationem cum persona exstingui, ac proinde uno obsidum mortuo, pro altero tantum *ἀντὶ* deberi. 6) Pace rupta, obsides in vinculis haberi, libertateque et bonis spoliari posse, quamvis durius sit, eosdem occidere, si pax, sine eorum culpa, rupta sit. Sed de his plura Grotius *de jure belli et pac. III. 20. 52. sequ.* Pufend. *de jure nat. et gent. VIII. 8. 6.* Schilter, opusculo singulari *de jure obsidum*.

§. CCXXII.

Quum imperantibus competat jus pangendi fœdera, et pacem cum hostibus redintegrandi, (§. CXXXVII. 39. 42.) id vero sine internunciis fieri non possit: consequens est, 138) ut iisdem competere debeat JUS MITTENDI LEGATOS. Et quum is, qui legatos alterius recipit, eo ipso illis liberum accessum reditumque promittere merito censeatur: (Lib. I. §. CCCXCI. 10.) consequens est, 139) ut legati et apud hostes debeant esse sacrosancti, et non modo 140) jurisdictione ejus, ad quem missi sunt, exempti, qua de re egregia sunt, quæ commentatur est V. A. Corn. van Bynkersh. libello eximio, *de foro legatorum*, verum etiam 141) facultate præditi, ea omnia loquendi, scribendi, agendique, quæ respublica loqui, scribere, agere jussit, dumne 142) hostilem animum adversus principem vel rempublicam, ad quam venerunt, ostendat. *)

*) Hujus hostilis animi si luculenta argumenta exstent, nec princeps vel respublica legatum admittere cogitur, et finibus excedere eum jure meritoque jubet, quod et tunc fieri solet, quando, rupto fœdere, bellum cum iis, qui illum miserunt, exardescit. Neque enim tenemur hostem intra fines, et veluti domum nostram, recipere, adeoque nec ejus ministrum vel mandatarium.

§. CCXXIII.

(Reliqua, quæ de legatis dici poterant, et prolixissime Varii se traduntur à Marselario, Vicquefortio, et aliis, aut gentium

mores ex paucis his principiis fluunt, aut ad mores potius gentium, quam juris gentium præcepta, pertinent. Quæ sunt, quæ de legatorum jurisdictione in familiam suam, de eorumdem sacris domesticis, immunitate, ædibus, earumque jure asyli, itemque de solemnibus receptione et dimissione, de salutationibus eorum, ipsisque variis eorum ordinibus, honorum titulis, similibusque quæstionibus, disputantur: nec non quod vulgo in mores ivit, ut tempore belli inviolabilitate gaudeant tubicines et tympanotribæ, quemadmodum apud Græcos, *ἄρματα*, quorum jam apud ipsum Homerum *Odyss.* v. 59. et 12. et *v. 244.* et *Iliad. Libro decimo v. 14. et 178.* sæpius fit mentio. Sed iis nos quidem hic jam immorari nolumus.

CAPUT X.

De Officiis Civium.

§. CCXXIV.

Quid juris summo imperanti tum in republica, tum extra illam, competat, pluribus hactenus diximus. De civium officiis nobis eo brevioribus esse licebit: quo facilius illa ex ipsis imperantium juribus, tamquam correlata illorum, (*Lib. I. §. VII.*) derivantur. Nimirum quum cives, vel tamquam cives, vel prout aliquæ partes, reipublicæ illis creditæ sunt, considerari possint: 1) eorum OFFICIA vel GENERALIA sunt, vel SPECIALIA, quorum illa ex communi obligatione, qua summo imperio obstricti sunt, hæc ex peculiari, quo in republica funguntur, munere proprio alveo fluunt.

§. CCXXV.

Officia generalia debentur vel ipsi reipublicæ, vel ejus rectoribus, vel reliquis, quibuscum in societate vivunt, civibus. Quum enim tota RESPUBLICA sit societas, unusquisque vero socius obligatus sit ad actiones suas communi societatis fini attemperandas: (§. XXII. 65.) sequitur, 2) ut civis securitate ac salute publica nihil prius,

prins, nihilque antiquius habere, et 3) nec vitam, nec opes ea cariores habere, *) sed 4) ejus commodis, quavis justa honestaque ratione, studere debeat.

*) Est hæc illa obligatio erga patriam, quam eo usque produxerunt veteres, ut eam omnes omnium caritates complecti, neminemque pro ea mortem oppetere dubitare debere, tradant. Cic. *de offic. I. 7. III. 23.* Nam notum est *ἡδὺν ὄλεθρον* illud: Dulce esse, pro patria mori. Quod exagitant Jo. Clericus *Art. crit. II. 2. §. 16.* nescire ait homines, quid per vocabulum istud patriæ intelligant. *Reipra enim, inquit, quid erat patria Atheniensi aut Romano? Si solum intelligas, Italia et Attica; pro quibus cur pulcrum sit mori, nulla ratio est, potius quam pro Africa, aut pro Asia. Non magis enim ad te pertinet gleba, in qua natus sis, quem alia quisvis, in qua commode vitam degere queas: stultumque adeo est, mori pro agello in occisum, aut in septentriones spectante, potius, quam vivas, in alio, qui magis ad orientem solem, aut ad meridiem vergat. Si homines malis: quæ fuerunt reipublicæ Atheniensi et Romana, præter societates latronum, si eas probe introspiciamus? Itaque qui pro iis moriebatur, latro erat, qui pro latronum globo vilem animam profundeabat. At inania hæc sunt, et de quibus vere dicas:*

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce davi.

Patriam enim nec agellus constituit, ad orientem vel occidentem situs, nec coetus hominum, qua hominum, cui plures inesse possunt latrones, nebulones, et stolidi: sed ipsa illa societas civilis, à cujus salute nostra omnium salus pendet. Unde satius omnino est, salva republica mori, quam ruptum videre illud societatis vinculum, quo solo vita, libertas, dignitas, et fortunæ nostræ continentur. Sane Jeremias, propheta, aliter philosophatur, quam Jo. Clericus. *Utilitati, inquit, studete illius civitatis, in quam ego Deus vos abduci passus sum, et orate pro ea ad Jehovam. Si enim illi bene est, et vobis bene erit. Jerem. XXIX. 7.* Nonne et hi captivi reponere potuissent, an studeamus nos utilitati agri illius potius, quam alterius cujusvis? An oremus pro tot latronibus, idolatris, impuris, lascivis, quibus civitas illa Babylonica differta est? Sed non eos jubet Deus studere utilitati agri Babylonici, nec hominum, illum colentium, sed reipublicæ, quæ salva, et ipsi salvi futuri sint.

§. CCXXVI.

mores ex paucis his principiis fluunt, aut ad mores potius gentium, quam juris gentium præcepta, pertinent. Quæ sunt, quæ de legatorum jurisdictione in familiam suam, de eorumdem sacris domesticis, immunitate, ædibus, earumque jure asyli, itemque de solemnibus receptione et dimissione, de salutationibus eorum, ipsisque variis eorum ordinibus, honorum titulis, similibusque quæstionibus, disputantur: nec non quod vulgo in mores ivit, ut tempore belli inviolabilitate gaudeant tubicines et tympanotribæ, quemadmodum apud Græcos, *ἄρματα*, quorum jam apud ipsum Homerum *Odyss.* v. 59. et 12. et v. 244. et *Iliad. Libro decimo v. 14. et 178.* sæpius fit mentio. Sed iis nos quidem hic jam immorari nolumus.

CAPUT X.

De Officiis Civium.

§. CCXXIV.

Quid juris summo imperanti tum in republica, tum extra illam, competat, pluribus hactenus diximus. De civium officiis nobis eo brevioribus esse licebit: quo facilius illa ex ipsis imperantium juribus, tamquam correlata illorum, (Lib. I. §. VII.) derivantur. Nimirum quum cives, vel tamquam cives, vel prout aliquæ partes, reipublicæ illis creditæ sunt, considerari possint: 1) eorum OFFICIA vel GENERALIA sunt, vel SPECIALIA, quorum illa ex communi obligatione, qua summo imperio obstricti sunt, hæc ex peculiari, quo in republica funguntur, munere proprio alveo fluunt.

§. CCXXV.

Officia generalia debentur vel ipsi reipublicæ, vel ejus rectoribus, vel reliquis, quibuscum in societate vivunt, civibus. Quum enim tota RESPUBLICA sit societas, unusquisque vero socius obligatus sit ad actiones suas communi societatis fini attemperandas: (§. XXII. 65.) sequitur, 2) ut civis securitate ac salute publica nihil prius,

prins, nihilque antiquius habere, et 3) nec vitam, nec opes ea cariores habere, *) sed 4) ejus commodis, quavis justa honestaque ratione, studere debeat.

*) Est hæc illa obligatio erga patriam, quam eo usque produxerunt veteres, ut eam omnes omnium caritates complecti, neminemque pro ea mortem oppetere dubitare debere, tradant. Cic. de offic. I. 7. III. 23. Nam notum est *ἡδὺν ὑπὲρ τῆς πατρίδος* illud: Dulce esse, pro patria mori. Quod exagitant Jo. Clericus Art. crit. II. 2. §. 16. nescire ait homines, quid per vocabulum istud patriæ intelligant. Reipra enim, inquit, quid erat patria Atheniensi aut Romano? Si solum intelligas, Italia et Attica; pro quibus cur pulcrum sit mori, nulla ratio est, potius quam pro Africa, aut pro Asia. Non magis enim ad te pertinet gleba, in qua natus sis, quem alia quisvis, in qua commode vitam degere queas: stultumque adeo est, mori pro agello in occisum, aut in septentriones spectante, potius, quam vivas, in alio, qui magis ad orientem solem, aut ad meridiem vergat. Si homines malis: quæ fuerunt reipublicæ Atheniensi et Romana, præter societates latronum, si eas probe introspiciamus? Itaque qui pro iis moriebatur, latro erat, qui pro latronum globo vilem animam profundeabat. At inania hæc sunt, et de quibus vere dicas:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce davi.

Patriam enim nec agellus constituit, ad orientem vel occidentem situs, nec coetus hominum, qua hominum, cui plures inesse possunt latrones, nebulones, et stolidi: sed ipsa illa societas civilis, à cuius salute nostra omnium salus pendet. Unde satius omnino est, salva republica mori, quam ruptum videre illud societatis vinculum, quo solo vita, libertas, dignitas, et fortunæ nostræ continentur. Sane Jeremias, propheta, aliter philosophatur, quam Jo. Clericus. Utilitati, inquit, studete illius civitatis, in quam ego Deus vos abduci passus sum, et orate pro ea ad Jehovam. Si enim illi bene est, et vobis bene erit. Jerem. XXIX. 7. Nonne et hi captivi reponere potuissent, an studeamus nos utilitati agri illius potius, quam alterius cuiusvis? An oremus pro tot latronibus, idolatris, impuris, lascivis, quibus civitas illa Babylonica differta est? Sed non eos jubet Deus studere utilitati agri Babylonici, nec hominum, illum colentium, sed reipublicæ, quæ salva, et ipsi salvi futuri sint.

§. CCXXVI.

§. CCXXVI.

Deinde quum in eo posita sit veluti vita reipublicæ, ut cives omnes voluntates suas voluntati summi imperantis submittant: (§. CXV. 52.) consequens est, imperantes ut boni cives SUMMIS IMPERANTIBUS, tamquam superioribus, obligentur ad amorem venerationis et obedientiæ, (Lib. I. §. LXXXVI.) adeoque 6) non modo summa reverentia eos prosequi, *) sed et 7) eorum legibus et jussibus promptum obsequium præstare, nec 8) eos, tamquam sacrosantos, verbis factisque lædere (§. CXXXII. 15. sequ.) debeant. Quumque præterea illis ex pacto sint obligati: (§. CXH. 38.) facile intelligitur, 9) cives imperantibus obstrictos esse ad fidelitatem, iisque incumbere, 10) ut nec statum reipublicæ convellant, nec 11) novis rebus estudeant, nec 12) ulli alii magis, quam imperantibus suis adhæreant.

*) Eaque non modo interna, sed et externa, quæ in certis honorum titulis gestibusve, in quavis republica receptis consistunt. Ita apud Persas cives oportebat *αγορεύειν*, reges appellare *βασιλεως βασιλευς*, iisdem acclamare: *Vivat æternum* cetera. De aliis honorum titulis, gestibusque, ex instituto egerunt alii, in primis Becmann. *Notit. dignit. dist. VI.* Quamvis vero ut his ritibus verbisque honoris utantur cives, jure exigant imperantes: non tamen ulla est ratio, quumobrem ad eadem cogi possint extranei, veluti legati principum et rerumpublicarum, qui, si ex suæ gentis ritu reverentiam exhibuerint principi extero, officio suo omnino videntur defuncti. Conf. Corn. Nep. *Conon. Cap. III.*

§. CCXXVII.

Præterea cum sociorum sit, ita vivere cum sociis, uti id communis societatis finis exigit: facile patet, 13) bonorum civium esse cives suos amare, 14) cum iisdem pacifice vivere, 15) et non modo suum cuique tribuere, sed et 16) civibus plus humanitatis, quam extraneis, exhibere: denique 17) non obrectare inter se, aut invidere aliis, quos aut natalium splen-

splendor, aut imperantium benevolentia, aut eximia quædam merita ad sublimiorem dignitatem evexerunt, aut 18) qui eminent virtutibus, *) aut qui denique 19) in colligendis opibus fortunam paullo benigniorem, quam alii, experti sunt.

*) Est hoc vitium potissimum democratiis admodum familiare: quippe quæ nec vitia pati, nec virtutes eminentiores ferre possunt. Hinc ferale illud Ephesinorum decretum, ob quod eos dignos esse aiebat Heracitus, ut omnes adulti morerentur: *ἡμῶν μὴ εἰς ἐπιτιμῆς ἔστω, ἀδὲ τις τοῖστίς, ἀλλὰ τὴν ἡγῆσεν ἄλλων.* *Nostrum nemo meritis excellat, quoniam, si quis erit talis, alibi degat, et cum aliis.* Diog. Laert. IX. 2. Quot viri præclari Athenis labefactati sint illa testula, quam *ἐργασίμην* vocabant, ex historia eorum satis notum est. Vid. Corn. Nep. *Themistocl. Cap. VIII. Aristid. Cap. I. Cimon. Cap. III. Sigon. de republ. Athen. II. 4.*

§. CCXXVIII.

SPECIALIA civium officia omnia ex fine illius muneris, quo in republica funguntur, fluunt: ac proinde 20) res ipsa docet, singulos obligatos esse ad ea omnia facienda, quæ fini muneris sui conveniunt, 21) eaque omnia omittenda, quæ fini illi muneris sui repugnant: sed et 22) ad nullum ambiendum munus, cui se impares esse intelligant. 23) Ex quibus paucis regulis, quæ sint officia ducum, consiliariorum, legatorum, quæstorum, magistratuum, judicum, ministrorum ecclesiæ, professorum, et doctorum, militum, *) facile unusquisque intelligit.

*) Itaque non necessarium fuerit, ad singulorum officia specialia descendere. De iis tamen satis prolixè egit Pufendorf, *de offic. hom. et civ. II. 18. 7. sequ.* quem hic consuli velim ab iis, qui talia requirunt.

§. CCXXIX.

Ceterum 24) officia civium generalia tamdiu durare, quamdiu cives sunt, 25) specialia tamdiu, quamdiu certis muneribus præsent, facile intelligitur. Civis aliquis au-

esse de- autem aliquis esse desinit variis modis. Quum enim res-
 finit, publica constet ex hominum multitudine, (§. CVIII.
 eversa 23.) quam *populum* adpellamus: sequitur, 26) ut, ex-
 republi- stincto dispersove populo, (quod terræ motu, bello,
 ca. inundationibus, similibusque calamitatibus publicis con-
 tingere potest,) pauci superstites cives esse definant,
 nisi hi statum suum tantisper tueantur, dum in jus-
 ti populi numerum iterum excreverit: *) 27) non au-
 tem desinere quem civem esse, si populus debellatus
 alii civitati, tamquam provincia, adcreseat, quia tunc
 alterius civitatis fit civis, nec 28) si formam mutet
 respublica, quia tunc idem populus manet.

*) Paucos illos superstites ad modum privatorum sibi adroga-
 re posse dominium rerum, quas antea populus possede-
 rit, non autem imperium illius populi, censet Grot. *de*
jure belli et pac. II. 9. 4. Sed quamdiu superstites manent
 animus, habendi communem imperantem, ei submitten-
 di voluntates suas, viresque omnes securitatis exte-
 rnaeque causa uniendo: quidni maneret respublica?
 Ita sanc mansit Atheniensium respublica, quando praelio
 perditis et desperatis rebus, ad tantam inopiam redacti
 fuerant Athenienses, ut, consumta militari ætate, pe-
 grinis civitatem, servis libertatem, damnatis impunita-
 tem darent, et libertatem suam vix tueretur illa homi-
 num colluvies. Justin. *Hist. V. 6.*

§. CCXXX.

Quum ergo mutata reip. forma idem maneat po-
 pulus: (§. CCXXIX. 28.) consequens est, 29) ut salva
 Non mu- illi maneant fœdera realia, quæ populo illi antea cum
 tata rei- aliis civitatibus intercesserant: (§. CCXI. 99.) 30)
 publica aliis civitatibus intercesserant: (§. CCXI. 99.) 30)
 forma. salva etiam sint pacta publica, priore adhuc subsisten-
 te reipublicæ forma, cum privatis inita: 31) salvæ
 denique obligationes populi istius, qui mutavit for-
 mam reipublicæ. Non autem 32) cives teneri ex fac-
 tis eorum, qui iniuste invaserint rempublicam, vel
 33) contra leges fundamentales aliquid egerint, *)
 vel inde patet, quod in horum imperium numquam
 consenserunt.

*) Hinc Athenienses, excusso triginta tyrannorum imperio, le-

legem condiderunt: *ἡ δὲ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς*
ἰστορίας τῆς ἀρχαίας ἀναγράφεται. Ut quæcumque sub
triginta tyrannis acta, aut judicia facta sint, sive privatim,
sive publice, irrita essent. Demosthen. in *Timocrat. p. 782.*
 Et similem fere Honorii Imperatoris constitutionem de
 actis Heracliani tyranni damnandis habemus in *l. 13. C.*
Theod. de infirm. quæ sub tyrann. Attamen moderanda hæc
 videntur, 1) si obligatio è re nascatur, et populus inde
 fructum ceperit, vel in rem ejus versum sit, 2.) si per er-
 rorem quis imperium tenuerit, à populo electus, *arg. l.*
3. D. de offic. præf. in quam legem dissertationem ele-
 gantem de *electione magistratus inhabilis* scripsit Jac. Gotho-
 fredus. 3) si quis initio justum tenuerit imperium, et
 postea demum tyranni personam induerit, quo refero *l. 2. X*
et l. 3. C. Theod. deod. ubi Constantinus M. legitime gesta
 et rescripta Licinii rata esse jubet.

§. CCXXXI.

Præterea ex eodem principio (§. CCXXVIII. 28.)
 colligimus, 34) non desinere aliquem civem esse, si An si di-
 per divisionem ex una civitate plures fiant, vel 35) visum
 plures in unum systema coalescant: quamvis 36) prio-
 re casu contingere possit, ut quis non prioris, sed
 novæ civitatis, civis sit. Si coloniam deducere decre-
 vit respublica: per multum interest, qualis illa sit co-
 lonia. Quum enim aliæ ita exeant majore patria, ut
 singularem constituent rempublicam, ad nihil aliud
 obstrictam metropoli, nisi ut eam comiter veneren-
 tur: aliæ, ut pars civitatis matricis maneant: *) fa-
 cile patet, 37) priore casu idem contingere, quod, di-
 viso imperio, fieri diximus, 38) posteriore autem nul-
 lam mutationem circa obligationem priorem civium, qui
 coloniis adscripti sunt, fieri.

*) Tales colonias mittere solebant Græci veteres. Unde apud
 Thucydidem *Lib. I. p. 25. Corcyraei: ὅτι γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ*
ἰστορίας τῆς ἀρχαίας ἀναγράφεται. Neque enim coloni in co-
lonias emittuntur, ea conditione, ut sint servi: sed ut iis, qui in an-
tiqua patria relinquuntur, pares sint. Quibus respondent Corinthii
 apud eundem *p. 28. ἡμᾶς δὲ οὐδ' αὐτοὶ φάσιν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ*
ἰστορίας τῆς ἀρχαίας ἀναγράφεται. ἡμᾶς δὲ οὐδ' αὐτοὶ φάσιν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ
ἰστορίας τῆς ἀρχαίας ἀναγράφεται. ἡμᾶς δὲ οὐδ' αὐτοὶ φάσιν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ
ἰστορίας τῆς ἀρχαίας ἀναγράφεται.

ὅτι ἀπὸ τῶν παλαιῶν. Nos vero respondemus ne nos quidem idcirco ipsorum coloniam collocasse, ut ab ipsis contumelia adficeremur, sed ut ipsorum duces lessemus, ac conveniens nobis honor ab illis redderetur. Cetera enim colonie nos comiter venerantur, et ab iis maxime diligimur. Itaque colonorum horum tantum erat τιμὰν πρὸς πόλιν, καὶ ἐν πανυύγοις αἰῶνι νεωαῖς γὰρ τὰ ἑσπερίων διδύμα, comiter venerari metropolim, eique in solemnitatibus consuetis honores dare, uti idem loquitur Thucydides ibid. p. 18. addens, quod et scholiastes monet, in eo præcipue constitisse τὰ γῆρα, ut in publicis sacrificiis, distribuentes viscera, civibus metropoleos primam partem, vel ναλαρχὰς darent. Plura de honore, quo hujusmodi coloni antiquæ patriæ cives prosequerantur, dixit Henr. Vales. not. ad Excerpta Peiresc. p. 7. At alia omnia observabant Romani, quorum colonie jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii, habebant, teste Gellio Noct. Attic. XVII. quum tamen ipsi, Albanorum coloni, plane sui juris ab ipsa origine fuissent, et non tantum non comiter venerarentur veterem patriam, sed et plane sub suam redigere potestatem, non dubitarent. Quod ipsis merito exprobrat Metius Fufetius apud Dionys. Halicarn. Antiqu. Rom. Lib. III. p. 147.

§. CCXXXIII.

Denique quum civis quis sit ratione reipublicæ, quam cum aliis constituit, vel in quam se ultro con-
An per tulit: (§. CIX. 26. et 28.) sequitur sane, 39) ut ci-
migrat- vis quis esse desinat, simul ac civitate patria ultro-
tionem. eo consilio emigravit, ut in alteram sese civitatem
conferat, ibique constituat Lares fortunæque domici-
lium, 40) nisi leges publicæ vel migrare cives plane
vetent, veluti apud Argivos, apud quos, ut ait Ovid.
Metamorph. Lib. XV. v. 28.

Prohibent discedere leges,

Pænaque mors posita est patriam mutare violenti,
vel 41) eam libertatem, non nisi deducta certa bono-
rum parte, indulgeant, quod apud plerasque Europæ
gentes in mores ivisse, novimus. Ut 42) civitatem
quidem, at non obligationem erga patriam mutant ii,
quid ad hostes transfugiunt, ac proinde 43) retracti
ex fuga jure puniantur.

§. CCXXXIV.

§. CCXXXIV.

Denique quum eos, qui in societate aliqua vivunt,
nec sese societatis legibus accommodant, recte abs se An per
segregent reliqui socii: (§. XXII. 70.) 44) idem et ex si-
civibus procul dubio licebit, adeoque 45) malis civi-
lium, bus exsilium jure irrogatur: eoque facto, 46) illi
proculdubio cives esse desinunt, quod tamen 47) non
perinde dicendum videtur de relegatis, maxime, qui
adhuc fundos possident in republica, nec non 48) de
interdictis, qui in certum locum, reipublicæ nostræ
subjectum, deportantur, ut ibi vitam insuavem ducant,
vel certas operas præstent, Quin 49) generatim existimari-
m, eos, qui ob delictum jure civitatis excidunt,
privilegiis quidem civium privari, non autem eo ipso
liberari ab obligatione erga patriam rempublicam, ea-
tenus saltim, 50) ne illi ægre faciant, aut Coriolanum
imitati cives suos infestis armis persequantur. Liv.
II. 35. sequ.

*Non ita. Nos ut 795 acabe de lex
p. segunda va este libro de oro.*

FINIS.

Maria Lopez

Q99 2

IN-

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

Numeri Romani librum; Arabici paragraphum;
*Asterisci * scholion; literæ N. notas indicant*
in castigationibus.

A*cademiæ.* Circa illas jus principis. II, 188.
Acceptatio an necessaria? I, 284. quod duplex? *ibid.*
Accessio quid? I, 250. Quid naturalis, industrialis, mixta? *ibid.* naturalis fundamentum. I, 251. industrialis inducit communionem positivam. I, 256. 257. fortuita species occupationis. I, 250. *
Accessorium an semper sequatur principale? I, 258.
Acclamations faustæ plerumque in adulationem abeunt. I, 205.
Achaicæ civitates quæ? II, 18. II, 119. *
Actio quid? I, 25. bona vel mala. I, 1. I, 116. interna et externa. I, 25. humana, naturalis, libera, necessaria. I, 29. spontanea, invita, ultronea, coacta, mixta, I, 58. justa, et in justa, honesta, inhonesta, turpis, inhumana. I, 118. quæ objectum juris naturæ? I, 28. sequi. an externa tantum? I, 193. * quæ imputetur? I, 112. an invita et coacta? I, 109. an urgente temperamento, adfectu, consuetudine, edita? I, 110. an de aliorum actionibus judicare sit cujus suis? I, 97. * an quædam sua natura justa? I, 70. *Moralis.* I, 29. n.
Addictio in diem quid? I, 357.
Adversarij sibi vindicant imperantes. II, 175. quid circa ea justum? II, 177.
Adfectionis ratio habetur in accessione industriali. I, 258. pretium quid? I, 332. ejus quando ratio habeatur in satisfactione? I, 212.
Adfectus an impediunt libertatem voluntatis? I, 55. quibusnam facilius resistatur? I, 110. * à ratione regendi. I, 149.
Adferruminatio quid? I, 260.
Adgratiandi jus principi competens. II, 158.

INDEX RERUM
Adgressorem quando occidere liceat? I, 185.
Adjunctio quid? I, 260. cui res, cui quid adjunctum, adquiratur? I, 260.
Administer quis? II, 181. circa eum quid juris sit principi? II, 181.
Adoptio an juris naturæ? II, 55.
Adpellatio. vid. *provocatio.*
Adplumbatura, quid circa eam justum. I, 260.
Adprobatio subsequuta pro consensu est. I, 263.
Adquirendi modi originarii. I, 239. derivativi. I, 240.
Adscendentium successio. I, 301.
Adsecuratio quid? I, 203. quid circa eam justum? I, 204.
Ædificium cujus sit, in alieno solo, vel aliena matetia exstructum? I, 261.
Æqualitas hominum, fundamentum officiorum erga alios. I, 271. quænam servanda in societate? I, 381.
Æquitas quid? I, 103. fundamentum interpretationis restrictivæ I, 103.
Ærarium quid? II, 174. in illud inflant tributa et vectigalia. II, 179.
Agentis conditio consideranda in imputatione. I, 113.
Agere homo semper cupit bene I, 3. cur æque facile male, ac bene agat? I, 3.
Agri arcifinii et limitati. I, 254. *
Aliena res domino restituenda. I, 323. quid si ejus dominus non adpareat? I, 324.
Alienatio quid? I, 267. necessaria et voluntaria, pura et conditionalis I, 267. 278. * præsens et futura. I, 268.
Allianzen, fœdera offensiva et defensiva. II, 210.
Alluvio cui adquiratur? I, 254.
Alveus derelictus cui adquiratur. I, 255.
Ambigue quando loqui liceat? I, 204.
Amnestiæ lex omni paci inseri solet. II, 219.
Amor quid? I, 80. quod duplex? I, 82. et 85. justitiæ I, 82. humanitatis et beneficentiæ. I, 83. devotionis et obedientiæ. I, 86. sequi. amicitiae. I, 86. 88. benevolentiae I, 86. 89. purus quid? I, 130. * erga Deum. I, 91. et 130. erga seipsum I, 136. sequi. erga alios. I, 172. nostri, non debet major esse amore Dei. I, 155. principium est juris naturæ. I, 79. 22. 94. n. ejus objecta. I, 90.
Angariationes inter gentes an justæ? II, 173.
Animalia quando fiant capiendum? I, 246. vulnerata an intercipi possint? I, 246. *
Antichresis quid? I, 369. quid circa eam justum? I, 372. 283.
Ἀπυλοκίτις, qui? I, 33. *
Arbor in confinio posita: ex ea quis fructus adquirat? I, 265.

Aris-

Aristocratiae origo. II, 116. quomodo in ea exerceantur jura majestatis? II, 123. in ejus Senatu sententiae plurimum vincunt pauciores. II, 123.

Atheismi et superstitionis comparatio otiosa. I, 133. * ejus plures falso suspecti. I, 129. * *Atheus* an juste agere possit? I, 14. an puniendus I, 129.

Auctio quid? I, 359.

Aversio quid? I, 52.

Aversio, per illam quando contrahatur? I, 359.

Autopsia vid. mors voluntaria. *Auctoritatis* necessitas in jure nat. praef. 6. n.

B

Arriere-tractatem. II, 209.

Bellum gerere licet. II, 190. quid? II, 191. cur ejus jus? II, 192. an et à magistratu recte indicatur? II, 193. an et à privatis? II, 194. an recte dividatur in publicum et privatam? *ibid.* quid civile? *ibid.* quid repraesentativum? *ibid.* ejus causae justitiae. II, 195. defensionum et offensuum *ibid.* punitivum an detur? *ibid.* an ob jus imperfectum denegatum possit indici? II, 196. an pro aliis recte suscipiatur? II, 197. injusti ejus colores. II, 198. *Bellum* Cruciatorum defenditur ib. not. *Bellum* in Americanos jus-

tum ib. not. sollemne et justum, vel minus sollemne et injustum. II, 199. causae ejus liquidae esse debent. II, 200. *BELLI RATIO* (*la raison de guerre*) quid? II, 201. * per illud quomodo acquiratur? II, 204. ejus jus. I, 183. in statu naturali omnibus competit. II, 10.

Benedictio quid? I, 203. 205.

Beneficentia. Ad eam obligatio. I, 221. quid? I, 122. unde proficisci debeat. I, 223.

Beneficentiae amor. I, 83. ad eum quomodo obligemur? I, 84.

Beneficia quid? I, 113. * I, 222. sapienter dispensanda. I, 224. necessitati et conditioni alterius attemperanda. I, 225. in iis observandi gradus necessitudinis. I, 226.

Blasphemiae crimen. I, 128. inexcusabile. I, 160. *

Bonum. I, 1. et ib. n.

Bruta an jure naturae obligentur. I, 20. an ab hominibus jugulari queant? I, 233. * aliquando digna amore benevolentiae. I, 90. * an iis certa officia debeamus. I, 90. *Buccinatores* in bello inviolabiles. II, 223.

Cadaverum oppignoratio. I, 384. *

Celibatus an contra I. N.? II, 34. *Cal-*

Calculus Minervae quid? II, 123. *

Calumnia quid? I, 154. an eam refellere debeat vir bonus? I, 154.

Capti bello in servitutem non injuste detruduntur. II, 80.

Carne humana an vesci liceat in extrema necessitate? I, 166.

Carnifex an vi coactus recte occidat innocentem? I, 168.

Cartel quid? I, 210.

Castigationis à poena differentia. II, 159. *

Casum fert dominus. I, 211.

Causa actionis physica et moralis quid? I, 112.

Cauterio usta cur dicatur conscientia? I, 48. *

Cessio quid? I, 266. ejus differentia à delegatione. I, 418. aliquando latius accipitur. I, 266. rei communis quid? I, 273. quid circa eam justum? *ibid.*

Cives voluntates suas submittere tenentur imperantibus. II, 115. in eorum bona quid juris imperanti? II, 169. sequi officia eorum generalia et specialia. II, 224. generalia erga remp. II, 225. erga summos imperantes. II, 227. specialia. II, 228. Quando esse quis desinat? II, 229. sequi.

Civitates quomodo orientur? II, 18. * earum systema quid? II, 119. vid. et *Respublica*.

Coacta actio. I, 58. est actio voluntaria. I, 59. voluntas coacta nihilominus voluntas. I, 59. I, 109. *

Coactio quando jure fiat? I, 109. *

Cogitatione etiam laedi quis potest. I, 193.

Collaterarium successio. I, 302.

Coloniarum varia genera. II, 231. *

Commercium circa ea jus imperantium. II, 169. II, 189. eorum origo. I, 325. * necessitas. I, 326. quid? I, 327. per contractus tantum potuerunt institui. I, 327.

Commissoria lex. I, 357. 130. an jure nat. illicita in pig-nore? I, 373. sub ea et imperium dari potest. I, 134.

Commixtio qualis modus adquirendi? I, 263.

Commodantis officia. I, 346.

Commodatarii officia. I, 343.

Commodatum qualis contractus? I, 342.

Communio quid? I, 231. positiva et negativa, aequalis, inaequalis, perfecta imperfecta. I, 231. positiva unde nata? I, 237. in negativa initio fuerunt omnia. I, 238. quae in ea permanserint, introducto dominio? I, 235. cur ex ea discessum? I, 234. cur et ex positiva? I, 238. bonorum inter coniuges. I, 238.

Com-

Communis res dividua vel individua. I, 270. in commune posebantur res inventæ. I, 248. *

Compensatio quid? I, 409. quid circa illam justum? I, 410. locum tantum habet in debitis liquidis. I, 410.

Concilia de rebus ecclesiasticis. II, 187.

Concubina à pellice diversa. II, 50. *

Conditio quid? I, 401. cur impossibilis et turpis jure Rom. in ultimis voluntatibus pro non adiecta habeatur? I, 402. * eâ non existente obligatio solvitur. I, 414.

Condonatio quid? et quomodo fiat? I, 408.

Conductoris officia. I, 362.

Confusio, modus acquirendi. I, 263.

Coniugium societas licita et simplicissima. II, 26. ejus finis. II, 27. quid? II, 28. an in eo certos gradus prohibeat jus naturæ? II, 41.

Coniugum habitas ratione ætatis. II, 31. eorum officia ex fine matrimonii derivata. II, 44. nec non ex pacto. II, 43.

Conscientia quid? I, 33. sequibona et mala. I, 35. antecedens et consequens. I, 36. tenera. I, 37. instigans, revocans, admonens. I, 38. recta, erronea. I, 39. cer-

ta, probabilis. I, 40. dubia vel scrupulosa. I, 51. libera, minus libera. I, 42. dormitans, expergefata, cauterio usta. I, 43. tranquilla, remordens, irrequieta, anxia. I, 44. remordens an ex metu supplicii? I, 44. * an actionum humanarum norma? I, 45. an, dubia illa, actus suspendendus? I, 46. Conscientiæ dictamen num tutum. I, 40 et 45. n.

Consensus omnium gentium non semper justitiæ argumentum. I, 71. * nec principium juris naturæ. *ibid.* quid sit? I, 263. * paciscentium. I, 396.

Conservere hominem quid dicatur? I, 2.

Conspiratio. Per eam an consensus civium sperandus? II, 115. *

Contractus quid? I, 385. et 405. onerosi, benefici, et aleam continentes. I, 328. * à quibus ineantur? I, 384. de quibus rebus. I, 384.

Cordi inscriptum cur dicatur jus naturæ? I, 15. *

Corpus ad hominis essentiam pertinet. I, 141. * æque ac mens perficiendum est. I, 142. 150. ejus exercitationes an apud omnes eadem? I, 150. * alterius non lædendum. I, 190.

Correalis obligatio quid? I, 374. ejus effectus. I, 377.

Correlationis doctrina protes-

rantium num constet. I, 7. n.

Corruptio quid? I, 189.

Creatæ res. in eas quod jus habeant homines? I, 232.

Cultus Dei externus an ex ratione demonstrabilis? I, 135. * fluere ille debet ex amore Dei. I, 136. et timore ejus. I, 137. nec non ex fiducia in Deo collocata. I, 138. publicus qualis? I, 138. vid. et *Dei cultus.* et II, 185.

D

Damno cum alterius nemo debet fieri locupletior. I, 257. * *damnum quid?* I, 321. *

Debitoris obligatio. I, 366.

Decipere quid? I, 199. hostem licet, falso rumore sparsit. I, 200. *

Deductiones. quid? II, 202. *

Defensio sui cur licita? I, 182. ejus requisita. I, 184. sq. pro quibus rebus permisa? I, 186 sequi. vid. et *Moderamen inculpatæ tutelæ.*

Deformitas an et quando imputetur? I, 106. *

Defraudatio quid? I, 322.

Dejectio violenta. I, 321.

Delegatio quid? et quid circa illam juris? I, 321.

Delicta an omnia punienda? II, 162.

Delinquens an obligatus ad pœnam? II, 161.

Demagogi qui? II, 124. *

Democratia quomodo oriatur? II, 116. in ea quomodo exercentur jura majestatis? II, 124. ea in ochlocratiam facile degenerat. II, 117. et 124.

Deponentis officium. I, 349.

Depositarii officia. I, 345.

Depositum qualis contractus, quid in eo justum? I, 344.

Destruere quid dicatur hominem? I, 2.

Deus. Ad ejus agnitionem sibi comparandam omnes obligati. I, 126. de ejus existentia gentes omnes persuasæ. I, 126. de eo recte sentiendum. I, 127. ejus unitas. I, 128. * ejus gloria provehenda. I, 129. quomodo colendus? I, 135. amandus? I, 91. 125. I, 130. ei obsequendum. I, 131. Idem timendus. I, 131. in eo collocanda fiducia. I, 134. auctor est juris nat. I, 7. ejus jus in res creatas. I, 10. * eo non existente, futurum non esset jus naturæ. I, 14. cogitationes etiam hominum perspectas habet. I, 98.

Dispositio libera effectus dominii. I, 306. ejus effectus.

Rrr fec-

fectus. I, 307.
 Dissensus mutuus, modus solvendi obligationes. I, 412.
 Dissimulatio quid? et an licita. I, 199.
 Divinatio an licita? I, 133.
 Divisio rerum quid et quomodo fiat? I, 266. I, 269. sequi. cur ad eam quilibet recte provocet? I, 269. ea vel æqualis, vel inæqualis. I, 271. an aliquis condominorum in ea sibi præcipuum recte perat? I, 271. rerum imperfecte communium divisio quomodo fiat? I, 272.
 Divitiæ quid? et an ad eas quærendas quis sit obligatus? I, 151.
 Divortium an, et quando licitum? II, 49.
 Dolores an morte à se amoliri liceat? I, 165.*
 Domania quid? et cur inventa? II, 175.
 Dominium quid? I, 231. communioni negativæ oppositum. I, 234. cur interdictum? I, 235. aliud in communionem positivam aliud in proprietate consistit. I, 235. et 237. plenum et minus plenum. I, 280. directum et utile. *ibid.* minus pleni species. I, 281. triplex domini effectus. I, 306. aliquando per leges civiles restringuntur.

I, 317. itemque per pacta et dispositiones priorum dominorum. I, 318. eminens quid? II, 168. quando ei locus sit? II, 161. et 172. an et ad res exterorum non hostium porrigatur? II, 173.
 Dominus omnem ex re sua utilitatem merito capit. I, 307. eam et destruere et corrumpere potest. I, 308. itemque alienare. I, 309. et possessionem adprehendere et retinere. I, 310. nec non vindicare. I, 311. quatenus sibi vindicet accessiones et fructus? I, 312. sequi. in usu rerum suarum non est impediendus. I, 319.
 Dominus qua potestate gaudeat in servos mercenarios? II, 82. 83. qua in servos obnoxios? II, 84. sequi. ejus officia erga servos mercenarios. II, 83. et obnoxios. II, 86.
 Donatio quid? I, 383. inter vivos et mortis causa. I, 222.
 Dotium origo. II, 48.*

E

Ebrietas quæ imputetur? I, 106.
 Ebrius an recte paciscatur? I, 392. an delinquens duplicem mereatur pœnam? I, 50.*

Ec-

Ecclēsia circa eam quodnam jus imperantis? II, 183. 187.
 Educatio liberorum finis conjugii. II, 27. qualis esse debeat? II, 60.
 Elargiri quando dicamur beneficium? I, 221.
 Electio imperantis. Quid circa eam justum? II, 140.
 Electitium regnum. II, 139.
 Emancipatio liberorum qualis apud Romanos? II, 71.*
 Emphyteuticum jus. I, 281.
 Emptio venditio in usu esse cœpit invento numo. I, 350. in eo neuter contrahentium lædendus. I, 352. an illam vitiet error. I, 352. ei quævis pacta recte adjiciuntur. I, 357. in ea et quidvis recte excipitur. I, 358. potest sub quacumque conditione fieri. I, 358. per auctionem, sub hasta, per aversionem, spei. I, 359.
 Emptio quid veteribus? I, 106.*
 Episcopale jus an imperanti recte tribuatur? II, 183.
 Error quid? I, 17. an omnis culpabilis? I, 18. cum ignorantia ratione imputationis convenit. I, 107. juris vel facti quando imputetur? I, 108. an pactum vitiet? I, 393. an emptio? I, 352. Vid. et ignorantia.

Eviectio debetur socio. I, 274. ut et emptori. 356.
 Exhereditatio quando justa. I, 62.
 Existimatio quid? I, 153. ad eam tuendam, amplificandamque obligati sumus. I, 153. an vi defendi possit? I, 187. alterius non lædenda. I, 191. simplex et intensiva. I, 191.
 Exponere infantes impium. II, 62.
 Expromissor quid? I, 374. ejus obligatio. I, 378.
 Exsecratio quid? I, 203. ea uti non licet. I, 205.

F

Fabulis quando uti liceat? I, 200.
 Facta S. S. figurata sæpe I, 107. n. et 339.
 Facti circumstantiæ in imputatione considerandæ. I, 100.
 Facultates, quæ dicantur? I, 151.
 Falsiloquium quid? I, 207. eo quando uti liceat? I, 200.
 Fallacia Protestantium in iure naturæ statuendo eluuntur. præf. not. p. 9.
 Fama tueri quisque tenetur. I, 153.
 Fames extrema an det homini jus carne humana vescendi.
 Rrr 2 cen-

cendi? I, 166. an res
 alienas contrectandi? I,
 170.
Familia quid? II, 90. quem
 penes ejus directio sit?
 II, 91. ejus finis in statu
 naturali et civili. II, 92.
 ei impedimento esse non
 debent societates simpli-
 ciores. II, 95. in ea quæ
 officia patrisfamilias? II,
 96. et reliquorum. II, 98.
 in ea omnia redeunt ad
 ordinem. II, 98.
Felicitas in quo consistat? I,
 79. nostram intendit Deus.
 I, 77. ad eamque nos obli-
 gat. I, 78.
Feudi origo. I, 281.
Fictio quid? I, 201. quando
 ea uti liceat? I, 200.*
Fidejussio quid? I, 374. pro
 quibus rebus admittenda.
 I, 375.
Fidejussorum obligatio. I, 376.
 eorum beneficia an juris
 nat.? I, 376.
Fiducia in Deo collocanda. I,
 134. ejus judicium apud
 Romanos famosum. I, 204.*
Filia nuptæ et dotatæ an ju-
 re excludantur hereditate
 paterna? II, 72.
Filiusfamilias quis? II, 90.
Finis Dei in creatione homi-
 num. I, 77.*
Fiscus quid? II, 174. eum quid
 locuplet? II, 175. ejus
 iura circa alienationem. II,
 177.

Fluminis vis qualis adquisitio?
 I, 254.
Fædus quid? II, 207. æquale
 et inequale, *ibid.* inæ-
 qualia quotuplicia? II,
 207. simplicia et singu-
 laris præstationis II, 208.
 belli et pacis tempore ini-
 ta. II, 209. sequi perso-
 sonalia et realia. II, 211.
 an ea et sociis, et qui-
 bus, prosit? II, 212. an
 pangere liceat cum infi-
 delibus? II, 214. circa ea
 officia. II, 217.
Fædus pacis. *vid. pax.*
Fætura animalium, modus ad-
 quirendi. I, 252.
Fructus ex arbore, in confi-
 nio posita, cui acquiran-
 tur? I, 265.
Fuga, ad eam num quis ob-
 strictus sit; qui se adver-
 sus adgressorem defen-
 dit? I, 185.
Fugienti an liceat protere-
 re obstantem? I, 169.
Fungibiles res quid? I, 364.*
Furtum quid? I, 321. an
 et ab eo admittatur, qui
 urgente extrema necessita-
 te, aliquid contrectat? I,
 170.*
G
Genere in eodem reddere,
 quid? I, 364.*
Gestibus quoque nemo læden-
 dus. I, 195.

Gra-

Gradu non modo, sed et linea,
 propiores in hereditate
 præferendi. I, 296.
Gratitudo quid? I, 227. ad
 eam obligatio. *ibid.* de ea
 regulæ. I, 228.
Guarantia pacis. II, 209.

H

H
Heredes necessarii an jure
 naturæ? I, 304. eorum
 successio in jura et obli-
 gationes defuncti. I, 305.
 propiores non modo rati-
 one gradus, sed et rati-
 one lineæ habentur. I,
 296.
Hereditas. De ea quatenus
 disponere liceat jure na-
 turæ? I, 291. an sibi des-
 tinatam heres accipere te-
 neatur? I, 284.
Herilis societatis origo. II,
 76.
Herus et *hera* qui? II, 77.
Homo homini natura æqua-
 lis. I, 172. ergo æqualiter
 tractandus ab aliis. I,
 177.
Honor quid? I, 87.* an vi de-
 fendi possit? I, 187.
Hospitii jus an ad fœdera ami-
 citiæ referendum? II,
 208.*
Hostiles res per fictionem pro-
 nullius habebantur apud
 Romanos. I, 247.*
Hostis Quid illi in hostem

liceat? II, 201. an fœde-
 ribus et pactis decipi pos-
 sit. II, 202. an ei debean-
 tur humanitatis officia?
 I, 218.

Humana carne an vesci li-
 ceat in extrema fame? I,
 166.

Humanitatis amor quid? ejus-
 que differentia ab amore
 justitiæ? I, 83. an et ami-
 cis et quibus præ reli-
 quis debeatur. I, 220. ad
 eum quomodo obligemur? I,
 84. 174. 214. hostibus de-
 negari potest, si nobis in
 de damnum imminet. I,
 218.

Hypotheca quid? I, 283. I,
 369. quid circa illam jus-
 tum? I, 283. et 369. an in
 territorio constitui pos-
 sit à gentibus liberis?
 I, 371.

I

I
Actus mercium alienarum
 quando licitus? I, 170.
Ignorantia quid? I, 47. an
 omnis culpanda? I, 48.
 I, 107. voluntaria involun-
 taria. I, 107. 150. juris et
 facti I, 108. vincibilis et
 invincibilis. I, 50. I, 107.
 juris naturæ quando non
 imputetur? I, 47. prin-
 cipiorum boni et mali
 inexcusabilis. I, 49. ex
 ea

- ea sæpe aliquid boni sit. I, 16.
- Immunitas** à tributis non temere pluribus concedenda. II, 24. *
- Imperantes** ut eligantur? II, 40. sunt sacrosancti. II, 132. iis tamen non quidquid liber, licet. II, 133. eorum officium circa ministros et magistratus. I, 182. jus circa sacra. II, 183.
- Imperium** quomodo adquiratur. II, 146. et 239. an recte distinguatur in patrimoniale et usufructuarium? II, 147. sequ. alienari nequit, nisi populo consentiente. II, 149. in eo etiam jus naturæ observandum. II, 21. * in omni republica est summum et *ἀνωτάτω*. II, 179. ejus vis sese exferit per jura majestatis. II, 135. vel electitium vel successivum. II, 239.
- Impietas** quid? ea rectæ rationi repugnat. I, 128.
- Imputatio** quid? I, 95. sequ. quomodo differat à conscientia? I, 97. fit vel in foro divino, vel in humano. I, 98. ejus effectus meritum. I, 99. quando habeat locum? I, 100. quando cesset. I, 105. Quæ actiones imputentur vel non? I, 105. sequ. quid in ea spectandum? I, 113. sequ. omissionis actionum. I, 115.
- Impudentia** vitanda. I, 106. *
- Incestus** quis juris gentium? II, 41. 47.
- Inclusio**, species accessionis. I, 260.
- Induciæ** ad statum belli pertinent. II, 191. et 210. quomodo eatum tempus computandum. II, 210. *
- Industria**. Ad eam unusquisque obligatus est. I, 152.
- Infamia** non omnia delicta sequi debet. II, 167.
- Ingratitudo** simplex et prægnans. I, 227. * an ob eam detur actio forensis? I, 227.
- Inimicis** non deneganda humanitas. I, 219.
- Injuria** quid? I, 191. ea læditur alterius existimatio. *ibid.*
- Insula** nova cui adquiratur? I, 253.
- Intellectus** quomodo ad actiones humanas concurrat? I, 30. et 32. ejus imbecillitates. I, 47. sequ. ad ejus culturam unusquisque obligatus. I, 146. sequ. alterius non est lædendus. I, 188.
- Interpretatio** legis an in I. N. necessaria? I, 101. * ejus fundamenta. I, 102. restrictiva, extensiva, declarativa. I, 103. authentica, usualis, doctrinalis. I, 104.
- Interregnum** quid? II, 142. ordinarium et extraordinarium. II, 145. an eo durante subsistat respublica? II, 142.
- Intextura** species accessionis. I, 260.
- Inventio** rerum nullius. I, 248. et pro derelictis habitarum. I, 249.
- Invita** actio quæ? I, 58. eadem ac involuntaria? I, 159.
- Inundati** agri dominium non extinguitur. I, 255.
- Judicia** privata et publica. II, 157.
- Judiciaria** potestas jus majestatis. II, 156.
- Jurare** qui et quomodo debent? I, 207.
- Jurisdictio** in personas et res ecclesiasticas num penes principem. II, 157.
- Jurisprudentia** naturalis quid? I, 12. eadem et divina recte dicitur. *ibid.*
- Jus** et obligatio correlata. I, 7. pro lege acceptum quid? I, 9. sine lege concipi non potest. I, 9. *
- Jus civile**, quomodo differat à naturali. I, 18. utilitati reip. attemperandum est. I, 36. * in eo maxima juris naturæ utilitas. I, 19. sequ. *ibid.*
- Jus gentium** quid? I, 21. an à jure naturæ diversum? I, 22. an ex moribus gentium æstimandum? *ibid.* *
- Jus jurandum** quid? I, 203. ejus usus. I, 206. variæ species. *ibid.* cujusvis religioni est attemperandum. I, 207. ex mente deferentis interpretandum. I, 208. an servandum semper ab eo, qui juravit, alterum nullius rei à se repulsam laturum. I, 208. * ejus effectus. I, 209. an ei per cavillationem satisfiat? I, 209. *
- Jus majestatis**, vid. Majestas.
- Jus majestatis** circa sacra. II, 183. sequ. et not. *ibid.*
- Jus Naturæ** quid? I, 12. ejus auctor Deus. I, 10. ejusdem norma recta ratio. I, 11. an ad actiones tantum externas pertineat? I, 193. * homines et in statu naturali obligavit. II, 7. præceptivum et permissivum. I, 13. an futurum esset, si non existeret Deus? I, 14. cur dicitur cordibus hominum inscriptum? I, 15. an et in infantibus reperiatur? I, 15. ejus harmonia cum S. S. I, 16. est immutabile. I, 17. quomodo differat à jure civili? I, 18. et à jure gentium. I, 22. an ex utilitate nascatur? I, 18. an et bruta obliget? I,

- ti-

I, 20. juris nat. decreta
quotuplicia. præf. not. p.
b. jus nat. à Catholicis
quomodo statuendum. ib.
p. 7. et I, 16. n.

Ius omnium in omnes, an
principium juris Naturæ? I,
73. an omne ex pacto oria-
tur? II, 9. perfectum et
imperfectum. I, 197. * ra-
tionis. I, 199. vitæ et ne-
cis an competat parenti-
bus in liberos? II, 57.
an dominis in servos?
II, 84.

Iustitia quid? I, 220. distri-
butiva. I, 279. * interna
et externa. II, 150. in hac
consistit securitas reipub-
licæ interna. II, 150. ex-
pletrix et attributis. I,
118.

Iustitiæ amor quid? I, 82.
ad eum perfecte obliga-
mur. I, 84. divinæ et hu-
manæ fundamentum est
voluntas Dei. I, 65. divi-
næ et humanæ differentia.
I, 66.

Iustum natura tale. I, 11. *
quid? I, 12. et 70. n.

Kadmonitio quid Stoicis? I,
119. *
sacrosancti et invio-
labiles, apud Græcos. II,
223.

Kadmonitio quid Stoicis? I,
119. *
sacrosancti et invio-
labiles, apud Græcos. II,
223.

Labor, ad eum obligati-
sumus. I, 152. ab immo-
dico tamen abstinendum.
I, 145.

Lædens tenetur ad satisfac-
tionem. I, 210.

Lædere quid? I, 175. nemo
lædendus. I, 128. 78. 193.

Largitas quid? I, 221. *

Legatos mittendi jus. II, 222.
eorum jura. II, 222. 223.
an indemnes illi præstan-
di, si quid casu damni
passi sint? I, 349. *

Leges ferendi potestas jus
majestatis. II, 151. civiles
quid? II, 152. circa di-
vinas quid liceat imperan-
ti? II, 153. earum septi-
mentum quid? II, 153. *
perfectæ, imperfectæ, mi-
nus, quam perfectæ. II,
155. humanæ an admit-
tant exceptionem neces-
sitaris? I, 159. an divinæ
affirmativæ? I, 159. an
divinæ negantes? I, 161.
sequ. divinæ quid et quo-
tuplices? I, 64. naturales
Deum auctorem habent.
I, 10.

Lex imputatur actionem
perspecta esse debet. I,
100. et rite interpretan-
da. I, 101. ejus, si per-
fecta sit, quot partes, et
quæ esse debeant? II, 154.

ei adnexa sanctio poenalis
definita, indefinita, ar-
bitraria. II, 155. funda-
mentalibus reip. quid? II,
112. sine ea boni fuisse
dicuntur primævi homi-
nes. I, 8. * Humanæ obli-
gant in conscientia. II,
154.

Liberi parentibus debent amo-
rem devotionis. II, 67.
68. 70. erga eos officia
parentum. II, 66. eorum
obligatio erga parentes, so-
luta horum potestate. II,
72. et 74. eorum succes-
sio in bona parentum. II,
297. sequ.

Libertas quid? I, 4. II, 6. *
virtute præditorum. I, 42. *
voluntatis. I, 53. sequ.
naturalis, politica, vel
civilis et juris gentium.
II, 6. *

Libertas quis? II, 89. ejus of-
ficia. *ibid.*

Licita non omnia honesta. I,
38. *

Linea facit heredes propiores.
I, 296. *

Litteris loco sermonis utimur.
I, 195. *

Locatio conductio, invento
numo, invaluit. I, 350. I,
360. quid circa eam jus-
tum? I, 360. sequ.

Locataris officia. I, 361.

Macchiavelistarum princi-
pia. II, 131.

Magia superstitiosa fugien-
da. I, 133.

Magistratus qui? II, 181.
quid circa eos justum? *ibid.*
et sequ.

Majestas realis an penes po-
pulum in monarchia, per-
sonalis penes principem?
II, 130. ejus jura quis in
monarchia, aristocracia,
et democratia exerceat?
III, 123. sequ. quis in re-

busp. mixtis? II, 125.
quis in systematibus civi-
litatum? II, 126. ejus jura
quid? II, 135. an eadem
hac regalia? II, 135. * im-
manencia et transeuntia.
II, 136. sequ. an sint di-
vidua? II, 138.

Maledictio quid? I, 203. illi-
cita. I, 205.

Malum I, 1. et ib. n.

Mandantis officia. I, 349.

Mandatarii officia. I, 347.

Mandati contractus, ejusque
indoles. I, 346.

Manifesta, scripta, quid? II,
200. *

Manumissio quid? II, 88.

Mare an in dominio? II,
177.

Mariage de conscience. II,
50. *

Maritalis potestas qualis? II, 46. an pacto mutari aliquid circa illam possit? II, 47.
Maritus an castirage possit uxorem? II, 46. onera matrimonii ferre tenetur. II, 48. an gaudeat imperio in uxorem? II, 45.
Masculi an feminis in successionebus preferendi? I, 207.
Mater obligata est ad infantes lacte suo alendos. II, 61.*
Mater familias quæ? II, 90.
Matrimonium quatenus indissolubile? II, 49. imperfectum, putativum. II, 50, senum veluti honorarium. II, 32. extra id omne genus libidinum vetitum. II, 35. ejus onera ferre tenetur maritus. II, 48.
Mediatorum pacis officium. II, 221.
Membrum an abscindi possit vitæ servandæ causa? I, 165.
Mendacium quid? I, 199. quomodo à falsiloquio differat? I, 201.
Mens perficienda pro virili. II, 350.
Meritum effectus imputationis. I, 99.
Metalla nobiliora cur adhibita, ut pretio eminenter fungerentur? I, 335.
Militia lecta, mercenaria, so-

cia. II, 192.*
Milites an quidam fugientes excludi possint in castello, ne simul hostes irruant? I, 167.*
Ministrissimus quis dicatur? II, 182.
Missilia cui acquirantur? I, 249.
Mixtæ actiones an dentur? I, 58.
Moderamen inculpatæ tutelæ quid? I, 163. 166. et 180. ejus limites. I, 181. adversus quos in eo uti liceat? I, 182. quamdiu ei locus sit in statu naturali? I, 183. et civili? I, 184.
Modi adquirendi. I, 240.
Monarcha quemvis honoris titulum sibi recte adsciscit. II, 120. in monarchia solus exercet jura majestatis II, 121. quomodo à tyranno differat? I, 122.
Monarchiæ origo. II, 116.
Monarchomachorum error. II, 130.
Monetam cudendi jus ad fiscum pertinet. II, 178.
Moralitas. I, 14. 29.
Mores quid? I, 55. an libertatem voluntatis impediunt? I, 55.
Morganatica lex. I, 50.
Mori quid? I, 143.
Mors quando intrepide obeunda? I, 143. voluntaria sem-

semper injusta. I, 144.
Mulotæ ad fiscum pertinent. II, 178.
Municipium an sit respublica? II, 129.*
Mutschirung quid? I, 270.*
Mutuum quid? I, 364. in eo transfertur dominium I, 365.

N

Naufragium. In eo quid justum pro vita servanda? I, 167.
Necessitas an habeat legem? I, 155. ejus favoris quodnam fundamentum sit? I, 156. quid et quotuplex? I, 157. quæ favorem mereatur? I, 158. regulæ de favore necessitatis. I, 159. sequi. an ea urgente quis contrectare vel perdere possit res alienas? I, 170.
Negotiorum gestoris officia. I, 348.
Negotiorum gestio. I, 346. ejus, cujus negotia gesta, officium. I, 349.
Nepotes quomodo avis succedant? I, 299. sequi.
Neutralitatis. Tractaten. II, 210.
Noachi præcepta an norma. I. N. ? I, 16. et 72.
Nobilitatis gentilitiæ origo. I, 105.*

Nolle et non velle an synonyma? I, 52.
Norma actionum an indigeat homo? I, 4. quid? I, 8. ejus requisita. I, 5. sequi. juris naturæ an eadem cum ejusdem principio? I, 60. non in nobis ipsis, sed extra nos quaerenda. I, 61. an illa sit voluntas Dei? I, 62.
Novatio I, 389. quid sit? I, 418.
Numi definitio Aristotelica, I, 329.* ejus loco variis rebus usæ sunt aliæ gentes. I, 335.* quantum illi pretii statuendum? I, 336. eo nondum invento, quale commercii genus in usu fuerit? I, 337.
Nuptias facit consensus. II, 29. an iis ritus quosdam desideret I. N. ? II, 42. qui eas facere possint? II, 332. sequi.

O

Obedientia quid? I, 87.*
Obedientia passiva. II, 131.
Obligatio quid? I, 6. externa et interna. I, 7. ejus correlatum jus? I, 7. specie obligationis nobilissima est interna, attamen jus naturæ et externam

desiderat. I, 8. * et 9. perfecta et imperfecta I, 9. solvitur variis modis. I, 406. solutione. I, 407. compensatione. I, 409. condonatione. I, 411. mutuo dissensu. I, 412. temporis lapsu et non existente conditione. I, 414. morte. I, 425. status mutatione. I, 416. rei interitu. I, 417. novatione et delegatione. I, 418.

Obligatio connata adventitia. I, 175.

Obligatio juxta Catholicos. I, 6. n. I, 7. n. I, 9. n.

Obsequium erga Deum quid? I, 131.

Obsidum jura et obligationes. II, 221. *

Occasio quid? I, 114. * peccandi vitanda. I, 114. *

Occidendum non est. I, 179.

Occupatio quid? 222. quomodo fiat? I, 242. per universitatem, et per fundos. I, 243. bellica unde derivanda? I, 147.

Ochlocratia. In eam facile degenerat democratia. II, 117. 124.

Odiu , quid? I, 80.

Officiositas quid? I, 222. ad eam obligamur. I, 229.

Officium quid? I, 113. 120. 172. perfectum et imperfectum. I, 173. sequ. absolutum et hypotheticum. I, 175. fundamentum per-

factorum officiorum. I, 175. hypotheticorum. I, 176. imperfectorum. I, 214. imperfecta aliquando in perfecta transeunt. I, 216. et 174. II, 10. naturalia, Christiana, civilia. I, 123.

Oligarchia, in eam degenerare potest aristocratia. II, 117. 123.

Optimum. Ad id eligendum sumus obligati. I, 92. * I, 181. *

Optimum. Ad id eligendum sumus obligati. I, 92. * I, 181. *

Orodo in familia bene constituta præcipuum. II, 98. naturæ an principium juris naturalis? I, 76.

P

Pacis externæ studium an principium juris Naturæ? I, 73.

Paciscentium consensus mutuus esse debet. I, 396.

Pacisci qui possint? I, 392. an et pro aliis liceat? I, 403.

Pactum. Ex eo officia hypothetica. I, 176. quid? I, 385. à contractu quomodo differat? I, 385. an utile, quod initum ex ignorantia vel errore? I, 393. an, quod dolo malo elicatum? I, 394. an, quod vi extortum? I, 395. an quod factum de rebus impossibi-

bilibus? I, 397. vel de turpibus? I, 398. an si conjunctum sit cum alterius detrimento? I, 399. cur pacta sint necessaria? I, 386. maxime in statu naturali. II, 11. ea servanda. I, 387. sequ. alia unilateralia, alia bilateralia, * alia obligatoria, alia mixta. I, 389. et nuda obligant. I, 390. alia expressa, alia tacita. I, 391. alia pure, alia sub conditione, alia ex die vel in diem ineuntur. I, 401. sub conditione impossibili vel turpi inita non valent. I, 401. sequ.

Pactum de successione an valeat? I, 292. reddendæ vicissitudinis quid? I, 341. de commodando. I, 357. protimiseos, de evictione præstanda, vel pœna in casum pœnitentiæ solvenda. I, 357. de retrovendendo. I, 357. antichreticum. I, 369. de rebus factisve alienis. I, 300.

Pagus qualis societas? II, 18. *

Parentes jure divino an ad successionem vocati? I, 301. * inter eos et liberos societas. II, 51. eorum potestas in liberos unde, et quanta sit? II, 53. 63. sequ. quibus competat? II, 54. sequ. an et jus vitæ et necis comprehendat? II, 57. an jus ve-

numdandi noxæ dedendi? II, 58. officia eorum erga liberos. II, 58. sequ. iis quid debeant liberi? II, 67. sequ. potestas eorum quomodo solvatur? II, 71. sequ. an ea soluta cessent liberorum officia? II, 72. 74.

Passio quid? I, 25. an eam dirigat jus naturæ? I, 27.

Paterfamilias quis? II, 90. ejus potestas in statu naturali. II, 93. et civili. II, 94. ejus ac matrisfamilias officia. II, 96. sequ. in statu naturali jus dicit familiæ. II, 93. II, 156. *

Patriæ quid debeamus? II, 225. an dulce pro ea mori? *ibid.* *

Patria potestas, vid. *Parentes*.

Paupertas an recte imputetur? I, 152. eam bonus vir æquo animo ferre debet. I, 52. *

Pax quid? II, 217. circa eam jus imperantium. II, 216. ei an obstet exceptio læsionis. II, 218. nec non exceptio quod metus causa. II, 219. an et cum rebellibus inita valeat? II, 220. ejus sponsores quinam? II, 209. 221.

Peccatum exiguum nullum putat virtutis studiosus. I, 37. * quid? I, 117.

Pecunia pretium eminens. I,

329. ejus definitio Aristotelica. I, 329.*
Pellex quid? II, 50.*
Perfectionis definitio. I, 2.*
Perficere quid dicatur hominem? I, 2.
Perfidia an obligationem perimat? I, 443.
Periculo sese offerre improbum. I, 155.* alterum exponere sine ratione, injustum. I, 79.
Periculum rei venditæ et nondum traditæ quem penes esse debeat? II, 353.
Permutatio, antiquissimum commertii genus. I, 333.* contractus antiquissimus. I, 337. apud omnes gentes recepta. *ibid.* quid sit? I, 338. vel simplex, vel æstimatoria. I, 338. quid circa utramque justum? I, 339. seq. æstimatoria quomodo differat ab emtione venditione? I, 350.*
Persona moralis. II, 20.
Pharisæorum vita austerâ, jejunia, largitiones, an actiones bonæ? I, 116.*
Pignoris jus quid? I, 293.
Pignus, quid circa jus contractum justum? I, 370. an, eo intereunte, liberetur debitor? *ibid.**
Piscatio, species occupationis. I, 244.
Plantatio species accessionis et quid circa eam justum sit? I, 264.
Pœna quid? I, 99. ejus definitio Grotiana II, 159. vel naturalis, vel positiva. I, 66. conventionalis. II, 159.* eam aliquem metuisse declaratur per imputationem. I, 99. qualem transgressoribus minetur jus naturæ I, 66. eam infligere an possint pares? II, 159. eam irrogandi jus est penes imperantem. II, 158. qui et gratiam ejus facere potest. I, 158. ejus finis. II, 160. an ad illam obligatus sit delinquens? II, 161. quanta ea esse debeat? II, 164. sequ. an famosam eam esse expediat? II, 167.
Πολυανθία apud omnes gentes prohibita. II, 36.
Ποικυρία an licita? II, 36. sequ. pro ea qui scripserint? II, 37.*
Possessio quid? I, 231. effectus domini. I, 306. domini à nemine debet interverti. I, 320.
Possessor bonæ fidei loco domini est. I, 312. quos fructus percipiat? I, 314. sequ. malæ fidei quos fructus restituat? I, 316. etiam casum ferre tenetur. I, 317.*
Prefectura an respublica? II, 129.*
Premium an et quando quis mereatur. I, 99.*

Præs-

- Præscriptio* an præsidium reperiat in jure nat. et gentium. I, 323.*
Pretium quid? I, 328. vulgare et eminens. I, 329. quomodo vulgare definiendum? I, 330. sequ. adfectionis quid? I, 332. eminens cur inventum? I, 333. ejus requisita. I, 334. sequ. vulgare, vel legitimum, vel conventionale. I, 345.*
Primogenitum an natu minoribus preferendum in regno? II, 297. I, 143.
Princeps. vid. *imperans*.
Principium juris naturæ, quid? I, 60.* I, 67. ejus requisita. I, 68. non consistit in santitate Dei. I, 69. nec in interna actionum justitia. I, 70. nec in consensu omnium gentium. I, 71. nec in septem Noachi præceptis. I, 72. nec in jure omnium in omnes. I, 73. nec in pacis externæ custodia. *ibid.* nec in statu integritatis. I, 74. nec in socialitate. I, 75. nec in ordine naturæ. I, 76. nec in utilitate humani generis *ibid.* nec in theocratia morali. *ibid.* sed in amore. I, 79. idque est principium verum, evidens, et edæquatam. I, 94.
Probabilismi lubricum fundamentum. I, 40.
Promissio perfecta et imperfecta: an illa tantum obliget? I, 389.*
Promittere an possumus pro aliis? I, 403.
Propietas quid? I, 231. ejus origo. I, 237.
Provincia an sit. respublica? II, 129.*
Provocatio ad quem suprema dirigenda sit? II, 157.*
ψευδὴς Græcis et mendacium et falsiloquium denotat. I, 201.*
Pudicitiam an vi liceat defendere? I, 186. alterius non lædenda. I, 192. ejus sollicitationi à quibusdam gravior pœna proposita, quam strupo violento. I, 192.*
Pupillorum et tutorum mutua obligatio. II, 75.
Puniendi qui sint? II, 163. an et universitates? II, 163. an et impii. I, 129.
R
Rapina quid? I, 321.
Raptorem inter et raptam an nuptiæ ratæ sint? II, 29.
Recta ratio I, 14.
Recht quid Germanis? I, 9.*
Reformandi jus imperanti competens. II, 187.
Regalia quid? II, 135.* majora et minora. *ibid.*
 Reg-

- Regnum. vid. imperium. an à monarchia differat?* II, 116. hereditarium cuius sit originis? I, 105. *
- Regnum rationis in jure nat. evertitur præfat. not. p. 7.*
- Religio non consistit in sola probitate vitæque integritate.* I, 127. * II, 154.
- Relocatio tacita.* I, 363.
- Remissio quid? et quomodo fiat?* I, 411.
- Repræsentationis jus æquitati naturali consentaneum.* I, 299. ei an et inter collaterales sit locus? *ibid.*
- Repressaliæ quid? et quid circa eas justum sit?* II, 205.
- Reservationes mentales respuunt jusjurandum.* I, 208.
- Res nullius quænam?* I, 241. amissæ et furtim, vel vi surreptæ manent in dominio prioris domini. I, 241. alienæ dominis restituendæ. I, 323. dividuæ et individuæ quomodo dividendæ I, 270.
- Respublicæ quomodo oriuntur?* II, 18. et 194. sequ. Achaicæ II, 119. cur institutæ? II, 106. quomodo justæ à latronum cœtibus differant? II, 106. earum finis. II, 106. sequ. mixtæ quid? II, 118. earum forma quæ veteribus visa sit optima? II, 118. * fœderatæ quæ? II, 119. quot personæ constituent rempublicam? II, 107. sequ. an sine territorio consistat? II, 108. pacta et decretum, per quæ populus coalescit in rempublicam. II, 109. sequ. ejus formam novam aliquando victores victis obtrudunt. II, 114. in omni rep. est imperium summum et *apud veteres*. II, 129. ea eversa, cives esse desinunt. II, 229. an et forma priore mutata. II, 230.
- Restitutio rei alienæ, quando necessaria, vel non?* I, 323. sequ.
- Retrovenditionis pactum.* I, 357.
- Reus stipulandi vel promittendi.* I, 374.
- Revelationis necessitas* I, 11. n.
- S**
- Sacra. Circa ea jus majestatis.* II, 183. in quonam illud consistat? II, 184. sequ.
- Sacrarum literarum usus in jure naturæ.* I, 16.
- Sanctitas Dei non est juris naturæ principium.* I, 69.
- Sanitas alterius non ledenda.* I, 179.
- Satio, species accessionis.* I, 264. Sa-

- Satisfactio quid et quotuplex?* I, 211. quomodo præstanda? I, 212.
- Scholarum cura pertinet ad principem.* II, 188.
- Scotatio, species traditionis symbolicæ.* I, 276.
- Scriptura sacra an principium cognoscendi I. N?* I, 16.
- Scriptura loco sermonis est.* I, 195. quid circa eam justum? I, 262.
- Scrupulosa conscientia quid?* I, 41.
- Scrupulus quid? ibid.**
- Securitas civium, finis rerumpublicarum?* II, 107. in quo consistat. II, 150.
- Senes an recte contrahant nuptias?* II, 32.
- Sermonem homo præ brutis peculiarem habet.* I, 194. quid sit sermo? I, 195. quomodo illo utendum? I, 196. sequ.
- Servi mercenarii cujus conditionis?* II, 82. itemque obnoxii? II, 84. sequ. utrorumque officia erga dominos. II, 87. familiares qui? II, 90.
- Servilis hominum vitiis deditorum status.* I, 42.*
- Servitus in re aliena quid?* I, 282. personalis et realis. I, 282.
- Servitus hominum obnoxia an sit contra jus naturæ?* II, 78. an quis in eam se ipse addicere possit? II, 79. quomodo finiatur? II, 88. quotuplex? II, 77.
- Servus quis?* II, 77.
- Socialitas an principium I. N?* I, 75.
- Societæ contractus.* I, 363.*
- Societas quomodo constituitur?* II, 13. quid? II, 14. ratione finis diversæ sunt societates. II, 15. aliæ justæ et licitæ, aliæ injustæ et illicitæ. II, 15. aliæ ultroneæ, aliæ coactæ. II, 16. simplices aliæ, aliæ compositæ. II, 18. æquales vel inæquales. II, 19. inicitur consensu. II, 17. habetur pro una persona. II, 20. Ejus obligationes eadem ac singulorum hominum. II, 21. quales illæ sint ratione sociorum? II, 22. ratione aliorum. II, 23. 24.
- Societas contractus.* I, 379. ea est vel universalis, vel generalis, vel singularis. I, 380. sequ. an ea liceat excedere invito socio? I, 382. conjugalis. vid. *conjugium*. paterna. vid. *parentes*. herilis. vid. *servitus*. familiæ vid. *familia*.
- Sociorum officia.* II, 25. sibi invicem tenentur ad præstandam evictionem. I, 274.
- Solutio quid? et quid circa eam justum sit?* I, 407. sequ.

INDEX RERUM

- Vita* ejus servandæ causa an membrum abscindere liceat? I, 165. ad eam servandam unusquisque est obligatus. I, 143. sequ.
- Vitia* ad ea animo evellenda unusquisque obstrictus est. I, 149.
- Vitronea* actio quid? I, 58.
- Universitates* an puniendæ. II, 163.
- Vocatio* divina specialis quid? I, 147.*
- Volenti* an fiat injuria? I, 399.*
- Voluntas* quid? I, 51. nihil discernit, nisi prælucente intellectu. I, 30. ejus actus et natura. I, 52. spontaneitas et libertas. vid. *libertas*. antecedens et consequens. I, 57. efficax et inefficax. I, 112. excolenda est. I, 148. et emendanda. I, 149. alterius non lædenda. I, 189.
- Voluntas* Dei, norma actionum humanarum. I, 62. sequ. eadem est justitiæ divinæ fundamentum. I, 65. nihil aliud intendit, quam felicitatem nostram. I, 77. sequ.
- Vrbs* qualis societas. II, 18.*
- Vsucapio* an juris naturæ? II, 323.
- Vsuræ* quid? I, 367. an jure naturæ licitæ? I, 368.
- Vtilitas* an fons juris? I, 76. 78.
- Vxor* an ad majorem, quam maritus, obstricta sit castitatem? II, 44. in eam an marito imperium competat? II, 45. sequ.

SANTA KAAZE ESTAL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BURGOS

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omis-

Omissa Ad §. 84. Lib. I.

Ad virtutem vero cogi nemo possit. Lenienda aliquantum hæc propositio, ita ut pro virtute sumamus amorem sublimiorem humanitas, quem innuerat. §. 82. in scholio hæc etiam laudato, et pro coactione vim externam respondentem actioni in foro pro justitia commutativa. Et si erim officia beneficentiæ, et humanitatis, vel opera misericordiæ non sint contra strictam justitiam particularem, et humanam, quæ actiorem in foro impertiantur, tamen sunt contra justitiam universalem, naturalem seu divinam, et hac ipsa de causa recentiores nonnulli Naturalistæ obligationem iis perfectam tribuunt uti Felice Princ. jur. nat. t. 3. pag. 360. ita ut virtutes præstandæ sint quatenus debite coactione morali, seu præcepto naturali vim coactivam habente, quia versantur circa honestatem morum simpliciter necessariam. v. Werenkum jus nat. p. I. c. 4. n. 629. et infra. §. 174. ubi alia addimus.

Ad §. 393. Lib. I.

Heineccius homo hæredicus plura pro exemplis periculosa Catholicis afferre solet, quæ expungi ab hac editione oportuit, id quod etiam in præsentī fecimus, nam exempla alias posita in matrimonio, incongrua omnino sunt, quod non uti contractus civilis tantum respici debet, sed sublimiori consideratione, et natura præditum est. Præstat igitur regulas textus generales ediscere, et juxta addere vel circa eas circumstantias, quæ essentiam vel substantiam tangunt non tamen illas, quæ parum ponderis sunt. Sic in matrimonio impedit error vergens curia ea quæ sunt de essentia illius, nempe circa personas, et mutuam corporis præstationem v. Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. n. 4. Almici 1. 14. 5.

SPHAL.

SPHALMATA.

Pag.	lin.	pro	lege
2.	3.	longuis	longius
ib.	7.	et stimant	astimant
ib.	13.	factor	fautor
13.	18.	ingenis	ingenii
14.	31.	adamassim	adamussim
15.	8.	atiam	etiam
21.	18.	principium	principio
38.	24.	far	fari
62.	30.	perfectæ	perfecte
67.	29.	congrum	congruum
77.	37.	que	aut
79.	29.	actus prædonis	et actus prædonis
83.	28.	recte	rectæ
ib.	29.	recte	rectæ
87.	17.	ceris	certis
98.	32.	docere	decere
139.	31.	ambigueve	ambigove
226.	4.	mensuarum	mensurarum
254.	7.	igne	insigne
450.	31.	ipsis	ipsius
451.	11.	Germanicæ	Germania
462.	11.	atterere	attexere
465.	22.	injuriit	injuriis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Vera causa, que homines movit, in seipsum
 desecere, fuit improborum vis, et summa peccato-
 rum defensio. pag. 377 et seq. lib. 1.
 forma Reip. communis, sociorum, decreto,
 stabilita, pactisque firmata, eadem est
 lex fundamentalis, que Reges, et constitutas
 Potestates, et subditos omnes stricto Jure
 ligat. p. 385.

De jure plebi reservatis in prima constitutio-
 imperij Romani. p. 385.


De Hierarchia Monarchia, Aristocratia, et Democrati-
 cia. lib. 1. de formis Reip. mixtis. p. 388, et seq. lib. 1.

Quid Civitatum Systemata? p. 390.

Ido sit in arbitrio populi summam potestatem transferre
 ipsam que certis nunc amplioribus, nunc anterioribus
 limitibus circumscribere? p. 390.

Quid imperantes possint in conscientijs civium? et
 an rerum suarum Jure privare?

Quid si Regnum acceperunt certis pactis, et illis non ste-
 terunt? vide p. 401.



DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS



